This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Class 9428.36
12° C56
M.22-m-12°
VIV, C408
2 vol.

Harvard College
Library

FROM THE BEQUEST OF

SUSAN GREENE DEXTER

Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ACTA

SOCIETATIS GRAECAE.

EDIDERUNT

ANTONIUS WESTERMANNUS

PHILOS. DR. LITTER. GRAEC. ET ROMAN. IN UNIVERS. LIPS. P. P. O.

CAROLUS HERMANNUS FUNKHAENEL

PHILOS. DR. GYMNASII NICOL. LIPS. COLL. III.

VOLUMEN I.

PRAEFATUS EST GODOFREDUS HERMANNUS.

LIPSIAE

SUMPTUM FECIT ET VENUMDAT KOEHLERIANA LIBRARIA.

MDCCCXXXVI.

Digitized by Google

Class 97-28.36

HARVARD COLLEGE
MAR 16 1939
LIBRARY
Dexter fund
(2 vol)

LITERIS STARITZII, TYPOGR. ACADEM.

Digitized by Google

PRAEFATIO

GODOFREDI HERMANNI.

Ex iis viris, qui per Societatem Graecam, cui olim a me conditae adhuc praesum, et mecum et inter sese coniuncti sunt, Carolus Hermannus Funkhaenel, philos. D. magister tertius in schola urbis nostrae Nicolaitana, vir in primis mihi dilectus, quum saepe conquestus esset quod illius societatis, in qua tot clari viri laudis inveniendae rudimentum fecissent, non publicum aliquod monumentum exstaret, rogare constituit pristinos socios, ut commentationes conferrent, quibus in unum librum compositis illam consocietionem suam atque amicitiam facerent testatam. Id consilium quum communicasset cum Antonio Westermanno, qui ipse quoque de Societate Graeca fuit, nunc autem amicissimus mihi collega est, hi ambo ad eam rem per litteras invitarunt quoscumque sciebant illius communitatis participes fuisse. Ac magno studio approbatum est eorum institutum, miseruntque alii statim commentationes suas, alii missuros affirmarunt. Me vero auctores huius rei rogarunt, ut aliquid praefandi caussa adiicerem. Quod ego pro-

Digitized by Google

misi libentissime. Nam si quidquam est quo ego aut ipse gaudere debeam aut profuisse me credam aliis, est id profecto in illius societatis ratione ac studiis amicissimoque commercio positum. Etenim quum duplex sit doctoris academici negotium, docendi audientes alterum, alterum exercendi eos qui ipsi virium suarum pericula faciunt, utrumque quidem et iucundum est magistro, si libenter et studiose fungitur officio suo, et discentibus utile, si res utiles eaeque naviter tractantur: sed quemadmodum facilius est docere audireque docentem, difficilius autem exercere exercerique, sic etiam in quo plus operae laborisque adhibendum est, in eo voluptas quoque maior uberiorque fructus invenitur. Et illi quidem qui exercentur, quamvis peccasse ingratum sit, minus minusque peccando profectus suos cognoscunt, magisque ac magis amore studiorum suorum capiuntur, praesertim si aemulatio, ut fit inter commilitones, accedit: a quo autem exercentur, ei etsi haud parum negotii et laboris paratum est non solum monendo et corrigendo, verum etiam solvendis dubiis, illustrandis obscuris, expediendis difficilibus, at compensantur tamen ista omnia largissimis iisque praestantissimis praemiis. Nam qui nihil nisi docet, etiam si religiosissime officium suum facit, tamen proficere auditores sperat magis quam intelligit, vererique debet ne sint aliqui, qui non satis perceperint quae dixerit, aut propter aliquod indolis vitium imperfectamve scientiam non recte iis utantur: quod contra qui exercitationibus eorum quos docet praeest, quum et quid nesciant videat et quid in quoque pro ingeniorum diversitate vel corrigendum vel incitandum vel coercendum sit animadver-

Digitized by Google

tat, si his rebus omnibus medelam adhibet aptam, strenuam, iustam, non solum certissime aestimare potest singulorum profectus, sed etiam, sicut ipse magis amat eos in quibus formandis se non vanam operam collocasse videt, ita vicissim amatur ab illis, ut cuius studio se eruditiores fieri intelligant. Omnino studiorum academicorum haec ratio est, ut sola auditione nihil nisi partim materia qua quis uti possit accipiatur, partim via qua incedendum sit praeceptis exemploque cognoscatur, partim, si magister ipse amore artis suae plenus sit, pari amore etiam auditores incalescant: recte vero litteras tractandi ratio ususque aliquis et robur satis firmum non potest nisi exercitatione disci comparariqne. Id uti per se patet, sic ego postquam in me ipso olim adolescens expertus eram, quum et audiebam viros doctos et ab iis exercebar, postea alios docendo exercendoque comprobatum vidi, Societate Graeca multiplicem praebente gratissimamque opportunitatem. Cuius quondam sociorum scripta quoniam hac praefatione sunt in publicam lucem introducenda, quid mihi aliud dicendum sumam, quam eam societatem quo modo instituerim, quid ea in re propositum habuerim, quam rationem exercitationum tenuerim, denique omnino quo temperamento studia sociorum sim moderatus? Verum quoniam non dissertationem scribo, quae adstrictam argumenti explicationem postulat, sed quasi cum familiari doctaque amicorum in publicum prodeo, liberius vagabitur sermo meus, attingetque etiam res privatas, quae quidem nec plane alienae sint et legentibus cognitu non inlucundae fore videantur. Incipiam autem ab ea qua ipse formatus sum disciplina, non solum quod in ea caussae

Digitized by Google

sitae sūnt illius quam sequutus sum rationis studiorum, sed etiam pietate erga praeceptores meos, ut, si quid ego profui aliis, illi qui ad id mihi viam monstrarunt ne debita sibi gratia fraudentur; praetereaque ut appareat quibus casibus et ego ad studia antiquitatis delatus sim et ad ea dux exstiterim aliis. Nam quibus neque quorum in potestate sunt voluntas neque negatas artifex sequi voces venter, iis casus paedagogus est, non deterior ille saepenumero, etsi caecus, quam qui oculatissimi homines ista appellatione ornantur.

Ego quum puer magistrum habuissem bonum et honestum virum, sed qui parum diligentem frustra conaretur leniter irridendo corrigere, aetatis anno duodecimo traditus sum disciplinae C. D. Ilgenii, viri docti, ingeniosi, strenui, severi, atque adeo interdum asperi, sed plane ad formandos adolescentes nati, quod idem ingenuus, iustus, aequus, et proficientem ex animo amans erat. Quem ego talem in me expertus, multo post idem ut plurimis aliis contingeret efficere potui, quum oblato mihi munere regendae scholae Portensis, me illi muneri minime, unice vero idoneum illum esse respondi. Ita ille rector Portae factus quotquot per longissimam annorum seriem discipulos habuit, omnes eius memoriam grato pioque animo venerantur: nec profecto quidquam Portae tali rectore obtingere potuerat aut ad institutionem ac disciplinam salubrius aut ad famam et claritudinem ornatius. Is igitur quum me puerum magna voce graviter increparet, brevi tempore ex ignavissimo fecit diligentissimum. Ac de Graecis scriptis quum biennii spatio non plura mecum legeret, quam duo capita Xenophontis

Digitized by Google

Memorabilium Socratis et quattuor primos libros Iliadis, quos prolixissime, ut solebat, interpretabatur, sed videret me valde delectari litteris Graecis, dono dedit Homericum hymnum Apollinis editum a C. L. Koehlero, homine indoctissimo, iussitque adnotationes scribere, quibus corrigerem quae ille inepta scripsisset affervemque meliora. Id mihi primum artis criticae rudimentum fuit, puerile sane et levissimum, sed tamen a quo proficiscerer ad meliora et graviora. Nam ab illo hymno ad reliquos hymnos progrediebar, et, quamvis rudis illa et plena inscitiae opera esset, tamen, quum idemtidem illuc rediissem saepiusque retractassem istas adnotationes, dignas eas habuit Ilgenius, quum ipse hymnos Homericos edebat, quas sibi commodari vellet, meminique fuisse, ubi aliquid ex iis adsciscerot. Ex Ilgenii disciplina admissus sum ad Fr. V. Reizium, virum ut probitate, ita doctrina ingenioque incomparabilem, quo quod praeceptore uti mihi contigit, in summa felicitate deputo. Is quantus vir fuerit, illi modo sciunt, qui eo usi sunt familiarius. Nam saepenumero fama matrem habet vanitatem, virtutem noverean. Incredibilis in eo viro doctrina erat atque eruditio, sed latebat, quia omnia accuratissime eoque etiam diutissime tantoque diutius pervestigabat, quanto natura alienior a celeritate erat. Accedebat quod multi eius opera abutebantur, qui scirent quam facilis et commodus esset, quamque non gravate adiuvaret, quisquis ab eo aliquid peteret. Ita ei legendis corrigendisque scriptis aliorum, quod faciebat maxima cum cura ac diligentia, multum temporis eripiebatur. Quum esset iudicio acutissimo, animo autem ab omni prava

Digitized by Google

cupiditate libero, tantus apud eum honos erat veritatis tantaque sanctitas, ut non putem veri incorruptiorem aut investigatorem aut arbitrum posse inveniri. Neque eo laudem quaerebat, sed numerabat in officiis: recte sane, quia miserum est, si laudari oportet qui facit quod non facere turpe est. Erat autem modestissimus atque a gloriae et admirationis affectatione plane vacuus, ut non minus properaret confiteri si errasset, quam gauderet probare quod alios et vel discipulos suos recte atque rectius quam sese perspexisse intelligeret. Consuetudo erat auditorum eius, ut, si quis vel addubitaret aliquid vel putaret aliter explicandum esse, id in scheda descriptum in cathedra eius deponeret. Tum ille, ubi eam schedam videret, hilari vultu circumspicere, inserere eam schedam libro quem manu tenebat, quumque proxime redibat, primo gratias agere, quod aliquis studii sui ac diligentiae specimen exhibuisset, dein explicare quid recte, quid secus scriptum esset, aut, si quid esset veri prolatum, vehementer laudare, postremo iterum gratias agere hortarique ut pergeretur ita communicareturque porro secum, si quid subortum esset dubitationis. Memini, quum aliquando sic incipiebat: optimi et humanissimi commilitones (ita Latine alloquebatur auditores, quum deinde patrio sermone, sed saepe Latinis immixtis pergeret), heri vehementer hallucinatus sum. Sed praestat ipsa eius verba memorare: nam qua erat morum simplicitate, plane familiari sermone in docendo utebatur: *ich habe gestern einen grossen Bock geschossen.* Risimus, risitque ipse: sed tali ingenuitate tantum afuit ut minueretur auctoritas viri, ut po-

Digitized by Google

tius augeretur, quoniam intelligebamus nolle eum falsa docere et ne sibi quidem ipsi parcere si a vero aberrasset. Huius igitur viri quum et publica et privata institutione uterer, praeter multa praeclara quae ab eo didici, haec ei duo potissimum debeo, primum ut non multos simul scriptores, sed unum quoque tempore solum legerem, deinde ut non credere temere, sed cogitare adsuescerem et in caussas cuiusque rei inquirere. Utrumque quantam utilitatem afferat non est obscurum. Multa enim et varia simul legendo confunditur et conturbatur animus copia rerum et diversitate, ut omnia permisceat nec percipere discrimina possit. Unum autem qui scriptorem aliquamdiu solum legit, familiarius ei adnescit, ingenium eius, cogitandi sentiendique rationem, dicendi genus et consuetudinem, omnino quidquid eius proprium est, paullatim imbibit suumque facit, ut, si deinceps ad alium progrediatur, facile et quae communia habeant et quibus rebus discrepent animadvertat atque discernat. Illud alterum autem, quod in cogitatione et caussarum indagatione positum est, per se patet necessariam partem esse scientiae, siquidem scire non est memoriter tenere accepta, sed quale quid sit et cur sit tale et quid eo facere possis perspicere. Haec vero eximia erat et prorsus admirabilis virtus Reizii, quod omnium quae praeciperet tam perspicue ac dilucide rationem reddebat, ut vera esse quae diceret non tam persuaderemur quam ipsi videremus non posse non esse vera. Hinc maxime admirabatur R. Bentleium, quem non sine summa veneratione nominabat, criticorumque dictitabat principem esse. Itaque hortatu eius diligenter

Digitized by Google

legi adnotationes illas uberrimas et multi atque adeo nimii acuminis plenas, quibus ille Horatium instruxit, quas Reizius ut in primis ad acuendum iudicium idoneas commendabat, etsi illo tempore non eram antiquitatis studiis destinatus. Ad ea quum mihi Reizii auctoritate ab iurisprudentia, quam de patris voluntate addiscebam, transire concessum esset, paullo post philosophiam adiunxi casu quodam, eoque levissimo, nesciens tum quantum ea etiam antiquitatis scientiae lumen afferret, nec praesagiens illinc demum repetendas esse caussas doctrinae metricae, cuius speciem iam tum pene totam animo designatam habebam. Volo rem narrare ut exemplum, quanto strenuius agatur quod quis suopte impulsu quam quod instinctu alieno faciat: quod in me ipso expertus non negligendum putavi postea in Societate Graeca. Valde alienus eram a philosophia, quamvis adirem scholas philosophorum, quum forte in mentem venit dissertationem scribere de sublimitate, quam ad disceptandum proponerem in coetu iuvenum, qui disputando exercebamur praeside Chr. D. Beckio. Dum cogito quid esset sublime, tangit animum memoria Longini, cuius librum tamen non legeram, et ne possidebam quidem. Statim emo. Vbi aperio, video Longinum quid sit sublime ut ab Caecilio satis explicatum praeterire. Indigeor: lego tamen librum, sed nihilo magis quod quaerebam invenio. Conquiro alios auctores, quos de sublimi scripsisse audio: lego hos quoque: nullus satisfacit. Tum forte dicit mihi amicus quidam, exposuisse de illa re etiam I. Kantium in eo libro, quem fecerit de facultate iudicandi aesthetica, sed eum intelligi non posse nisi

Digitized by Google

perlecto illo, qui sit de ratione practica, hunc autem rursum non, nisi probe cognito illo, in quo sit de pura ratione explicatum. Longum iter esse videbam, sed nihil deterritus continuo emo librum illum qui est de ratione pura. Quem simulatque domum e libraria apportavi, legere coepi avidissime. Vbi perlegeram quae de spatio ac tempore scripta sunt, videbantur illa esse falsissima, conscripsique statim quibus ea refutarem. Quum pergerem in legendo, vidi redeundum mihi esse ad ea quae iam legeram. Relegi igitur, et delevi partem refutationis meae: relegi iterum iterumque et delevi aliam atque aliam partem: intra paucos dies tota deleta erat refutatio. Tum vero sensi qualis quantusque ille vir esset, legique et hunc librum et caeteros studiosissime, quoque melius eius doctrinam cognoscerem, quum optimus interpres C. L. Reinholdus esse perhiberetur, Ienam me contuli, illumque ibi audivi. Ita quantum antea a philosophia abhorrueram, tanto in eam tunc cum animi ardore incubui. His igitur studiis quum iudicium acuissem, multaque simul et assidua lectione antiquorum eum essem usum assequutus, ut offenderer, si quid non recte aut insolenter dictum esset, indignabar, quod, quamcunque partem antiquitatis attingerem, plurima incerta, falsa, inepta, atque adeo sanae rationi repugnantia tradi viderem. Cuius rei caussam quum in eo positam esse animadverterem, quod scripta veterum vel perperam vel non satis intellecta essent: non est enim intelligere scire de qua re sermo sit et quid in universum dicatur, nisi omnem dictorum veritatem ac vim recte ac penitus perspicias: omne studium eo contuli ut lin-

Digitized by Google

guarum rationem usumque scriptorum quam possem certissime explicatum haberem. Pudebat enim quod, quum sensu quodam lectione comparato viderem quid recte aut secus diceretur, tamen neque ipse harum rerum rationem reddere possem, ab interpretibus autem ea afferrentur, quae partim non satisfacerent, partim aperte falsa ac perversa essent. Tempora verborum, modi, formae gentium vel nevorum vel scribendi generum diversitate discretae, particulae, quarum vis explicatu difficillima est, sed maximum ad iustam interpretationem momentum habet, haec omnia spissis tenebris involuta mirisque perturbata erroribus inveniebam. Quae quum illustrare, expedire, explanare conatus essem, multis haec, quod nova et inaudita essent, falsa videbantur, nec deerant qui aegre ferrent se ex consuetae socordiae somno excitari, erepta facilitate omnia pro lubitu interpretandi. Sed harum rerum pleraeque omnes paullatim ita sunt approbatae, ut, quum olim vel doctis nova acciderent, hodie ea ne a pueris quidem ignorari velimus. Verum relabi videtur seculum nostrum in pristinam levitatem, quum multi, linguarum scientia se iam pueros satis instructos rati, ea quae multo maiora ac potiora sint consectanda esse clament. Eorum duae sectae sunt, una grammaticorum, altera illorum qui quae ipsi res appellant tractari volunt. Et de grammaticis quidem alii, saniores illi, modo laboriosa industria rarissimas et maxime reconditas verborum formas explicantur, modo mira subtilitate distinctiones definitionesque excogitant verbisque exornant amplissimis, haud scio an opera maiore quam fructu; alii autem, non magis

Digitized by Google

multa iustaque lectione exculti, lucem sibi inde unde sol oritur, repercussam aurora boreali, affulsuram sperantes, ad Brachmanas et Ulphilam confugiunt, atque ex paucis non satis cognitarum linguarum vestigiis quae Graecorum et Latinorum verborum vis sit explanare conantur. Qui ut hic illic alicuius vocabuli formaeve originem inveniant, tamen ad Graecae Latinaeque linguae rationem explicandam vereor ne non plus lucrentur, quam si Germanus aliquis gentis suae linguam plurima vocabula communia cum Graeca habere sciat: quo ille sua lingua nihilo rectius utetur, quam si id nesciat. Illi vero, qui se rerum explicatores esse gloriantur, primum eo immane quantum peccant, quod linguas veterum non rerum primam et potissimam esse intelligunt. Nam quid instituta veterum, quid artes, quid aedificiorum rudera alineque quae oculis cerni et manibus contrectari possunt reliquiae tam praeclarum atque eximium habent, quod praeferri, immo aequiparari possit ingeniorum monumentis, quae litteris consignata ad nos pervenerunt? Crediderim ego quidem quantum animus corpore praestantior est, tantum rerum antiquarum rem esse longe eminentissimam illam magnorum ingeniorum imaginem, quae linguae ope in scriptis veterum est expressa. Haec enim illud est, quod tamquam exemplum recti pulcrique admiramur, quod imitamur, quo excoli animos nostros atque ad praeclarissima quaeque excitari atque evehi sentimus. Id dumtaxat ad cognoscendas caeteras antiquitates adhibere simile est ut si quis mentis animique vires modo propterea sibi datas crederet, ut corpori curando inservirent.

Digitized by Google

misi libentissime. Nam si quidquam est quo ego aut ipse gaudere debeam aut profuisse me credam aliis, est id profecto in illius societatis ratione ac studiis amicissimoque commercio positum. Etenim quum duplex sit doctoris academici negotium, docendi audientes alterum, alterum exercendi eos qui ipsi virium suarum pericula faciunt, utrumque quidem et iucundum est magistro, si libenter et studiose fungitur officio suo, et discentibus utile, si res utiles eaeque naviter tractantur: sed quemadmodum facilius est docere audireque docentem, difficilius autem exercere exercerique, sic etiam in quo plus operae laborisque adhibendum est, in eo voluptas quoque maior uberiorque fructus invenitur. Et illi quidem qui exercentur, quamvis peccasse ingratum sit, minus minusque peccando profectus suos cognoscunt, magisque ac magis amore studiorum suorum capiuntur, praesertim si aemulatio, ut fit inter commilitones, accedit: a quo autem exercentur, ei etsi haud parum negotii et laboris paratum est non solum monendo et corrigendo, verum etiam solvendis dubiis, illustrandis obscuris, expediendis difficilibus, at compensantur tamen ista omnia largissimis iisque praestantissimis praemiis. Nam qui nihil nisi docet, etiam si religiosissime officium suum facit, tamen proficere auditores sperat magis quam intelligit, vererique debet ne sint aliqui, qui non satis perceperint quae dixerit, aut propter aliquod indolis vitium imperfectamve scientiam non recte iis utantur: quod contra qui exercitationibus eorum quos docet praeest, quum et quid nesciant videat et quid in quoque pro ingeniorum diversitate vel corrigendum vel incitandum vel coercendum sit animadver-

Digitized by Google

tat, si his rebus omnibus medelam adhibet aptam, strenuam, iustam, non solum certissime aestimare potest singulorum profectus, sed etiam, sicut ipse magis amat eos in quibus formandis se non vanam operam collocasse videt, ita vicissim amatur ab illis, ut cuius studio se eruditiores fieri intelligant. Omnino studiorum academicorum haec ratio est, ut sola auditione nihil nisi partim materia qua quis uti possit accipiatur, partim via qua incedendum sit praeceptis exemploque cognoscatur, partim, si magister ipse amore artis suae plenus sit, pari amore etiam auditores incalescant: recte vero litteras tractandi ratio ususque aliquis et robur satis firmum non potest nisi exercitatione disci comparariqne. Id uti per se patet, sic ego postquam in me ipso olim adolescens expertus eram, quum et audiebam viros doctos et ab iis exercebar, postea alios docendo exercendoque comprobatum vidi, Societate Graeca multiplicem praebente gratissimamque opportunitatem. Cuius quondam sociorum scripta quoniam hac praefatione sunt in publicam lucem introducenda, quid mihi aliud dicendum sumam, quam eam societatem quo modo instituerim, quid ea in re propositum habuerim, quam rationem exercitationum tenuerim, denique omnino quo temperamento studia sociorum sim moderatus? Verum quoniam non dissertationem scribo, quae adstrictam argumenti explicationem postulat, sed quasi cum familiari doctæ amicorum in publicum prodeo, liberius vagabitur sermo meus, attingetque etiam res privatas, quae quidem nec plane alienae sint et legentibus cognitu non infucundae fore videantur. Incipiam autem ab ea qua ipse formatus sum disciplina, non solum quod in ea caussae

Digitized by Google

sitae sunt illius quam sequutus sum rationis studiorum, sed etiam pietate erga praeceptores meos, ut, si quid ego profui aliis, illi qui ad id mihi viam monstrarunt ne debita sibi gratia fraudentur; praetereaque ut appareat quibus casibus et ego ad studia antiquitatis delatus sim et ad ea dux exstiterim aliis. Nam quibus neque quorum in potestate sunt voluntas neque negatas artifex sequi voces venter, iis casus paedagogus est, non deterior ille saepenumero, etsi caecus, quam qui oculatissimi homines ista appellatione ornantur.

Ego quum puer magistrum habuissem bonum et honestum virum, sed qui parum diligentem frustra conaretur leniter irridendo corrigere, aetatis anno duodecimo traditus sum disciplinae C. D. Ilgenii, viri docti, ingeniosi, strenui, severi, atque adeo interdum asperi, sed plane ad formandos adolescentes nati, quod idem ingenuus, iustus, aequus, et proficientem ex animo amans erat. Quem ego talem in me expertus, multo post idem ut plurimis aliis contingeret efficere potui, quum oblato mihi munere regendae scholae Portensis, me illi muneri minime, unice vero idoneum illum esse respondi. Ita ille rector Portae factus quotquot per longissimam annorum seriem discipulos habuit, omnes eius memoriam grato pioque animo venerantur: nec profecto quidquam Portae tali rectore obtingere potuerat aut ad institutionem ac disciplinam salubrius aut ad famam et claritudinem ornatius. Is igitur quum me puerum magna voce graviter increparet, brevi tempore ex ignavissimo fecit diligentissimum. Ac de Graecis scriptis quum biennii spatio non plura mecum legeret, quam duo capita Xenophontis

Digitized by Google

Memorabilium Socratis et quattuor primos libros Iliadis, quos prolixissime, ut solebat, interpretabatur, sed videret me valde delectari litteris Graecis, dono dedit Homericum hymnum Apollinis editum a C. L. Koehlero, homine indoctissimo, iussitque adnotationes scribere, quibus corrigerem quae ille inepta scripsisset afferremque meliora. Id mihi primum artis criticae rudimentum fuit, puerile sane et levissimum, sed tamen a quo proficiscerer ad meliora et graviora. Nam ab illo hymno ad reliquos hymnos progrediebar, et, quamvis rudis illa et plena inscitiae opera esset, tamen, quum identidem illuc rediissem saepiusque retractassem istas adnotationes, dignas eas habuit Ilgenius, quum ipse hymnos Homericos edebat, quas sibi commodari vellet, meminique fuisse, ubi aliquid ex iis adsciscerat. Ex Ilgenii disciplina admissus sum ad Fr. V. Reizium, virum ut probitate, ita doctrina ingenioque incomparabilem, quo quod praeceptore uti mihi contigit, in summa felicitate deputo. Is quantus vir fuerit, illi modo sciunt, qui eo usi sunt familiarius. Nam saepenumero fama matrem habet vanitatem, virtutem noverca. Incredibilis in eo viro doctrina erat atque eruditio, sed latebat, quia omnia accuratissime eoque etiam diutissime tantoque diutius pervestigabat, quanto natura alienior a celeritate erat. Accedebat quod multi eius opera abutebantur, qui scirent quam facilis et commodus esset, quamque non gravate adiuvaret, quisquis ab eo aliquid peteret. Ita ei legendis corrigendisque scriptis aliorum, quod faciebat maxima cum cura ac diligentia, multum temporis eripiebatur. Quum esset iudicio acutissimo, animo autem ab omni prava

Digitized by Google

cupiditate libero, tantus apud eum honos erat veritatis tantaque sanctitas, ut non putem veri incorruptiorem aut investigatorem aut arbitrum posse inveniri. Neque eo laudem quaerebat, sed numerabat in officiis: recte sane, quia miserum est, si laudari oportet qui facit quod non facere turpe est. Erat autem modestissimus atque a gloriae et admirationis affectatione plane vacuus, ut non minus properaret confiteri si errasset, quam gauderet probare quod alios et vel discipulos suos recte atque rectius quam sese perspexisse intelligeret. Consuetudo erat auditorum eius, ut, si quis vel addubitaret aliquid vel putaret aliter explicandum esse, id in scheda descriptum in cathedra eius deponeret. Tum ille, ubi eam schedam videret, hilari vultu circumspicere, inserere eam schedam libro quem manu tenebat, quumque proxime redibat, primo gratias agere, quod aliquis studii sui ac diligentiae specimen exhibuisset, dein explicare quid recte, quid secus scriptum esset, aut, si quid esset veri prolatum, vehementer laudare, postremo iterum gratias agere hortarique ut pergeretur ita communicareturque porro secum, si quid subortum esset dubitationis. Memini, quum aliquando sic incipiebat: optimi et humanissimi commilitones (ita Latine alloquebatur auditores, quum deinde patrio sermone, sed saepe Latinis immixtis pergeret), heri vehementer hallucinatus sum. Sed praestat ipsa eius verba memorare: nam qua erat morum simplicitate, plane familiari sermone in docendo utebatur: *ich habe gestern einen grossen Bock geschossen.* Risimus, risitque ipse: sed tali ingenuitate tantum afuit ut minueretur auctoritas viri, ut po-

Digitized by Google

tius augeretur, quoniam intelligebamus nolle eum falsa docere et ne sibi quidem ipsi parcere si a vero aberrasset. Huius igitur viri quum et publica et privata institutione uterer, praeter multa praeclara quae ab eo didici, haec ei duo potissimum debeo, primum ut non multos simul scriptores, sed unum quoque tempore solum legerem, deinde ut non credere temere, sed cogitare adsuescerem et in caussas cuiusque rei inquirere. Utrumque quantam utilitatem afferat non est obscurum. Multa enim et varia simul legendo confunditur et conturbatur animus copia rerum et diversitate, ut omnia permisceat nec percipere discrimina possit. Unum autem qui scriptorem aliquamdiu solum legit, familiarius ei adsuescit, ingenium eius, cogitandi sentiendique rationem, dicendi genus et consuetudinem, omnino quidquid eius proprium est, paullatim imbibit suumque facit, ut, si deinceps ad alium progrediatur, facile et quae communia habeant et quibus rebus discrepent animadvertat atque discernat. Illud alterum autem, quod in cogitatione et caussarum indagatione positum est, per se patet necessariam partem esse scientiae, siquidem scire non est memoriter tenere accepta, sed quale quid sit et cur sit tale et quid eo facere possis perspicere. Haec vero eximia erat et prorsus admirabilis virtus Reizii, quod omnium quae praeciperet tam perspicue ac dilucide rationem reddebat, ut vera esse quae diceret non tam persuaderemur quam ipsi videremus non posse non esse vera. Hinc maxime admirabatur R. Bentleium, quem non sine summa veneratione nominabat, criticorumque dictitabat principem esse. Itaque hortatu eius diligenter

Digitized by Google

legi adnotationes illas uberrimas et multi atque adeo nimii acuminis plenas, quibus ille Horatium instruxit, quas Reizius ut in primis ad acuendum iudicium idoneas commendabat, etsi illo tempore non eram antiquitatis studiis destinatus. Ad ea quum mihi Reizii auctoritate ab iurisprudentia, quam de patris voluntate addiscebam, transire concessum esset, paullo post philosophiam adiunxi casu quodam, eoque levissimo, nesciens tum quantum ea etiam antiquitatis scientiae lumen afferret, nec praesagiens illinc demum repetendas esse caussas doctrinae metricae, cuius speciem iam tum pene totam animo designatam habebam. Volo rem narrare ut exemplum, quanto strenuius agatur quod quis suopte impulsu quam quod instinctu alieno faciat: quod in me ipso expertus non negligendum putavi postea in Societate Graeca. Valde alienus eram a philosophia, quamvis adirem scholas philosophorum, quum forte in mentem venit dissertationem scribere de sublimitate, quam ad disceptandum proponerem in coetu iuvenum, qui disputando exercebamur praeside Chr. D. Beckio. Dum cogito quid esset sublime, tangit animum memoria Longini, cuius librum tamen non legeram, et ne possidebam quidem. Statim emo. Vbi aperio, video Longinum quid sit sublime ut ab Caecilio satis explicatum praeterire. Indigeor: lego tamen librum, sed nihilo magis quod quaerebam invenio. Conquiro alios auctores, quos de sublimi scripsisse audio: lego hos quoque: nullus satisfacit. Tum forte dicit mihi amicus quidam, exposuisse de illa re etiam I. Kantium in eo libro, quem fecerit de facultate iudicandi aesthetica, sed eum intelligi non posse nisi

Digitized by Google

perlecto illo, qui sit de ratione practica, hunc autem rursum non, nisi probe cognito illo, in quo sit de pura ratione explicatum. Longum iter esse videbam, sed nihil deterritus continuo ego librum illum qui est de ratione pura. Quem simulatque domum e libraria apportavi, legere coepi avidissime. Ubi perlegeram quae de spatio ac tempore scripta sunt, videbantur illa esse falsissima, conscripsique statim quibus ea refutarem. Quum pergerem in legendo, vidi redeundum mihi esse ad ea quae iam legeram. Relegi igitur, et delevi partem refutationis meae: relegi iterum iterumque et delevi aliam atque aliam partem: intra paucos dies tota deleta erat refutatio. Tum vero sensi qualis quantusque ille vir esset, legique et hunc librum et caeteros studiosissime, quoque melius eius doctrinam cognoscerem, quum optimus interpres C. L. Reinholdus esse perhiberetur, Ienam me contuli, illamque ibi audivi. Ita quantum antea a philosophia abhorrueram, tanto in eam tunc cum animi ardore incubui. His igitur studiis quum iudicium acuissem, multaque simul et assidua lectione antiquorum eum essem usum assequutus, ut offenderer, si quid non recte aut insolenter dictum esset, indignabar, quod, quamcunque partem antiquitatis attingerem, plurima incerta, falsa, inepta, atque adeo summae rationi repugnantia tradi viderem. Cuius rei caussam quum in eo positam esse animadverterem, quod scripta veterum vel perperam vel non satis intellecta essent: non est enim intelligere scire de qua re sermo sit et quid in universum dicatur, nisi omnem dictorum veritatem ac vim recte ac penitus perspicias: omne studium eo contuli ut lin-

Digitized by Google

guarum rationem usumque scriptorum quam possem certissime explicatum haberem. Pudebat enim quod, quum sensu quodam lectione comparato viderem quid recte aut secus diceretur, tamen neque ipse harum rerum rationem reddere possem, ab interpretibus autem ea afferrentur, quae partim non satisfacerent, partim aperte falsa ac perversa essent. Tempora verborum, modi, formae gentium vel nevorum vel scribendi generum diversitate discretae, particulae, quarum vis explicatu difficillima est, sed maximum ad iustam interpretationem momentum habet, haec omnia spissis tenebris involuta mirisque perturbata erroribus inveniebam. Quae quum illustrare, expedire, explanare conatus essem, multis haec, quod nova et inaudita essent, falsa videbantur, nec deerant qui aegre ferrent se ex consuetae socordiae somno excitari, erepta facilitate omnia pro lubitu interpretandi. Sed harum rerum pleraeque omnes paullatim ita sunt approbatae, ut, quum olim vel doctis nova acciderent, hodie ea ne a pueris quidem ignorari velimus. Verum relabi videtur seculum nostrum in pristinam levitatem, quum multi, linguarum scientia se iam pueros satis instructos rati, ea quae multo maiora ac potiora sint consectanda esse clament. Eorum duae sectae sunt, una grammaticorum, altera illorum qui quas ipsi res appellant tractari volunt. Et de grammaticis quidem alii, saniores illi, modo laboriosa industria rarissimas et maxime reconditas verborum formas expiscantur, modo mira subtilitate distinctiones definitionesque excogitant verbisque exornant amplissimis, haud scio an opera maiore quam fructu; alii autem, non magis

Digitized by Google

multa iustaque lectione exculti, lucem sibi inde unde sol oritur, repercussam aurora boreali, affulsuram sperantes, ad Brachmanas et Ulphilam confugiunt, atque ex paucis non satis cognitarum linguarum vestigiis quae Graecorum et Latinorum verborum vis sit explanare conantur. Qui ut hic illic alicuius vocabuli formaeve originem inveniant, tamen ad Graecae Latinaeque linguae rationem explicandam vereor ne non plus lucrentur, quam si Germanus aliquis gentis suae linguam plurima vocabula communia cum Graeca habere sciat: quo ille sua lingua nihilo rectius utetur, quam si id nesciat. Illi vero, qui se rerum explicatores esse gloriantur, primum eo immane quantum peccant, quod linguas veterum non rerum primam et potissimam esse intelligunt. Nam quid instituta veterum, quid artes, quid aedificiorum rudera aliaeque quae oculis cerni et manibus contrectari possunt reliquiae tam praeclarum atque eximium habent, quod praeferri, immo aequiparari possit ingeniorum monumentis, quae litteris consignata ad nos pervenerunt? Crediderim ego quidem quantum animus corpore praestantior est, tantum rerum antiquarum rem esse longe eminentissimam illam magnorum ingeniorum imaginem, quae linguae ope in scriptis veterum est expressa. Haec enim illud est, quod tamquam exemplum recti pulcrique admiramur, quod imitamur, quo excoli animos nostros atque ad praeclarissima quaeque excitari atque evehi sentimus. Id duntaxat ad cognoscendas caeteras antiquitates adhibere simile est ut si quis mentis animique vires modo propterea sibi datas crederet, ut corpori curando inservirent.

Digitized by Google

Nam praeter scripta veterum perpauca sunt quae hodie imitari ac nostra facere velimus, aut ex quibus multum ad ea quae summa homini esse debent proficiamus. Si quis architectorum, statuariorum, pictorum admirabilia sane opera et fortasse aliquas hodie ignotas artes seiungat, quae tamen omnia scriptis multo sunt inferiora, vix invenietur quod multum ad erudiendos animos conferat. Non dico hoc quo quidquam illarum rerum contemnam: nihil est enim quod indignum sit cognosci aut cognitum non aliquam utilitatem praestet: sed quod alia magis alia minus utilia sunt, neque confundi pretia rerum, sed iusta comparatione aestimari debent. Nulla ars, nullum negotium contemni meretur, neque optari oportet ut quam quisque artem colat eam non amet ac magni faciat: sed qui id quo ipsi delectantur tantis laudibus praedicant, ut prae eo caetera omnia in iisque etiam ipsa suae artis et quidem potissima adiumenta fastidiant atque aspernentur, quid aliud quam magnam perversitatem iudicii et ridiculam superbiam produnt? Sunt in istis rebus quaedam quas admirari stultum est, ut non paucae picturae in vasis. Nam etiam apud Graecos et Romanos imperiti artifices fuerunt. Aliae nec possunt ab omni parte explicari, nec, si possent, explicatae multum prodessent. Veluti si quis exactissime monstrare posset, quae species et qui usus fuerit illarum partium mundi muliebris, cuius permulta nomina in alteris Thesmophoriazusis constipavit Aristophanes, quid tandem lucratus esset aliud quam ut Atheniensium quoque mulieres magnam copiam et varietatem rerum quibus se ornatio-

Digitized by Google

res videri putarent habuisse intelligeret? At graviora atque gravissima sunt, inquiat quis, quae ad rerum publicarum constitutionem atque administrationem, ad leges et mores, ad sacra et religiones, ad omnem vivendi modum atque apparatum pertinent. Sane quidem, sed cur tandem? Num ut imitemur et nostras in civitates introducamus? Minime: sed aut quod pars sunt historiae, quae singularis et per se constans scientia est, aut, si tamquam philologi cognoscimus, ut recte intelligamus scripta veterum, quae penitus intelligere non potest nisi qui illarum quoque rerum notitiam habeat, eiusque auxilio sibi repraesentare veterum vitam seque in eam insinuare possit. Itaque tamen ad scripta illa ut ad rem praecipuam ac principalem remittimur. Remittimur vero etiam propter ipsas illas caeteras antiquitates. Nam solae litterae loquuntur: caetera monumenta muta sunt, ut, nisi scriptis proditum testatumque esset quid ista sibi vellent, non minore ea cum stupore intueremur quam qui rudera viderunt et reliquias urbium ab illis Americae populis conditarum quarum ne nomina quidem supersunt, sed ruinae ut exanima ossa iacent, nullo titulo cuius sint indicante. Vox et loquela imago est mentis et vitae, reviviscuntque mortui et versantur inter nos, si scriptis loquuntur. Litteris deletis pallescunt quae Orcum reliquerant umbrae suumque se recipiunt in sepulcrum tristi in aeternum relicto silentio. Lingua, res omnium maxime admirabilis, simulacrum est mentis animique, immo ipsa mens corpore induta, quod membrorum suorum apta structura et incredibili agilitate infinitam

Digitized by Google

illam cogitationum et sensuum varietatem ac multiplices flexus non tam imitatur quam ut sint atque consistant efficit; cuius vi et formamentis et comprehenduntur rerum notae et retinentur et discernuntur et consociantur, ut sine illo adminiculo semisomni veluti per nebulam titubantes vitam traheremus. Quod si lingua vel per se digna est cuius mirificam fabricam consideremus, quanto magis, si quae linguae a sollertibus populis inventae ac perfectae, et ab summis ingeniis excultae sunt ac perpolitae? Quae quum satis invitamenti in se ipsis ad cognoscendum habeant, tum multo potiore loco ponendae sunt, si per eas ad praestantissimorum scriptorum cognitionem atque intelligentiam via aperitur, remotumque ab nostra aetate aevum veluti praesens in clara luce nobis ante oculos expanditur. Lingua enim est, eaque sola, per quam, angusto quidem et salebroso multisque amfractibus pleno tramite ad illarum gentium memoriam, quae aliis seculis vixerunt, descendere in eamque nos penetrare concessum est: cuius qui rationem et reconditam saepe vim potestatemque etiam minutissimarum partium non accuratissime animo perceperit, tamquam peregrinus multa perperam intelliget, alia plane non animadvertet, omnino autem imperfectam ac non raro falsam rerum imaginem animo concipiet. Quae enim pars est antiquitatis, quam qui contempletur non plurima inveniat vana commenta, quorum fons in parum accurata linguae scientia deprehendatur? Nam quae non vidimus portenta rerum quae nec fuerunt umquam nec potuerunt esse? quae mira non Homerum, Aeschylum, Sopho-

Digitized by Google

clem, Aristophanem loquentes, de quibus illis numquam quidquam in mentem venerat? quas non Gorgones et Brauronias ursulas? et quae huius generis alia in lucem producta sunt plurima. Quod nisi viverent viri qui non verba ex rebus, sed res ex verbis cognoverunt, qualis in immortali opere mysteriorum mysteria aperuit Chr. A. Lobeckius vel Alexandro Macedoni suppetias ivit C. Gu. Kruegerus, verendum esset ne gliscente novae antiquitatis aedificatione, si veterum scriptorum aliquis ab inferis rediret, non magis se ipse agnosceret, quam hodie Athenis Athenas inveniret. Eapropter ego quum docere coepissem, illud mihi primarium ac principale habendum duxi, ut qui mea disciplina uterentur scripta veterum recte intelligere atque interpretari, quaeque corrupta essent non solum a sanis discernere, sed etiam sanare iusta emendatione discerent. Non enim onustos impedimentis, sed et armatos et armis recte uti scientes a me dimittere volebam, quod, hoc si effecissem, quoquo se verterent bene rem gesturos intelligebam, procul habita illa levitate, quae perplexa loquacitate res confingit quas quis facile possit spiritu diffiare.

Itaque quum altero vel tertio ante huius seculi initium anno quidam iuvenes me rogassent, ut se interpretandis Graecis scriptoribus exercerem, libenter eorum voluntati obsecutus sum, non tamen ut ullo modo de condenda societate quae permaneret et aliquam existimationem adipisceretur cogitarem. Sed placebat illis iuvenibus hoc genus exercitationis, et, si quis eorum relinqueret academiam, non deerant

Digitized by Google

alii, qui in eius locum suffici cuperent. Honori enim sibi ducebant admitti, pudebatque non dignum admissione iudicari, meque non lenem esse, in probando autem vel non probando nulla cupiditate duci, sed illam operam soli utilitati suae nullo meo cum lucro recipere videbant, qui non modo gratis studia sua regerem, sed etiam impensas quibus opus esset facerem de meo. Ita et duravit illa societas et crevit existimatione ac fama, ita ut, quum aliae in universitate nostra societates certis nominibus appellarentur, rogarer ut ei Graecae Societatis nomen imponerem. Impetravi autem anno MDCCCXV. ab rege Friderico Augusto, ut ea societas non solum publica auctoritate agnosceretur, sed etiam donaretur tribus regiis stipendiis, quibus fruerentur qui quoque tempore inter socios ordine primi essent. Ratio vero exercitationum constanter ea servata est quae ab initio fuit, quod visa est optima esse atque utilissima. Semel unaquaque septimana hora post meridiem sexta conveniunt socii, quo tempore non aliae in academia lectiones habentur, quibus in unius horae terminos sermones nostri coarctentur, omittendique sint disputatione non ad finem perducta. Mihi aliquot diebus ante affertur libellus ab uno sociorum conscriptus, postquam eum libellum alius, qui eius censuram suscepit, legit ac pertractavit. Tum ego, positis aliis omnibus negotiis, ad illud me scriptum confero, quod quo vel paginarum numero maius vel materiae copia uberius vel rerum difficultate implicatius est, eo plus me et temporis et operae ei tribuere oportet, ut de singulis certum et rectum conficiam iudicium. Quid

Digitized by Google

quis autem scribere velit, unicuique liberum reliqui, non solum ut cognoscerem quo quisque potissimum inclinaret, sed etiam quod rectius aguntur quae quis sponte et suapte quadam propensione, quam quae iussus et fortasse invitus agit. Praeterea non omnes ad eadem aut aeque praeparati atque exercitati, aut quibus opus est libris instructi sunt. Itaque dum quisque sibi eligit illud in quo se aliquid praestiturum putat idque tractat studiose, sive id, ut plerumque, scriptor aliquis, sive res aliqua est, quae perpendendis scriptorum testimoniis exploretur, simul, quod ei alio tempore cum aliis, qui alias res praetulerunt, disputandum est, ad has quoque res transit eo modo, quo quis facillime atque aptissime ad minus sibi nota invitatur, in easque introducitur. Nam quum eum non oporteat ipsum in illo genere aliquid elaborare, sed percensere quae scripsit alius, quidque is non recte disputaverit ostendere, dum invenire studet quo illum erroris arguat, excitatur hac ipsa cupiditate ut illas quoque res cognoscat, ne alterum convincere volens ipse latus nudum praebeat. Ita paullatim in variis rerum generibus omnes inter se aemuli fiunt.

Sed dicendum est de scriptis sociorum ipsis. Quoniam, ut supra significavi, hoc iis propositum esse volui, ut scriptores Graecos recte intelligere discerent, quia hoc assequutis omnis reclusa est antiquitas, non una quidem est via quae eo ducere videatur, sed unam tamen, quod caeteris et rectior et certior esset, praeferendam atque unice tenendam iudicavi. Sunt qui putent vertendo in sermonem patrium optime cognosci utrum quid intellectum sit an

Digitized by Google

non. Et sane hoc verum est, tentabatque multis abhinc annis etiam in Societate Graeca A. Seidlerus, qui Sophoclea nonnulla iisdem metris in nostram linguam transferebat elegantissime. Sed avocavi eum ego ab isto studio, quia, quum ea res difficillima sit et plurimam operam ac limam requirat, non est ad eam otium ei qui se philologum praestare constituit. Ac vidi non solum malos philologos esse qui vertendo multum occuparentur, verum etiam bonos et claros philologos, postquam se ad vertendum dedissent, hebescere multumque de pristina virtute remittere. Non movet me quod ista laudari video. Nam quid est quod non laudetur, aliis quae vir aliquis multi nominis facit omnia laudantibus, aliis autem praedicantibus eos a quibus praedicantur ipsi, quo sane fit ut utrique laudati ab laudatis viris sint. Sed hoc genus interpretandi quum removerem ab Societate Graeca, tamen saepe suasi atque hortatus sum, si quis in locum difficiliorem incidisset, eum ut vel in Latinam vel in patriam linguam converteret, quo magis quae in Graecis obscura, inconcinna, perversa, vitiosa essent elucesceret facilinsque deprehenderetur. Est autem aliud longe ab illo diversum genus interpretationis, quod item non admittendum duxi, etsi nonnullos esse video qui id unice probant, ut in quo demum iusta atque omnibus numeris absoluta interpretatio cernatur, quod genus positum est in explicatione omnium vocabulorum et formularum, in comparatione multorum similium exemplorum, in amplissima rei cuiusque enarratione, denique in divinatione quadam rerum abstrusissimarum, quas ab se ipso in-

Digitized by Google

ventas in antiquum scriptorem interpres inferat. In quo quoniam fere nihil nisi inanis ostentatio comportatae undique doctrinae et speciem eruditionis ementita levitas inest, arcendum magis quam alendum censui istum morem, qui nec rebus quibus adhibetur valde utilis ac potius saepe damnosus est, homines autem qui ei se dedunt vanos et arrogantes facit. Quum igitur ne hoc quidem genus interpretandi ferendum ducerem, aliud probavi, quod ut optimum et propositi mei ratio commendabat et comprobatum usu atque experientia vidi. Non omnia explicari ab Societate Graeca volui, sed ea tantum, quae difficilia aut corrupta essent, quorum altera recte explicando defenderentur, altera bene emendando lucem acciperent. Ac nemo non videt, eam potissimum exercitationem habere quo alliciat et placeat, cui aliquid difficultatis quod superari debeat propositum est: quod quo est complicatius, eo magis ad reperiendam explicationem instigat animos, eoque plus gaudii affert, si res bene successit. Nam de iis quae quivis facile intelligat verba facere neque ipsi qui dicit potest gratum esse et taedium creat legentibus vel audientibus. Illa autem quae difficilia atque impedita sunt in antiquis scriptoribus quum plerumque coniuncta sint cum aliquo vel a veteribus libris propagato vel a criticis aut interpretibus illato vitio, ea praecipue tractari in Societate Graeca volui quae huius generis essent, quod ea simul et interpretandi dexteritate et deprehendendi emendandique vitii sollertia opus haberent. Ita enim coniunctum est critici atque interpretis officium, ut qui non utroque aeque valeat non

Digitized by Google

magis possit recte procedere quam qui altero pede claudicans alterum quoque aegre promovet. Huius autem exercitationis, quae in tractandis difficilibus et corruptis posita est, duplex virtus est, una in modo, quo est ea res facienda, altera in effectu. Ac modum tenendum duxi eum, ut, quod quis sibi tractandum sumpsisset, explicaret perspicue, oratione non vitiosa neque incompta. Perspicuum est autem quod recte cogitatum est. Recte cogitare vero est nec necessaria omittere neque aliena admiscere, omnia autem iusto ordine coniungere atque ita inter se nectere, ut cohaereant idque quod efficiendum est efficiant nec pugnare inter se reperiantur. Eo non solum acuitur iudicium, sed nascitur etiam clara ac certa intelligentia, quae in se ipsa habet fontem voluptatis purissimae. Nam quum omnis voluptas eo contineatur, ut naturae aliquid convenire sentiamus, mentis natura autem in cogitando sit posita, tum demum satisfactum esse naturae suae sentit mens, quum nihil relictum est quod cogitationem impediat. Atqui hoc est quod verum vocamus: unde veri perspicientia omnis cum voluptatis sensu est consociata. Falsum enim semper aliquid continet quod cogitari nequeat, quo ipso fit ut sit falsum. Hinc illud praecipue curandum urgendumque putavi ut recte cogitaretur, quod id omnis scientiae fundamentum est. Quod quum potissimum eo efficiatur, ut removeantur aliena notenturque parum cohaerentia, saepe uno verbo aut brevissima interrogatione magnam controversiam licet dirimere. Advertit autem animos eximie, quum brevi dicto interposito sistitur temere

Digitized by Google

evagata disputatio et subito conversa eo quo debet dirigitur. Alterum cuius caussa difficilia et corrupta tractari voluerim effectus est huius rei. Nihil enim tantopere allicit animos atque acuit studia, quam quum contigit dispellere obscuritatem vel tollere vitium. Nam quod fructum habet praesentaneum et qui oculis cerni possit, alacrius et maiore agitur contentione virium: quod fit in hoc genere exercitationis apertissime, quum acriter et attente quaerendo primum caussa obscuritatis vel sedes vitii, deinde recte concludenda ratione aut sollerti acumine iudicii repente explicatio vel medela invenitur, eaque saepenumero in tantillae rei detecto neglectu posita, ut mirum ac vix credibile videatur quod id latere potuerit. Id vero mirifice incendit animos, vehementissimeque exstimulat, praesertim exspectatione suspensos, si sensim sensimque propius ad id in quo cardo rei est adducuntur. Eo maxima est inter socios aemulatio et non ambiguum gaudium invento quod quaerebatur, multaque a multis deinceps sociis eo modo et praeclare explicata sunt et eximie emendata. Descripsit eiusmodi disceptationem elegantissime et festivissime Adolphus Emperius in observationibus in Lysiam, quas Brunsvigae anno MDCCCXXXIII. edidit. Aliquando vero, quum quis impeditus fuit quominus aliquid scriberet, ego, ubi id mihi significatum est, aliquem difficilem locum indico, de quo cogitent socii, quumque convenerunt, quaero qui habeat quod afferat, aut quid sentiant de hoc illove dicto explicando emendandove vitio, excipiturque id eo cupidius, quo magis desperatum videtur. Ac dici vix potest

Digitized by Google

quanto tum studio contendant ut reperiant quod rem expediat, quantumque oculis et vultu prodant gaudium, quum est vel ab ipsorum aliquo inventum vel a me patefactum. Habet hoc autem etiam ad liberalitatem studiorum et probitatem animi momentum permagnum, quod non de vana gloria, sed de vero inveniendo certatur, quae non vitii, sed virtutis aemulatio est. Non enim ullo modo vanitatem aut arrogantiam fero, quam si quando, quod factum est rarissime, se inferre viderem, coercui severissime. Quod si unus alterve postea sui iuris factus aliquid intemperantius egit, non habet ille quod se non monitum, sed quod monitorum non memorem fuisse queratur. Altercandi vero, rixandi, per fallacias aliquid obtinendi ne occasio quidem est in ea societate, in qua quod omnes nihil nisi verum quaerunt, dissensioque omnis postremo componitur, non alienantur ab se animi sociorum, sed potius arctissimo coniunguntur vinculo amicitiae. Hinc quotquot fuerunt huius societatis socii gratam conservant illarum disputationum memoriam, nec puto ullum eorum esse, qui non mihi quoque, etiam si quando severius cum eo egissem, amicus manserit constantissimus. Ac permagnus est illorum numerus virorum, quos tam longo spatio societas illa suos fuisse gaudeat, quorum non pauci sua sibi virtute magnam famam atque auctoritatem pepererunt et ad amplissima evecti sunt munera. Vix ulla non modo in Saxonia, sed in Germania illustrior schola aut litterarum universitas est, in qua non doceant viri qui aliquando Societati Graecae fuerint adscripti. Quin etiam extra Germaniam, ut

Digitized by Google

Petropoli et complures in Helvetia, ac potissimum in carissima mihi iterato hospitio urbe Turici per illius societatis opportunitatem habeo mei memores mihique dilectos amicos. Sed quosdam eorum immatura mors abstulit, quorum primus mihi sui desiderium reliquit C. G. A. Erfurdtius, quocum mihi usque ad eius mortem suavissimum fuit de communibus studiis epistolarum commercium. Obiit Fr. Passovius, vir variae atque elegantis eruditionis, qui multa cum laude docuit Vratislaviae; obiit C. Reisigius, ingenio, vita, fato tam similis F. A. Wolfio, ut non viderim homines qui inter se similiores essent. Eum ego quod eximia indole esse videbam, admodum adolescentem in Societatem Graecam suscepi, in qua talem se praebuit, ut non instiganda, sed coercenda fuerit fervidissimi vis et quasi tempestas ingenii. Postea, quum iuvenes litterati ad liberandam a Gallorum dominatione patriam ad arma convocabantur, in iisque ille quoque nomen daturus erat, nihil intentatum reliqui quo eum ab isto consilio averterem, quod nolebam vitae periculum subire, quem vivere pro litteris quam perire pro patria multo esset optabilius. Nam in litteris unius hominis ingenium lumen ingens universae potest doctrinae accendere; in bello autem si miles unus gregarius aut centurio cadit, non sentitur iactura explerique locus a quovis potest. Quare Reisigium tam sollicite retinere studebam, quam alium quemdam, non illum quidem de Societate Graeca, bonum atque industrium hominem, sed lentum et nimis laboriosum, omnibus modis ad arma capienda adhortabar, quod eum, si periret, peiorem fortunam effugere, sin salvus rediret,

Digitized by Google

disciplina militari alacriorem factum, etiam ad studia litterarum aptiorem fore intelligebam. Neutrum permovere potui: atque ille alter, ut praevideram, in summa paupertate misere et traxit vitam et reliquit; Reisigio autem, quod cohors in qua erat non conflixit cum hoste, ad pristina studia reverso prolongata in aliquot annos a fato vita est, docuitque ille Ienae et Halis maximo cum applausu. Quem qui audiverunt aut qui legerunt quae alio tempore alia atque inter se pugnantia de eo scripsit G. H. Schaeferus, suspicari puto magnam quamdam mihi cum eo simultatem aut inimicitiam fuisse. Ac fortassis ipse aliquid ad excitandam eiusmodi suspicionem contuli, quum in Incredibilium libro p. 6. sive Opusc. vol. IV. p. 345. de Schaefero scripsi: *scit ipse qua studio fuerit, quum Reisigii irritabile cor Oedipo Coloneo a me edito interitum spirabat, de qua re alibi lepida narrabuntur.* Ea lepida nunc, quoniam huc delatus sum, narrare volo, ut et Reisigium et me ipsum ab iniusta suspicione liberem, appareatque ne illius quidem viri irritabile cor ab Societatis Graecae erga me animo et voluntate defecisse. Habebat Reisigius hoc quoque commune cum F. A. Wolfio, ut uterque quae fecisset non solum cum approbatione, sed etiam cum admiratione excipi postularet: quare et dissensum ferebant aegerrime tentabantque omnia ut vincere viderentur, et commovebantur multo magis, si quis eos erroris coargueret. De Wolfio nunc non est dicendi locus: sed de Reisigii Oedipo Coloneo in meae editionis praefatione haec scripseram: *quo ille novo documento meum de eius ingenio iudicium comprobavit. Nam*

Digitized by Google

cum ab illo inde tempore, quo adolescens in auditoribus meis fuit, quia et indole eximia praeditum et caetera egregie cordatum videbam, mirifice dilexi. Illud tamen vellem, neque insolita consectari amaret, et crederet etiam sibi aliquid humani posse accidere, nec putaret auctoritati suae consu'ere, qui, si saltuns forte in tripudio pedem offenderit, artis lege id factum simulet. Nam quis tandem nisi volgus redamtruet olli? Haec quo spectarent nemo sciebat praeter ipsum Reisigium paucosque amicos meos. Scilicet in carmine, quod universitatis Halensis nomine in nuptias regii principis scripserat, hunc posuerat versum Glyconeum:

lactus atque tripudiis.

Eius carminis exemplum misit mihi per G. Dindorfium, cui, ut legi, mandavi, diceret Reisigio cohorruisse me ista mensura tripudii. Hinc, ut nihil modice agebat, gravem spirabat iram, et quanta voce me alias laudaverat, tanta tunc vituperabat, quumque Oedipum Coloneum edidissem, magnum ei libro malum minabatur. Simul longam scribere dissertationem instituerat, qua tripudium, quod esset terripavium, quae originatio apud Festum prodita est, producta *u* esse ostenderet, et ne si corriperetur quidem labare metrum altera adhibita versus Glyconei forma demonstraret. Haec quum mihi narrabantur, risi, qui perspectum haberem animum viri revera non mihi, sed sibi irati. Eo tempore quum Lipsiam veniebat, non visebat me, ut antea solitus erat. Sed casu accidit, ut eum, quum aliquando Lindenaviam ad Seidlerum venirem, ibi offenderem. Porrexi dextram, mirarique

Digitized by Google

me dixi quod tamdiu non vidissem. Conturbatus nonnihil, sed dissimulans, promisit venturum die crastino. Postquam discesseram, vehementer gavisus est, ut postea accepi, quod suum Hermannum recuperasset. Quasi umquam amissus fuerim. Postridie venit ad me, sicut promiserat. Ibi ego quum de tripudio sermonem occiperem, primo defendere conabatur illud suum terripavium, sed mox, quum aperte a pellendo dictum neque alia mensura esse quam repudium et propudium ostendissem, confessus est errorem. Quum porro dicerem, non sane in mensura verborum rite observata poesin positam esse, sed tamen qui versus faceret non debere artis leges negligere, in quo genere me eum etiam alibi atque ipso in Oedipo minus curiosum deprehendisse, mirabatur, rogabatque ut monstrarem. Monstravi, sed, ne elaberetur, non prius quam quaesivissem fatereturne ista metris esse scripta. Aiebat. In iis quum esset hic versus p. CLXVIII.

crudele vobis hoc qui iniecit odium,

subridens dixi:

obsequium amicos, veritas odium parit.

Discessit a me amicissime, neque ego eum umquam minus amavi, quod se interdum efferret ferocius. Valde enim morosum aut pusilli animi esse oportet, qui aegre ferat, quod quis sine malitia inconsideratius aut fervidius dixerit. Immo talia aequo animo et cum ingenuitate accepta arcent a consuetudine tristitiam et saepe afferunt aliquid hilaritatis. Ita quum in Italiam abiturus valedicendi caussa Lipsiam venisset Reisigius, meque domi meae non inventum quaesivisset apud Nobbium diem festum scholae Nicolaitanae agentem,

Digitized by Google

magna in convivarum frequentia sermo iniectus est de versu Aristophanis Nubium 180. in quo *θοιμάτιον* a me erat in *θυμάτιον* mutatum. Ibi quum dicerem Reisigio, non dubito, quin tu auditoribus tuis, quum illam emendationem commemorabas, occlamaveris esse falsissimam: profecto, inquit, dixi hoc. Tum multo cum risu, quam ipse attulerat explicationem, contra mechanices leges extremam partem veruculi digitis ab Socrate inflexam dictitans, ita ei extorta est, ut postremo confiteri errorem cogeretur, verissimeque repositum esse concederet *θυμάτιον*. Is dies ultimus fuit, quo eum vidi, bonisque cum votis et monitis sum prosequutus. Sperabam, si multorum hominum mores vidisset et urbes, didicissetque non esse errare turpe, si sine turpitudine erraretur, magnum fore lumen litteris et eximium ornamentum patriae. Nam ille amor veri, illa contemptio falsae ac vanae gloriae, illa animi magnitudo non reformidantis convictionem erroris, sed existimantis initium non errandi esse, haec ea sunt, quae ego et excitare in animis iuvenum et alere cupio; haec vinculum illud, quo ego et ipsos inter sese et mecum coniungi expeto; haec vis illa invicta, qua firmo atque intrepido gradu procedunt incrementa doctrinarum; haec via non ad praesentem admirationem vulgi ex clamoris magnitudine pondus dictorum aestimantis atque, ubi fumum videt, lucem esse putantis, sed ad duraturam approbationem doctorum atque eruditorum, non tinnitu aurium, sed mentis acie iudicantium, lucemque esse censentium, ubi cernatur aliquid clare. Atque hoc ita per Societatis Graecae amicissimum consor-

Digitized by Google

tium assequutus sum, ut plurimos eorum, qui ei aliquamdiu interfuerunt, tales evadere viderim, quales maxime optarem. Quorum exempla quum ii quoque naviter sequantur, qui nunc socii sunt, habebo etiam posthac quo gaudeam, vivetque in his quoque aliqua pars mei etiam tum, quum sola superstes erit memoria ac desiderium huius mutuae inter nos concordiae.

Digitized by Google

P. S. a. MDCCCXXXVII.

Edita est proximo anno in Notitiis litterariis Gottingensibus mense Octobri part. 169—174. censura meae horum Actorum praefationis, quam ego legisse satis duxi, alii autem, iique non ex eorum numero, cum quibus mihi aliquid familiaritatis aut consuetudinis est, instant ut quae invidiose dicta sint ne silentio praeteream. Ego aliter sentio. Nam neque admirationem capto eorum, quibus scripta est ista censura; qui autem non fando quid sit antiquitatis scientia cognitum habent, eos nec quid veri aut non veri dixerit censor; nec qua mente, quo consilio, qua arte scripserit, latere potest. Sed duas ille criminationes inseruit, unam calumniae, alteram cuiusdam ignoti mihi piaculi, de quibus aliquid dicendum puto. Calumniae insimulatus sum, quod Gottingae non honorificum nomen grammatici esse dixi. Qui grammaticos ut inferioris ordinis philologos ab illis, qui potiora, graviora, liberaliora tractarent, distinguere coepit, Heynius fuit, vir venerabilis, cui debetur quod antiquitatis cognitio perruptis quibus coarctata iacebat claustris clara in luce diei quaquaversus est exspatiata. Is quid de ista re senserit notum est ex Heerenii Vita eius p. 87. et Wolfii ad eum epistolis p. 87. 143. seqq. testanturque aliquot relationes in Notitiis Gottingensibus, in quibus

Digitized by Google

grammatici et metrici ut ignobiliores a caeteris separantur philologis. Omnium autem apertissime procacissimaque cum fiducia suum grammaticorum contemptum ipse professus est scriptor censurae in memorabili illa praefatione Eumenidum. Alterum est, quod Reisigium censor digniores quasdam, quam quae a me commemoratae fuerint, irarum caussas habuisse significat. Si sciebat, quae istae digniores caussae essent, cur non dixit? Non enim reticuisse verecundia quadam documento sunt Eumenides quaeque iis defendendis scripsit. Criminari non nominato crimine, id vero est calumniari. Sed qui scribere potuit, quod in Eumenidum appendicis prima pagina lectores mirati sunt, Ibyci editorem graves poenas dedisse, quod Gottingae et non Lipsiae cursum studiorum fecisset, eum quid est quod quis non posse scribere existimet? Ita consummatae philologiae gloriam appetenti non relictus est locus, ubi pudor consisteret, quem putabamus haud minimum illarum esse fructum litterarum, quas constanter humaniores appellat.

Digitized by Google

CONTINENTUR HOC VOLUMINE

Car. Frider. Hermanni disputatio de loco Platonis de legg. III. p. 699. C. . . . . p. 1—17.

Leonh. Spengelii emendationes in Polybii historiarum excerpta Vaticana et in C. Iulii Victoris artem rhetoricam . . . . . p. 19—38.

Franc. Goelleri commentatio de scriptis Caesaris et Taciti ex monumentis medii aevi illustrandis . . . p. 39—116.

Frid. Adolphi Trendelenburgi disputatio de accusativi nomine . . . . . p. 117—124.

Franc. Volcm. Fritzschii commentatio de duabus personis Aristophaneis . . . . . p. 125—158.

Anton. Westermanni adnotationes in Attica Pausaniae p. 159—186.

Theodori Bergkii de scolio Pindari in Xenophontem Corinthium dissertatio et coniecturae in poetas graecos. . . . . p. 187—208.

Aug. Gotth. Gernhardi dissertatio de consilio quod Plato in Politiae libris secutus est . . . . . p. 209—228.

A. Salom. Voegelini adnotationes in Platonis Gorgiam p. 229—254.

Henr. Iul. Urbani commentatio critica de locis nonnullis Luciani . . . . . p. 255—265.

Ernesti Edu. Seileri dissertatio de Lexiphane et aliquot locis ex aliis Luciani scriptis . . . . . p. 267—286.

Digitized by Google

Car. Herm. Funkhaenelii dissertatio de Demosthene Platonis discipulo . . . . . p. 287—306.

Caroli Putschii dissertatio de vi atque usu formularum *non modo — sed* — et *non modo — sed etiam* p. 307—316.

Caroli Iahnii symbolae ad emendandum et illustrandum Plutarchi librum de sera numinis vindicta . p. 317—350.

Adolphi Emperii conamina critica . . . . . p. 351—370.

Car. Ern. Christoph. Schneideri commentatio de primo Caesaris consulatu. Pars prior. . . . . p. 371—409.

Digitized by Google

CAROLI FRIDERICI HERMANNI

PHILOS. D. PHILOLOG. IN UNIV. MARBURG. P. P. O.
ET SEMINAR. PHILOL. DIRECTORIS, BIBLIOTH.
ACADEM. PRAEFECTI II.

DISPUTATIO

DE LOCO PLATONIS DE LEGG. III.

P. 699. C.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS

CLARISSIMIS ATQUE DOCTISSIMIS

ANTONIO WESTERMANN

ET

CAROLO HERMANNO FUNKHAENEL

S. P. D.

CAROLUS FRIDERICUS HERMANN.

Humanissimae literae Vestrae, quibus a me petiistis, ut meam qualemcunque symbolam ad Acta Societatis Graecae Vestris curis edenda conferrem, etsi commentandi libertatem multis nisi brevitatis cancellis circumscripserunt, ipso tamen instituti operis consilio postulare videbantur, ut quae Vobis mitterentur commentationes aut ipsae olim in sociorum consessu exhibitae et defensae essent, aut saltem ex eodem genere peterentur, in quo Societatis Graecae disputationes plerumque versari solitae essent. Quod quum apud me reputassem, sepositis quibus nunc maxime exerceor argumentis, nulla re magis satisfieri desideriis Vestris posse arbitratus sum, quam si eundem locum, de cuius lectione ante hos tredecim et quod excurrit annos, quum in Societatem reciperer, disputassem, denuo in examen vocarem et secundis curis retractarem. Erat ille Platonis ex libro de legibus tertio pag. 699. C. ed. HSt., cuius etsi quam tunc corrigendi rationem proponebam, nec commilitonibus probabam, neque ipse nunc re diligentius recogitata tueri amplius possum, difficultates tamen, quibus tunc offendebar, etiam nunc manent nec minorem quam olim disse-

Digitized by Google

rendi materiam praebebunt, praesertim quum omnino dignus sit locus, in quo explicando paulo diutius immoremur. Plato igitur postquam in variarum rerum publicarum recensu ad suam ipsius patriam Atticam pervenit, illud inprimis sibi ostendendum proposuit, eam civitatis formam, quam a maioribus Athenienses accepissent, sapienti omnium ordinum temperamento mixtam legumque obsequio adstrictam, longe praestitisse ei, quae sua aetate, aucta in immensum plebis potentia, in immodicam et effrenatam licentiam degenerasset; libertatem nulla legum reverentia magistratuumque auctoritate temperatam omnia pessum dare, neque aliter populare imperium cum salute publica conciliari posse, nisi cum verecundia quadam adeoque metu coniunctum, qui animos civium intra recti honestique fines coerceat eosque publico commodo potius quam suis cupiditatibus servire cogat [1]). Cuius sententiae luculentissimum documentum ex bello Persico repetit, quo quum nihil unquam illustrius populus Atheniensium sibi gessisse videretur eoque facinore iure meritoque semper gloriari soleret [2]), illam ipsam victoriam aeternamque virtutis laudem nulla re magis comparatam esse ostendit, quam timore ac metu, quem antiquae religioni animis insitae additum effecisse, ne turpi fuga dilapsi sibi quisque privatim consulerent, sed conferti et constipati quamvis pauci numero coniunctis viribus atque unanimi consensu ingentes barbarorum copias profligarent. Proposito igitur pericule a Persis ingruente, quod nullam Atheniensibus spem nisi in virtute sua deorumque ope reliquerit, his verbis pergit: *ταῦτ' οὖν αὐτοῖς πάντα φιλίαν ἀλλήλων ἐνεποίει, ὁ φόβος ὁ τότε παρὼν ὅ τε ἐκ τῶν νόμων τῶν ἔμπροσθεν γεγονὼς, ὃν δουλεύοντες τοῖς πρόσθεν νόμοις ἐκέκτηντό, ἣν αἰδῶ πολλάκις*

---

1) Legg. III., p. 698. *τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν τὸ μετὰ τοῦτο ὡσαύτως ἡμᾶς διεξελθεῖν χρεών, ὡς ἡ παντελὴς καὶ ἀπὸ παισὶν ἀρχῶν ἐλευθερία τῆς μέτρον ἐχούσης ἀρχῆς ὑφ' ἑτέρων οὐ σμικρῷ χείρων· ἡμῖν γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὅτε ἡ Περσῶν ἐπίθεσις τοῖς Ἕλλησιν, ἴσως δὲ σχεδὸν ἅπασι τοῖς τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσιν ἐγίγνετο, πολιτεία τε ἦν παλαιὰ καὶ ἐκ τιμημάτων ἀρχαὶ τινες κατέστησαν, καὶ δεσπότας ἐνῆν τοὺς αἰδῶς, ὑφ' ἣν δουλεύοντες τοῖς τότε νόμοις ζῆν ᾠόμεθα.* Conf. Lehrbuch d. griech. Staatsalterth. §. 67.

2) Aristoph. Equitt. 788. *σὲ γὰρ ὃς Μήδοισι διεξιὼν περὶ τῆς χώρας Μαραθῶνι, καὶ νικήσας ἡμῖν μεγάλως ἐγγλωττοτυπεῖν παρέδωκας.* Conf. Spanhem. ad Nubb. 928, Rötscheri Aristophanes p. 85 – 93.

Digitized by Google

ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴπομεν, ἢ καὶ δουλεύειν ἔφαμεν δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς εἶναι, ἧς ὁ δειλὸς ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος· ὃν εἰ τότε μὴ δέος ἔλαβεν, οὐκ ἂν ποτε ξυνελθὼν ἡμύναιο οὐδ' ἤμυνεν ἱεροῖς τε καὶ τάφοις καὶ πατρίδι καὶ τοῖς ἄλλοις οἰκείοις τε ἅμα καὶ φίλοις ὥσπερ τότ' ἐβαήθησεν, ἀλλὰ κατὰ σμικρὰ ἂν ἐν τῷ τότε ὑμῶν ἕκαστος ἀνεδασθεὶς ἄλλος ἄλλοσε διεσπάρη. Quo in loco primum quidem illud difficultatem habet, quod ipse sibi contradicere Plato videtur, qui quam nuno metum illum Atheniensium tanquam priscae eorum virtutis fontem praedicet ac commendet, idem in Phaedone p. 68. D. vulgarem hanc fortitudinem, si quis metu impulsus fortiter faciat, veram et genuinam virtutem esse negat, adeoque in ludibrium vertit, quasi ignavia vir fortis existere possit: τῷ δειλέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι, καίτοι ἀτοπόν γε δέει τινὰ καὶ δειλίᾳ ἀνδρεῖον εἶναι: re tamen accuratius perpensa egregie sibi constabit. Nimirum quam veram virtutem appellavit, quae non in singulis actionibus, sed in constantia quadam recte agendi cernitur, ipse intellexit in philosopho tantum esse: eam enim iam Socrates docuerat scientia contineri, quae sola vitae humanae causas finesque bonorum cognitos habeat [3]); tantum tamen aberat, ut honeste agere nisi sapientem posse negaret, ut duas praeterea vias ostenderit, quibus ad eundem cum virtute effectum perduci humanae actiones possent. Quarum una in divino numine, θεία μοῖρα, posita est, qua plurimos antiquitatis viros, virtutis laude insignes, licet sapientiae luce caruerint, ad honestatem et probitatem vitae pervenisse statuit [4]); eamque rationem ne ab hoc quidem loco prorsus alienam esse evincunt, quae in libro primo p. 642. C. de Atheniensibus in universum leguntur: τά τε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ, διαφερόντως εἶναι τοιοῦτοι,

3) Cf. Brandis Grundl. der Lehre des Sokr. in Niebuhrii Ms. Rhenan I. p. 131, Ritteri Gesch. d. Philos. II. p. 426 sqq.

4) Meno p. 99. cf. Politic. p. 309. C. τὴν τῶν καλῶν καὶ δικαίων πέρι καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν τούτοις ἐναντίων ὄντως οὖσαν ἀληθῆ δόξαν μετὰ βεβαιώσεως, ὁπόταν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγγίγνηται, θείαν φημὶ ἐν δαιμονίῳ γίγνεσθαι γένει. de Legg. XII. p. 951. B. εἰσὶ γὰρ ἐν τοῖς πολλοῖς ἄνθρωποι ἀεὶ θεῖοί τινες, οὐ πολλοὶ, παντὸς δ' ἄξιοι ξυγγίγνεσθαι, φυόμενοι οὐδὲν μᾶλλον ἐν εὐνομουμέναις πόλεσιν ἢ καὶ μή. Neque alieni sunt loci Senecae epist. XCV. p. 420. Bip. et Lactantii III. 15.

Digitized by Google

δεικτέον ἀληθέστατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί: quod si priscos illos Μαραθωνομάχους, etiamsi non iisdem quibus philosophi rationibus ad virtutem ducerentur, tamen fortiter fecisse constabat, poterat sane ita hoc Plato expedire, ut divinitus illis contigisse diceret. Quamquam quae de θείᾳ μοίρᾳ hic et alibi profert, ad singulos potius viros eximios, ut Aristidem et Themistoclem, pertinere videntur; vulgo, de quo nunc maxime sermo est, altera magis via convenit, qua Plato hominem, etiamsi ad ipsum sapientiae fastigium, quae plurimorum sors est, suis viribus evolare nequeat, tamen et probum et beatum fieri posse existimat, nimirum si in re publica recte et sapienter constituta vivat eiusque legibus atque institutis pro virili parte obsequentem esse praebeat; quo facto una cum universa civitate etiam singula eius membra ad finem sibi propositum perventura esse [5]). Haec est quam compluribus in locis vulgarem et civilem virtutem, ἀρετὴν πολιτικὴν καὶ δημοτικήν appellat, exercitatione et habitudine potius quam mente et ratione comparatam [6]); quae tamen etsi hominis animum non ab omni peccandi periculo tutum praestet, veraeque virtutis umbra tantum ac simulacrum haberi possit [7]), effectibus suis non minus prope ad eam accedit, quam recta opinionem interdum scientiae speciem referre docet [8]). Eandem enim utriusque rationem esse pariterque vulgarem virtutem recta opinione ac veram scientia niti luculentissime ostendit locus de republ. IV.

---

5) Republ. IV. p. 421. C. ξυμπάσης τῆς πόλεως αὐξανομένης καὶ καλῶς οἰκιζομένης ἐατέον ὅπως ἑκάστοις τοῖς ἔθνεσιν ἡ φύσις ἀποδίδωσι τοῦ μεταλαμβάνειν εὐδαιμονίας. conf. IX. p. 590. C. οὐκοῦν ἵνα καὶ ὁ τοιοῦτος ὑφ' ὁμοίου ἄρχηται οἷσπερ ὁ βέλτιστος, δοῦλον αὐτὸν φαμεν εἶναι δεῖν ἐκείνου τοῦ βελτίστου, ἔχοντος ἐν αὑτῷ τὸ θεῖον ἄρχον κ. τ. λ.

6) Phaedo p. 82. B. εὐδαιμονέστατοι, ἔφη, καὶ τούτων εἰσὶ καὶ εἰς βέλτιστον τόπον ἰόντες οἱ τὴν δημοτικήν τε καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ ἔθους τε καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ. Republ. VI. p. 500. E, X. p. 619. C. ἐν τεταγμένῃ πολιτείᾳ ἐν τῷ προτέρῳ βίῳ βεβιωκότα, ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας ἀρετῆς μετειληφότα. de Legg. IV. p. 710. A. etc.

7) Phaedo p. 69. B. χωριζόμενα δὲ φρονήσεως — μὴ σκιαγραφία ᾖ τις ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα. cf. Olympiod. ad Alcibiad. I. p. 30. ed. Creuzer.

8) Meno p. 97. B, Sympos. p. 202. A, Phileb. p. 11. B, Republ. VI. p. 506. C. etc.

Digitized by Google

p. 430. B, ubi hanc fortitudinis definitionem proposuit: *τὴν δὲ τοιαύτην δύναμιν καὶ σωτηρίαν διὰ παντὸς δόξης ὀρθῆς τε καὶ νομίμου δεινῶν πέρι καὶ μὴ ἀνδρείαν ἐγὼ καλῶ καὶ τίθεμαι*, prudenter subiungit: *πολιτικήν γε*; veram enim fortitudinem ex Socraticorum sententia non modo *ὀρθὴν δόξαν*, verum *ἐπιστήμην περὶ τὰ δεινὰ* fuisse multis testimoniis constat 9). Sed haec, ut diximus, in philosopho tantum apparet, qui fluctuantes opiniones ratiocinatione causarum regere ac confirmare potest; in vulgus hominum alio artificio opus est, quod externa quadam necessitate sensus atque opiniones eorum ad certum recti honestique finem dirigat, legibus ac disciplina publica, quae si recte instituta fuerit, illud certe efficiat, ut donec vivat homo, religione ac metu intra virtutis terminos contineatur moremque probitati et civilibus officiis assuescat 10). Neque aliam Lacedaemoniorum rei publicae causam fuisse, si cum Platonis re publica, qualem ille exoptavit, conferas, ipse olim in Ephem. Schol. 1831. p. 648. monui; quorum virtutem etsi saepius laudari exemploque proponi a Platone videmus, tamen si ad Phaedonis normam exigatur, et ipsam ridiculam fore vel unus ille Plutarchi locus docet in V. Cleom. c. 9, ubi templum adeo Timori consecrasse narrantur, *οὐχ ὥσπερ οὓς ἀποτρέποντες δαίμονας, ἡγούμενοι βλάπτειν, ἀλλὰ τὴν πολιτείαν μάλιστα συνέχεσθαι φόβῳ νομίζοντες*. Quibus quam rationem Plutarchus subiungit, eadem prorsus nostri loci est: *καὶ τὴν ἀνδρείαν δέ μοι δοκοῦσιν οὐκ ἀφρβίαν, ἀλλὰ φόβον ψόγου καὶ δέος ἀδοξίας οἱ παλαιοὶ νομίζειν· οἱ γὰρ δειλότατοι πρὸς τοὺς νόμους θαρραλεώτατοι πρὸς τοὺς πολεμίους εἰσί, καὶ τὸ παθεῖν ἥκιστα δεδιόσιν οἱ μάλιστα φοβούμενοι τὸ κακῶς ἀκοῦσαι*: quemque huius sententiae confirmandae causa addit Homeri versiculum ex Iliad. IV. 431: *σιγῇ δειδιότες σημάντορας*, ab ipso Platone de Republ. III. p. 389. E. ita commendatur, ut facile eum appareat metum ad virtutem efficiendam, etsi a sapientis persona alienum iudicas-

9) Xenoph. Mem. Socr. III. 9, Plat. Protag. p. 350. C. et 360. D, Lach. p. 196. C, Meno p. 88. B; conf. et Thucyd. II. 40, Cic. Tuscul. IV. 24, Seneca de benef. II. 34, Plutarch. de Stoic. repugn. c. 7, Sext. Empir. adv. Mathem. IX. 158. etc.

10) Republ. IV. p. 424 sqq. Legg. I. p. 643 sqq. Plura dabit Kappius, Platon's Erziehungslehre, p. 314 sqq.

Digitized by Google

set, tamen vulgo hominum egregie convenire existimasse. In libris de legibus autem, ubi omnino missa perfectae omnibusque numeris absolutae sapientiae imagine propius ad humani generis imbecillitatem descendit, nihil mirum est in eum oxymoron incidere, quod in illius dialogi fastigio constitutus irriserit, quamque illic prae ingenuae et spontaneae virtutis splendore fortitudinis speciem contemserit, nunc, modo exitus eosdem habeat, amplecti et praedicare[11]). Quam in sententiam locus primarius est in libro primo, p. 647, ubi inter alia haec leguntur: *οὐκοῦν τά τ' ἄλλα πολλὰ καὶ μεγάλα ὁ φόβος οὗτος ἡμᾶς σώζει, καὶ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ νίκην καὶ σωτηρίαν ἓν πρὸς ἓν οὐδὲν οὕτω σφόδρα ἡμῖν ἀπεργάζεται*: et deinde: *καὶ μὴν ἄφοβόν γε ἕκαστον βουληθέντες ποιεῖν φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες αὐτὸν μετὰ νόμου τοιοῦτον ἀπεργαζόμεθα.* Quo in loco etsi recte distinxerit duo metus genera, alterum turpe et ignavum, alterum honestum et salutare, quod alius verecundiae nomine appelletur, tamen nescio quomodo sibi placet in illa vocabuli ambiguitate verborumque lusu, quem ne quis alienum putet a gravissimi scriptoris persona, eandem figuram inveniet in Philebo p. 23. B: *ἆρ' ὅτι τὸ ἀδύνατον εἶπον, λυπεῖν ἡδονήν*: neque absimile illud in Republ. II. p. 382. A: *τὸ ὡς ἀληθῶς ψεῦδος, εἰ οἷόν τε τοῦτο εἰπεῖν.* Ceteros autem scriptores si spectamus, sunt quidem qui utramque notitiam verbis quoque distinguant, ut, quod metui Plato, accuratius pudori tribuant, Homerum videlicet secuti, cuius haec verba sunt in Iliad. V. 529.:

ὦ φίλοι, ἄνερες ἐστὲ καὶ ἄλκιμον ἦτορ ἔλεσθε,
ἀλλήλους τ' αἰδεῖσθε, μετὰ κρατερὰς ὑσμίνας,
αἰδομένων τ' ἀνδρῶν πλέονες σόοι ἠὲ πέφανται,

ut Pericles apud Thucydidem II. 43: *ὅτι τολμῶντες καὶ γιγνώσκοντες τὰ δέοντα καὶ ἐν τοῖς ἔργοις αἰσχυνόμενοι ἄνδρες αὐτὰ ἐκτήσαντο*, — metum autem sicubi pudori adiungant, opponant potius quam alterum alteri subiiciant, ut Zaleucus apud Stob. serm. p. 280. Gesn.: *τοὺς μὲν οὖν δούλους προσήκει διὰ φόβον πράττειν τι τῶν δικαίων, τοὺς δὲ ἐλευθέρους δι' αἰδῶ καὶ τὸ*

11) Conf. de Legg. IX. p. 875. et qui prorsus huc convenit locus Ciceronis de Offic. I. 15. *Quoniam autem vivitur non cum perfectis hominibus planeque sapientibus, sed cum iis in quibus praeclare agitur si sunt simulacra virtutis* etc.

Digitized by Google

καλόν, Chilo apud Diog. Laërtium I. 70: *ἰσχυρὸν ὄντα πρᾷον εἶναι, ὅπως οἱ πλησίον αἰδῶνται μᾶλλον ἢ φοβῶνται*, inque primis Plutarchus, cuius locos congessit Wyttenbachius ad Moralia p. 1161; v. c. in V. Agesil. c. 2: *τοιοῦτος ἦν, οἷος φόβῳ μηδὲν, αἰσχύνῃ δὲ πάντα ποιεῖν τὰ προσταττόμενα*, in apophth. Lacc. p. 196. Hutt.: *ὅτι αἰδεῖσθαι περὶ βίου μελετῶμεν, οὐχ ὥσπερ οἱ ἄλλοι φοβεῖσθαι*, ad princ. inerud. p. 94. Hutt.: *μάλιστα γὰρ αἰδεῖσθαι προσήκει τοῖς ἥκιστα φοβουμένοις* etc. Plurimi tamen ita loquuntur, ut appareat illud discrimen inter *αἰδῶ* et *φόβον* in vulgari sermone non magis servatum esse, quam id quod inter *φόβον* et *δέος* Prodicus indicavit [12]), recte quidem, sed ut neque alibi neque his in locis, de quibus nunc maxime agimus, multum illud homines curasse videantur. Notus est vetusti poetae [13]) versiculus: *ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς*: quem licet iure meritoque reprehendat Plato in Euthyphr. p. 12. B. contendatque potius dicendum fuisse: *ἵνα μὲν αἰδὼς ἔνθα καὶ δέος*, quum metus notitia latius pateat pudorque metui, non hic illi subiectus sit, usus tamen promiscuus satis inde prodit. Sicut enim *deos*, si Statium sequimur in Thebaid. III. 661, *primus in orbe fecit timor*, pariter etiam pudor et religio, quibus homines ad recte agendum compellerentur atque a maleficiis deterrerentur, a timore originem ducere videbantur, sive is poenae sive iustae reprehensionis esset; quorum etsi alterum subinde quasi *θεῖον φόβον*, ut Platonis verbis utar de legibus II. p. 671. D, verecundiae et pudoris nomine alteri opponerent, semper tamen, ut Gellius ait N. A. XIX. 6., *species timoris* mansit; cf. et definit. Platon. p. 412. C. Utrumque coniungit Sophocles in Aiac. v. 1087:

δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ,
σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο,

---

12) Cf. Plat. Protag. p. 358. D. *καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον; καὶ ἆρα ὅπερ ἐγώ; πρὸς σὲ λέγω, ὦ Πρόδικε· προσδοκίαν τινὰ λέγω κακοῦ τοῦτο, εὔτε φόβον εὔτε δέος καλεῖτε. Ἐδόκει Πρωταγόρᾳ μὲν καὶ Ἱππίᾳ δέος τε καὶ φόβος εἶναι τοῦτο, Προδίκῳ δὲ δέος, φόβος δ' οὔ.* Cui adstipulari videtur Ammonius de diff. vocabb. p. 39; illud tamen discrimen et a Platone et ab aliis passim negligi ostendunt exempla apud Stallb. ad Euthyphr. p. 78. sq. et Foertsch. obss. in Lysiae orationes p. 48.

13) Stasini, ut ferunt; cf. Henrichsen de carminibus Cypriis p. 69, Nitzsch de Aristotele contra Wolfianos p. 20.

Digitized by Google

et Lucianus in Anacharsi. c. 20: *ἐπειδὰν δὲ σύνεσις ἤδη γίγνηται τῶν καλῶν ἐχόντων καὶ αἰδὼς καὶ ἐρύθημα καὶ φόβος καὶ ἐπιθυμία τῶν ἀρίστων ἀναφύηται αὐτοῖς.* Neque ipsius Platonis locus negligendus de republ. VIII. p. 562. E, quo inferius iterum utemur: *καὶ μήτε αἰσχύνεσθαι μήτε δεδιέναι τοὺς γονέας, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖ*, aliusque in Phaedro p. 254. E: *ὥστε ξυμβαίνει τότ' ἤδη τὴν τοῦ ἐραστοῦ ψυχὴν τοῖς παιδικοῖς αἰδουμένην τε καὶ δεδοικυῖαν ἕπεσθαι*: qui quod in libro de legibus X. p. 886. A. distinguere videtur: *φοβοῦμαί γε, ὦ μακάριε, τοὺς μοχθηρούς, οὐ γὰρ δήπουθεν εἰποιμ' ἂν ὡς αἰδοῦμαι*, ad nostrum locum plane nihil facit. Egregie autem illum illustrant loci Herodoti VII. 104: *ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες οὐ πάντα ἐλεύθεροί εἰσι· ἔστι γάρ σφι δεσπότης νόμος, τὸν ὑποδιμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ σέ*, Thucydidis II. 37: *ἀνεπαχθῶς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦντες, τὰ δημόσια διὰ δέος μάλιστα οὐ παρανομοῦμεν*, Lysiae adv. Alcibiad. I. §. 15: *ἀλλ' ὅπως οὐκ ἐταλμᾶτε ἀποδιδρᾶναι τὰς τάξεις οὐδὲ τὰ ἀριστὰ ὑμῖν αὐτοῖς αἱρεῖσθαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐφοβεῖσθε τοὺς τῆς πόλεως νόμους ἢ τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνους*, Lycurgi adv. Leocrat. c. 32. 3: *ὁ γὰρ παρὰ τῶν πολιτῶν φόβος ἰσχυρὸς ὢν ἀναγκάσει τοὺς πρὸς τοὺς πολεμίους κινδύνους ὑπομένειν*, Demosthenis adv. Mid. c. 26: *ἐπειδὴ δὲ παρεῖδε πρὸς τὰ δίκαια Μειδίαν καὶ τοὺς νόμους μᾶλλον ἔδεισε τῶν ἀπειλῶν τῶν ταύτου*, postremo insignissimus Aristotelis in Ethic. Nicom. III. 6, 3: *ἀλλ' οὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι· ἔνια γὰρ καὶ δεῖ φοβεῖσθαι καὶ καλόν, τὸ δὲ μὴ αἰσχρόν, οἷον ἀδοξίαν· ὁ μὲν γὰρ φοβούμενος ἐπιεικὴς καὶ αἰδήμων, ὁ δὲ μὴ φοβούμενος ἀναίσχυντος*: neque alienum est Xenophanis dictum apud Plutarchum de vitioso pudore p. 169. Hutt.: *Λάσου τοῦ Ἑρμιονέως μὴ βουλόμενον αὐτῷ συγκυβεύειν δειλὸν ἀποκαλοῦντος, ὡμολόγει καὶ πάνυ δειλὸς εἶναι πρὸς τὰ αἰσχρὰ καὶ ἄτολμος*, quocum Karstenius in Xenoph. carm. reliqu. p. 87. alium ipsius Plutarchi locum comparat in V. Caton. minor. c. 9., ubi Cato milites suos reddidisse dicitur *ἀτόλμους πρὸς τὸ ἀδικεῖν, φιλοτίμους δὲ πρὸς τοὺς ἐπαίνους*. Quibus omnibus collatis apparet Platonem et sibi et graeci sermonis consuetudini constitisse, quum eam vim timori legumque reverentiae tribueret, ut populum Atheniensem, a quo universo vera et perfecta virtus exspectari non poterat, morali quadam necessitate ad fortitudinem patriaeque amorem adigeret; quem facile constabat, si formidine illa liber fuisset neque terrorem sibi incuti

Digitized by Google

passus esset, non sapientiorem, sed e contrario ignaviorem et abiectiorem futurum fuisse; neque in sententia amplius laboramus; restat tamen in verbis difficultas, quare eo minus dissimulare liceat, quo maiores viros in ea haesisse videmus. Quamvis enim Platoni licuerit eodem sensu, quo fortem virum metu legumque servitute ad virtutem compelli dixerat, contrarium eius ignavum metu carere et libertate frui dicere, habet tamen quo offendamur verborum illa consecutio: ἧς ὁ δειλὸς ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος, ὃν εἰ τότε μὴ δέος ἔλαβεν, οὐκ ἂν ποτε ξυνελθὼν ἠμύνατο κ. τ. λ.; neque enim ignavum dici potest metum tunc cepisse, neque intelligitur, quo pacto ille, singularis homo, congregari confertusque propugnare pro patria potuerit; quorum utrumque quum ad populum Atheniensem egregie conveniat, ignavo tribui nequit, qui universe tantum atque ita commemoratur, ut si quis forte ignavus sit, eum verecundia liberum et quasi imperterritum fore Plato dicat. Codices Mss. nihil variare videntur; Ficinus autem ita interpretatus est: *hunc saepe pudorem in superioribus nominavimus, cui servire omnes oportere diximus, quicunque boni futuri sunt; quo quisquis afficitur, liber est et intrepidus; ac nisi praesens ille metus pudori huic innatus fuisset, nunquam ex huiusmodi concursione illi provocati et una convenientes deorum templa, maiorum sepulcra, patriam ipsam ceterosque familiares atque amicos defendissent, ut fecisse narrantur, sed sparsi alius alio abiissent*; quae licet expedite magis ad qualemcunque sententiam reddendam, quam fideliter ad ipsius scriptoris mentem expressa esse appareat, tamen et hoc ostendunt, virum Platonis lectione exercitatissimum de verbis, qualia nunc leguntur, reddendis desperasse, et aliquam certe suspicionem de auctoritate vocabuli δειλὸς iniiciunt. Quare quum ad coniecturas res redierit, clarissimi Platonis interpretes, Heindorfius, Heusdius, Astius, certatim δοῦλος reponi pro δειλὸς iusserunt, rationes tamen praeter Astium, cuius mox verba ponemus, nemo attulit nisi Fuchsius, qui in Sylloge lectionum graecarum, glossarum, scholiorum in Tragicos graecos et Platonem (Lips. 1813. 8.) p. 383. satis dubitanter ita loquitur: *Nescio an δοῦλος pro δειλὸς legendum sit, quum praecedat δουλεύειν et p.* 184. (Bip.) *ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου dicantur, et passim ὁ νόμος audiat τύραννος τῶν ἀνθρώπων. Protag. p.* 142, *Gorg. p.* 87. *Habet quidem ὁ δειλὸς, quo se tueatur atque defendat; interpretatio enim,*

Digitized by Google

quae lectum in utrumque, etiam ὁ διὸς et in ὁ δοῦλος cadit, apposuit ἄφοβος, *addit, sui contrarium τοῦ ὁ δοῦλος est vox* ἐλεύθερος. Multa confidentia egit Astius, qui et inter verba scripturis recepit δοῦλος et hanc notam in animadverss. p. 189. addidit: *Sic scribendum esse primo statim adspectu videmus, pro* ὁ δεὸς: *Accedit ut Ficinus ventat quo quisquis affectus etc. Emendationem illam etiam Heusdius spec. crit. in Plat. p.* 112. *(qui pluribus hanc sententiam exemplis illustravit), Heindorfius spec. coniectur. in Platon. p.* 32. *et Fischerus in syll. lectt. p.* 383. *proposuerunt. Praeterea Heindorfius ante τότε interponi iubebat τὸ, propter praegressa ὁ φόβος ὁ τότε παρών, sed obstat particula μὲν ante δέος posita. Celerum abstractum ὂν, int. φόβον, pro concreto positum est; significantur enim ipsi Athenienses, quorum animis verecundia legum illa, quam puderem (αἰδῶ) nuncupat, insita erat.* Est tamen profecto cur de huius emendationis successu dubitemus. Mittimus ambiguitatem constructionis, qua dubitari potest, genitivus ἧς utrum ad δοῦλον an ad id quod est ἐλεύθερος referri debeat; posterior enim explicatio prorsus absurda foret neque quidquam inde lucraremur, nisi ut ignavi in locum servus succederet, isque iam metu et verecundia liber esse diceretur; quod etiamsi dici posset, tamen ab hoc loco alienum est, ubi non libertatis, sed fortitudinis Atheniensium causae exquiruntur; sed ne alterius quidem rationes ad fidem faciendam sufficiunt. Scilicet volunt Platonem dicere, verecundiae servire debere quicunque se viros bonos esse cupiant, cui qui serviat, eum liberum esse et imperterritum; eamque sententiam et Platonis ingenio et Graecorum dicendi rationi convenire ostendunt exempla ab Heusdio congesta, quibus facile etiam alia addi possunt[14]), neque minus eius acumen est quam vulgatae; attamen quibus rebus huic praestet, non intelligere nos fatemur. Quod enim Ficinus liberius interpretatus est, id si recte existimamus, neutri favet; qui si δοῦλος perscriptum in suo codice legisset, profecto insignem illam venustatem, quam isti in antithesi servi et liberi inesse volunt, perire non sivisset; quare si quid ex illius interpretatione colligi poterit, hoc erit, adeo eum haec verba corrupta vel ipsum existimasse vel in libro suo invenisse, ut qualemcunque sensum quam nullum reddere mallet; neque

14) Cf. *Lehrbuch d. griech. Staatsalterth.* §. 51, *n.* 4.

Digitized by Google

eum Ficini auctoritatem esse, ut singula eius verba ex graecis expressa esse iudicandum sit, inter eruditos satis constat. Quod autem serviendi notitia praecedit, nihil aliud efficit, nisi ut illud quod est ἐλεύθερος cum acumine quodam dictum esse intelligamus; quod tamen haud scio an maius ac Platone dignius futurum sit, si fictitiam aliquam et opinatam libertatem sive ignavi sive alius cuiuspiam verecundiae legumque obsequia, quibus vera libertas continetur, opponamus, quam si iterum repetamus, quod iam in antecedentibus ἢ δουλεύειν δεῖ τοῖς μᾶλλον τας ἀγαθοὺς εἶναι abunde inest, si quis se liberum et imperterritum esse velit, verecundiae eum obtemperare debere. Accedit, quod paulo ante monui, non tam de libertate, quam de fortitudine agi, quam Atheniensis legum obsequio adepti sint; unde sequitur, ἐλευθέρου mentionem non universe fieri posse, ut nihil cum sequenti ἄφοβος commune habeat, sed referendum esse ad ἧς, ut significet eum, qui timore et verecundia liber atque immunis sit; quam constructionem superius vidimus cum lectione δοῦλος coniunctam alienum atque absurdum sensum praebere, eadem tamen recte se habebit, modo eam ad eiusmodi subiectum retulerimus, quod cum totius loci tenore conveniat nec tam extrinsecus petitum ad oppositionem faciendam, quam ultro oblatum ad rem comparatione illustrandam videatur. Postremo quas enumeravimus difficultates in lectione δειλὸς positas, ista coniectura neutiquam tolluntur, quae non magis aut cum sequentibus ὃν εἰ μὴ τότε δέος ἔλαβεν, aut cum verbis ξυνελθὼν ἡμύνατο conciliari potest; quomodo enim dixerit Plato, servum verecundiae, id est virum bonum, liberum et imperterritum, nisi tunc timore correptus fuisset, nunquam constipatum sese defensurum fuisse? Immo ex ipsa illa antithesi, quae obtinet inter ἄφοβον et δέος, apparet de legum servo, quem ipse metus liberum et imperterritum reddat, sermonem esse non posse; eum enim quisnam alius metus ad fortiter agendum impellere potuisset, nisi idem ille, quo iam verecundiae servitio quasi adstrictus esset? Quam autem Astius rationem iniit, ut ὅν non ad δοῦλον, sed ad φόβον ex antecedentibus repetendum referatur, ea licet et ipsa in Ficini interpretatione aliquid patrocinii habere videatur, tamen et illa difficultate laborat, quod mirum videatur Platonem, ubi semel a masculino genere φόβου ad femininum αἰδοῦς transiisset, iterum ad masculinum redire, nec sensum, quoquo nos vertamus,

Digitized by Google

concinnum reddit. De hoc enim ne inter Astium quidem et Ficinum convenit, si quidem alter sic interpretatur: *ne nisi praesens ille metus pudori huic iunctus fuisset, nunquam ex huiusmodi concurrione illi provocati et una convenientes defendissent*, alter φόβον eique coniunctum ὄν ad ipsum populum Atheniensium refert, qui quia verecundia legum quasi φόβεροὶ fuerint, hoc abstracto pro concreto indicari potuerint; quarum explicationum utra impeditior et contortior sit vix discernas. Et Ficini quidem ratio, si verba spectamus, ferri omnino nequit; quam qui amplectatur, eum primum quidem oporteat cum Heindorfio τὸ ante τότε δέος inserere, quo *praesens metus* significaretur, quod recte iam Astius repudiavit, deinde vero ostendere, δέος λαβεῖν φόβον ita dici posse, ut significet *metum cum pudore coniungi*, quod nunquam fiet; ut mittamus sic etiam in sequentibus ξυνελθὼν ἠμύνατο subiectum desiderari, quod etsi recte, ille in Atheniensibus cerni intellexit, tamen unde petierit non apparet. Scitius egit Astius, qui quum ὄν scil. φόβον ad ipsos Athenienses referret, hanc certe difficultatem evitavit; quam vero figuram abstracti pro concreto usurpati huc transtulit, ea vereor ne quis unquam temerius abusus sit, praesertim quum abstractum φόβος ipsum, quo pronomen ὅν refert, non figurate sed suo sensu positum sit; neque vel hac ratione intelligitur, quo pacto aut omnino φόβον δέος λαβεῖν dici possit, aut Athenienses, quales Astius cogitat, metu iam adstricti vel tum demum metu capi debuerint vel etiam non capi potuerint. Unum illud recte Astius vidit, et pronomen ὅν et verba ξυνελθὼν ἠμύνατο ad populum Atheniensem non modo spectare — hoc enim nemo negabit —, verum etiam verborum constructione referenda esse; quius tamen notitia quum neque ex φόβῳ repeti posset, neque omnino in antecedentibus singulari numero declarata exstet, neque in lectionibus hactenus examinatis, sive δειλὸς sive δοῦλος amplectimur, commode inveniatur, nihil certius arbitramur nostra coniectura, qua ipsam illam Platoni restituimus facilique mutatione δῆμος pro δειλὸς scribendum censemus[15]). Quam emendationem non modo verborum consecutione expeditissima, sed etiam sententia acerrima Platonisque ingenio dignissima commendari arbitramur, qua damnum acuminis illius, quod quispiam in vocabulo δειλὸς inesse censeat quodque etiam

15) De confusione literarum λ et μ v. Bastii comm. palaeogr. p. 723.

Digitized by Google

librariis fraudi fuisse videtur, cumulate nostro quidem animo compensatur. Totius loci sensum superius vidimus eum esse, ut Plato contendat, populare imperium ita tantum consistere posse, si legum obsequio ac verecundia contineatur; quo si temperamento careat, plebem imbecillitate atque intemperantia sua, dum sibi tantum prospiciat, rem publicam pessum dare; huic autem sententiae apprime convenit, si exemplo belli Persici usus ostendit, metum tunc ingruentem cum prisca legum reverentia coniunctum eam animis verecundiam iniecisse, qua alioquin plebes carere soleat; quam nisi tunc metus occupasset, sibi relictam neutiquam agmine facto pro aris et focis pugnaturam fuisse. Quamvis enim laudare nunc Athenienses videtur, tamen ita tantum laudat, ut plebem per illam occasionem quasi naturam suam deposuisse seque ipsam prius quam hostes superasse innuat; quae quum alioquin adeo libertate sua ferociat, ut ne pudoris quidem frenis coerceri velit, tunc metu perculsam quasi manus legibus dedisse, neque ulla re magis quam obsequio et modestia sibi libertatem et fortitudinis laudem parasse. Maximam vero hinc vim nanciscentur verba ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος, quibus iam supra significavi opinatae libertatis et caecae confidentiae notitiam contineri necesse esse; quorum si utrumque iam flagitante sensu ad ἧς retulerimus[16]), idem inde acerbae irrisionis genus prodibit, quo Plato semper effrenatam vulgi licentiam libertatis nomen mentientem prosequitur; ut liberam quidem plebem atque imperterritam esse fateatur, sed pudore ac verecundia, neque aut libertatem eius alia re nisi legum contemtu aut fortitudinem nisi temeritate et confidentia spectari exprobret. Quam in sententiam insignissimus locus est, quo iam superius usi sumus, in Reipublicae libro VIII. p. 562. E, quem etiam Cicero expressit de Republ. I. 43., ubi summum libertatis in democratia fastigium illud esse ait, *ut et privata domus omnis vacet dominatione et hoc malum usque ad bestias perveniat; denique ut pater filium metuat, filius patrem negligat, absit omnis pudor, ut plane liberi sint*; neque indignus qui conferatur etiam ille in Menone p. 86. E: ἐπειδὴ δὲ σὺ σαυτοῦ μὲν οὐδ' ἐπιχειρεῖς

16) Ἧς id est αἰδοῦς ἄφοβος usitatissimo loquendi genere dictum erit, quod illustrat Matthiae gr. gr. §. 339. Possit tamen etiam καὶ epexegetice accipi, ut sensus sit: *qua scil. verecundia liber ideoque imperterritus*; sed parum, opinor, interest.

Digitized by Google

ἀρχειν, ἵνα δὴ ἐλεύθερος ᾖς, qui licet ad rem publicam non pertinenti tamen et ipse hominum errorem reprehendit Platonis aetate frequentissimum, quo negabant beatum esse posse qui alicui rei serviret[17]) atque eum demum recte vivere contendebant, qui reliquis pro arbitrio imperaret neque alterius imperio secundum leges pareret[18]). Atque easdem rationes universum plebem in re publica gerenda secutam esse et Atheniensium exemplum ostendit post proelium ad Arginusas, quos Xenophon[19]) narrat, quum lege et iure agere nonnulli conarentur, dirum fore clamasse, si quis populum vetaret quidquid vellet facere; et Syracusanorum, de quibus haec legimus in epistola Platonica octava p. 354. E., nostro loco quantum fieri potest simillima: οἱ καὶ τοὺς δέκα στρατηγοὺς κατέλευσαν βάλλοντες τοὺς πρὸ Διονυσίου, κατὰ νόμον οὐδένα κρίναντες, ἵνα δὴ δουλεύοιεν μηδενὶ μήτε σὺν δίκῃ μήτε νόμῳ διασπόρῳ, ἐλεύθεροι δ' εἶεν πάντῃ πάντως, quae ne quis vel ad invidiam faciendam exaggerata vel rara tantum et singularia fuisse existimet, Aristoteles quoque in Politic. VI. 1, 7. democratiae finem haberi narrat τὸ ζῆν ὡς βούλεταί τις· τοῦτο γὰρ, inquit, τῆς ἐλευθερίας ἔργον εἶναί φασιν, εἴπερ τοῦ δούλου ἔστιν τὸ ζῆν μὴ ὡς βούλεται, eamque ipse iisdem quibus Plato argumentis oppugnat V. 7, 22: τοῦτο δ' ἐστὶ φαῦλον· οὐ γὰρ δεῖ οἴεσθαι δουλείαν εἶναι τὸ ζῆν πρὸς τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ σωτηρίαν. Alios locos, unde vel universa popularis imperii apud Graecos natura, vel Platonis de eo iudicium appareat, quoniam et alibi eos congessi[20]) et cuivis in promtu sunt, nunc

17) Gorg. p. 491. E. ἐπεὶ πῶς ἂν εὐδαίμων γένοιτο ἄνθρωπος δουλεύων ὁτῳοῦν; Contrariam sententiam tuetur v. c. Demophilus apud Orellium in opusc. Graecorum sentent. T. I, p. 40. οὐδεὶς ἐλεύθερος ἐστιν ὃς μὴ κρατεῖ. cf. et Seneca epist. VIII: *philosophiae servias oportet, ut tibi contingat vera libertas.*

18) Legg. X. p. 890. A. ἑλκόντων πρὸς τὸν κατὰ φύσιν ὀρθὸν βίον, ὃς ἔστι τῇ ἀληθείᾳ κρατοῦντα ζῆν τῶν ἄλλων καὶ μὴ δουλεύειν ἑτέροις κατὰ νόμον. Cf. *Lehrbuch* cit. §. 72.

19) Hellen. I. 7, 12. τὸ δὲ πλῆθος ἐβόα δεινὸν εἶναι, εἰ μή τις ἐάσει τὸν δῆμον πράττειν ὅ τι ἂν βούληται.

20) Cf. quaestt. de iure et auctor. magistr. apud Athen. p. 4., unde duos tantum coronidis loco huc transtuli: alterum Platonis de Republ. VIII, p. 563. D. τελευτῶντες γάρ που εἰσθ' ἂν οὐδὲ τῶν νόμων φροντίζουσι γεγραμμένων οὐδ' ἀγράφων, ἵνα δὴ μηδαμῇ μηδεὶς αὐτοῖς ᾖ δεσπότης, alterum Xenophontis de Rep. Ath. I. 8. ὁ γὰρ

Digitized by Google

cumulare nolo; sufficient, opinor, quos attuli, ad ostendendum, libertatis et imperterriti animi vocabula, timori et verecundiae opposita, apud Platonem non laudis, sed irrisionis et opprobrii notas continere; quod si et haec eam, quam Platonis fuisse constat, sentiendi dicendique rationem referunt, et reliqua verborum conformatio omni offensione caret, satis firmasse quam proposui emendationem mihi videor. Quid quod sic quoque satis longum me fuisse intelligo in re, quae multis tanta verborum ambage vix digna videri possit; veniam tamen apud aequos iudices me inventurum esse spero, ubi monuero, nullam magis rem doctissimis illis viris, quorum mihi opiniones refellendae erant, fraudi fuisse videri quam brevitatem, qua rationem reddere et sibi et aliis neglexerint; quam etsi bene novi a quibusdam in acuminis et ingenii argumentum verti, hac tamen specie patienter careo, modo recte et ordine me disputasse a peritis iudicatum fuerit. Valete, Viri Illustrissimi et Clarissimi, mihique favere pergite.

Scr. Marburgi prid. Kal. Februar. MDCCCXXXVI.

δῆμος οὐ βούλεται εἰνομουμένης τῆς πόλεως δουλεύειν, ἀλλ' ἐλεύθερος εἶναι καὶ ἄρχειν. Alia vide apud I. L. G. de Geer in diatribe in polit. Platon. princ. (Trai. ad Rhen. 1810. 8.) p. 35 sqq.

Digitized by Google

Digitized by Google

LEONHARDI SPENGELII

DR. PHILOS., GYMNAS. MONAC. PROF., ACADEM. LITTER.

MONAC. SOCII

EMENDATIONES.

Digitized by Google

Digitized by Google

A.

IN POLYBII HISTORIARUM EXCERPTA VATICANA.

Praestantissima eorum, quae Angelus Maius ex graecis codicibus bibl. Vatic. rescriptis velut orco in vivos reduxit, Polybii sunt fragmenta, quae excerpta Collectaneorum corpore Constantini Porphyrogeniti haustaque ex sententiarum titulo, rara quae res gestas minus notas illustrent, multa quae egregium auctoris ostentent animum, continent; duodecimus liber, in quo severa Timaei historiarum censura agitur, integer fere excerptus videtur, et alia memoratu haud indigna docemur, velut Polybium (Exc. XXIV, 3.) interpretatum esse Livium XL, 8. eumque secutum esse Diodorum; vide ad XXVIII, 2. XXX, 3. Angelus vero Maius, cuius ingenium inprimis e versione latina, in qua haud raro verum divinavit sensum, elucet, folia lectu difficillima non ea qua par erat fide perscrutatus est; ipsum audias p. 432: *vexatissima in codice lectio . . . et quidem si paulo maiore otio abundarem neque preli opera instaret, urbis huius nomen expleturum me sperabam;* et ad Dionem p. 147: *mihi autem operis urgentibus ad alia properandum est;* et, si haec parum certa dixeris, conferas specimen aeri incisum et editioni Romanae praefixum, quo ultima Polybii verba legantur; dilucide ibi scriptum δὴ, editum vero δὲ; ibi τί exaratum est, in editione omissum. Neque Germanum editorem (1830) id, quod iure exspectari poterat, praestitisse vidi; tantum enim abest ut corruptas grammatices formas emendet v. c. p. 35, 3. πεπεισθῆναι, p. 60, 17. προαιρεῖτο, ut alia nova atque inaudita ipsa de suo fingat; tamen vix aliud opus, quo ingenia agantur et criticum exerceatur me-

Digitized by Google

nus, feliciori successu tractandum esse intellexi; itaque sodalibus seminarii philologici Monacensis anno 1831 haec fragmenta emendanda proposui. Eodem tempore iam dudum (1829) Batavum Geelium egregiam his libris operam navasse vidimus, quartus accessit Io. Casp. Orellius, qui in indice lectionum Acad. Turic. (1834) de his quoque egregie meritus est. Tamen multa restant; quodsi Geelius, vir et ingenio et linguae cognitione bene instructus, in usum excerptorum Vatic. denuo omnes Polybii libros evolvisset, vix unum alterumve locum corruptum reliquisset, neque enim subtilis est scriptor qui saepius eadem repetit, et certa dicendi utitur ratione, quo fit, ut facilius quam in aliis non modo lacunarum sententias expleas, sed etiam verba singula in Polybio restituas; id quod praestandum erit qui Colophonem additurus est; omnes enim amplum editoris indicem manibus tractarunt et consuluerunt, auctorem ipsum neglexerunt; nos ex adversariis pauca depromsimus et si forte quaedam in his ceteris rectius vidimus, id, quod plura ex recenti tam Polybii lectione mente tenerant reposita, factum credas, omne autem munus a viris doctis qui novam Graeci scriptoris editionem molientur expletum iri speramus.

Pag. 2, 25. ed. Lucht. p. 2. ed. Geel.

Ὅτι τὸ ψυχαγωγοῦν ἅμα καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιφέρον. — Τῆς φιλομαθεστάτου [ψυχῆς] ἐστὶν ἡ τῶν αἰτιῶν θεωρία καὶ τοῦ βελτίονος ἐν ἑκάστοις αἵρεσις· μεγίστην δὲ [ταύτην] αἰτίαν ἡγητέον ἐν παντὶ πράγματι πρὸς ἐπιτυχίαν καὶ κατάληψιν τῆς πολιτείας ἀνάπτυξιν· ἐκ γὰρ ταύτης ἥκει ἐκ πηγῆς οὐ μόνον ἀναφέρεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἐπινοίας καὶ ἐπιβολὰς τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ συντέλειαν λαμβάνειν.

in quibus quae inclusimus, ψυχῆς a Maio, ταύτην a Luchtio addita esse notandum. Primis verbis structuram quandam grammaticam Geelius reddidit (scripsit enim ἐπιφέρει), sed ita ut sententiam ab Polybii animo prorsus alienam, quod exempla multa probant, in quibus diligenter τὸ ψυχαγωγοῦν et τὸ ὠφε-

Digitized by Google

λοῦν distinguit, inferret. Orellius p. 2. verba ὅτι . . . ἐπιφέρον omittit, ut quid de his sentiat ignores, ipse tamen, quod miror, cum editoribus monstrum Maianum φιλομαθεστάτου ψυχῆς repetit et in sententia auctoris enodanda, ni egregie fallor, multum aberrat *). Maius ubi locum hiantem exstare putat, de suo signum illud (—) infert. Nihil deest his verbis et certus sum, leve quod inest mendum ortum esse, quod minus recte attenderit Maius, verumque in codice rectissime exaratum legi; est enim sententia Polybio admodum familiaris. Corrige:

ὅτι τὸ ψυχαγωγοῦν ἅμα καὶ τὴν ὠφέλειαν ἐπιφέρον τοῖς φιλομαθεστάτοις ἐστὶν ἡ τῶν αἰτιῶν θεωρία κτλ.

Iam ut intelligas quid voluerit auctor, exempla huius sententiae, quae in his excerptis leguntur (plura enim in integris libris inveniuntur), videamus. Pag. 11. ed. Lucht. Τί γὰρ ὄφελός ἐστι τοῖς ἀναγιγνώσκουσι διεξιέναι πολέμους καὶ μάχας καὶ πόλεων ἐξανδραποδισμοὺς καὶ πολιορκίας, εἰ μὴ τὰς αἰτίας ἐπιγνώσονται, παρ' ἃς ἐν ἑκάστοις οἱ μὲν κατώρθωσαν, οἱ δ' ἐσφάλησαν; τὰ γὰρ τέλη τῶν πράξεων ψυχαγωγεῖ μόνον τοὺς ἀκούοντας, αἱ δὲ πρόσθεν διαλήψεις τῶν ἐπιβαλλομένων ἐξεταζόμεναι δεόντως ὠφελοῦσι τοὺς φιλομαθοῦντας, μάλιστα δὲ πάντων ὁ κατὰ μέρος χειρισμὸς ἑκάστων ἐπιδεικνύμενος ἐπανορθοῖ τοὺς συνεφιστάνοντας. p. 20. Ὅτι τῆς ἱστορίας ἰδίωμα τοῦτ' ἐστὶν, τὸ πρῶτον μὲν αὐτοὺς τοὺς κατ' ἀλήθειαν εἰρημένους, οἷοί ποτ' ἂν ὦσι, γνῶναι λόγους, δεύτερον τὴν αἰτίαν πυνθάνεσθαι, παρ' ἣν ἢ διέπεσεν ἢ κατωρθώθη τὸ πραχθὲν ἢ ῥηθέν· ἐπεὶ ψιλῶς λεγόμενον ἂν τοῦτο γένος ψυχαγωγεῖ μὲν, ὠφελεῖ δ' οὐδέν, προστεθείσης δὲ τῆς αἰτίας ἔγκαρπος ἡ τῆς ἱστορίας γίνεται χρῆσις. Ἐκ γὰρ τῶν ὁμοίων ἐπὶ τοὺς οἰκείους μεταφερομένων καιροὺς ἀφορμαὶ γίνονται καὶ

---

*) Haec Or. de nostro loco: *Quomodo h. v.* ἀνάστασις *locum habeat, non perspicio; nec vero legi potest cum Luchtio* πρὸς ἀνάστασιν *post praecedens* πρὸς εὐτυχίαν (?). *requiritur* τῆς πολιτείας σύστασιν. *Praecedens sigma in v.* πολιτείας *alterum abstulit, quo facto pro* υστασιν *inconsiderate rescripserunt* ἀνάστασιν. *Sine causa Lucht* μεγίστην δὲ ταύτην αἰτίαν. *etenim sententia haec est: „inter omnes causas quas investigare possumus, summi quod ad res prosperas et adversas attinet, momenti est civitatis forma ac constitutio;“ neutiquam vero „haec summa causa est.“ nulla enim ante causa significatur.*

Digitized by Google

προλήψεις εἰς τὸ προσδέσθαι τὸ μέλλον καὶ ποτὲ μὲν εὐλαβηθῆναι, ποτὲ δὲ μιμούμενον τὰ προγεγονότα θαρραλεώτερον ἐγχειρεῖν τοῖς ἐπιφερομένοις. Quae ipsa quodammodo corrupta sunt; nos editionem Romanam secuti sumus, Luchtius dedit λεγόμενον τοῦτο γένος, Geelius λεγόμενον τοῦτο τὸ γένος; at Graecis non idem est usus v. γένος, qui Latinis v. genus conficio Polybium scripsisse: ἐπεὶ ψιλῶς λεγόμενον ἄνευ τούτου τὸ γεγονὸς ψυχαγωγεῖ μέν. Narratio quaedam, τὸ γεγονός, simpliciter exposita, nulla addita causa et ratione, demulcet quidem, sed inutilis est. Item p. 25. εἰ γὰρ ἐκ τῆς ἱστορίας ἀφέλη [i. e. ἀφέλοι] τις τὸ δυνάμενον ὠφελεῖν [male L. corrigit νουθετεῖν] ἡμᾶς, τὸ λοιπὸν αὐτῆς ἄζηλον καὶ ἀνωφελὲς γίνεται παντελῶς. Tenuae quid Polybio h. l. sit τὸ λοιπὸν historiae? p. 89. ζητεῖν δὲ τοὺς φιλομαθεῖς τὸ συνεχὲς καὶ τὸ τέλος ἰμείρειν ἀκοῦσαι τῆς προθέσεως, τὴν δὲ ψυχαγωγίαν καὶ τὴν ὠφέλειαν οὕτω μᾶλλον συνεκτρέχειν τοῖς προσέχουσιν. p. 95. ἐξ ὧν κάλλιστον ἔφαμεν, ἅμα δ' ὠφελιμώτατόν τι περιγίνεσθαι τοῖς φιλομαθοῦσι· τοῦτο δ' ἦν τὸ γνῶναι, πῶς καὶ τίνι γένει πολιτείας ἐπικρατηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν Ῥωμαίων, ὃ πρότερον οὐχ εὑρίσκεται γεγονός.

Pag. 3. ed. Lucht. p. 3. Geel.

Ὅτι ἀπὸ τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντα ἔτεσιν ὕστερον, ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἀεὶ τῶν κατὰ μέρος προδιευκρινουμένων. — Ἦν καὶ κάλλιστον καὶ τέλειον ἐν τοῖς Ἀννιβιακοῖς καιροῖς, ἀφ' ὧν ἡμεῖς εἰς ταῦτα τὴν ἐκτροπὴν ἐποιησάμεθα· διὸ καὶ τὸν ὑπὲρ τῆς συστάσεως αὐτοῦ λόγον ἀποδεδωκότες πειρασόμεθα νῦν ἤδη διασαφεῖν, ὁποῖόν τι κατ' ἐκείνους ὑπῆρχε τοὺς καιρούς, ἐν οἷς λειφθέντες τῇ περὶ Κάνναν μάχῃ τοῖς ὅλοις ἔπταισαν πράγμασιν.

Maius: Hoc loco quid dicat Polybius, vel potius quid sit in hiante ut arbitror codice, non explico. Trigesimo quidem post Xerxis expeditionem anno Romae abrogati fuerunt decemviri. Sed enim Xerxis transmissio contigit anno urbis CCLXXIV; Hannibalis imperium coepit anno urbis DXXXIV. — Apparet inde Maium de suo lacunam notasse, quam modo praecedente loco vidimus. Geelius recte verba coniunxit, ediditque: Ἑλλάδα

Digitized by Google

ἢ τριάκοντα, de quo Orellius p. 2. haec dicit: Goelius ante τριάκοντα posuit ἤ, quod profecto nihil aliud significare potest nisi: „Inde a tempore expeditionis a Xerxe in Graeciam factae, vel triginta annis post eam (id est Decemvirorum temporibus) pulcherrima et perfecta exstitit Romanorum res publica Hannibalis temporibus:“ in quibus tamen scriptor mirum in modum sibi ipse contradiceret. Quid manifestius quam legendum esse: ἀπὸ τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον κτλ. —! cf. p. 110. Geel. CCC annorum numerum licentius posuit pro accuratiore CCLX. Caeterum cum Ed. Rom. et Luchtio iunge ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἀεὶ τῶν κατὰ μέρος προδιευκρινευμένων, „singulis rei publicae partibus per tria haec secula semper in melius conformatis,“ non cum Ed. Lugd. Bat. ὕστερον ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν. — Ita Orellius, cuius nobis amicissimi viri emendationi cave credas; calculum suum sumsit ex Maii verbis, locus sanissimus est et ne littera quidem mutanda est, neque si in hoc loco haereas, id Polybii, sed illius culpa factum qui excerpta nobis dedit. Hoc dicit Polybius: Nunquam inde a prima aetate maior erat respublica Romana quam ἐν τοῖς Ἀννιβιακοῖς καιροῖς; quare si prima reipublicae tempora laudare voluit, non a Decemvirum aetate, sed ab initio et primo reipublicae statu repetendum erat; atque id fecit in iis quae desunt. Sed scriptor graecus graecis ut temporum rationem notaret, Xerxis expeditionem omnibus cognitam, triginta fere annos post reges exactos et rempublicam constitutam factam, laudavit; igitur ὕστερον est: post reges exactos. Quod ut res ipsa docet, ita Polybii exemplo comprobare possumus III. 22. γίγνονται τοιγαροῦν συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρῶται, κατὰ Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον καὶ Μάρκον Ὡράτιον, τοὺς πρώτους καταστα θέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν ... ταῦτα δ' ἐστὶ πρότερα τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντ' ἔτεσι λείπουσι δυοῖν. Itaque haec sanissima sunt, sed alia me offendunt; cur ἀεὶ τῶν? malim αὐτῶν; nec quid sit προδιευκρ. intelligo, semper dixit Polybius διευκρινεῖν, quare in illo προ aliam notionem inesse suspicor, v. c. si haec tempora singula accurate examinentur.

Digitized by Google

Pag. 7, 16. ed. Lucht. p. 8. ed. Geel.

Ὅτι τοὺς μὴ μετ' εὐνοίας καὶ προθυμίας ἐμβαίνοντας οὔτε ταυτων εἰκός ἐστι τῶν ἔργων ἀληθεῖς εἶναι συμμάχους.

Romanam dedimus lectionem, pessime interpolatam Luchtio qui edidit: *συνεμβαίνοντας οὔτε τούτους . . οἴεσθαι συμμάχους*, Geelius melius reposuit *οὔτ' αὐτῶν*, corrige *οὐδ' ἐπ' αὐτῶν . . ἔργων* quae solemnis Polybio est dicendi ratio, vid. Schweigh. ind. s. v. *ἐπὶ*, Zell. ad Aristot. Ethica p. 172. Qui locus mihi simile in Platonis libris mendum in mentem revocat, Lachet. pag. 262. Bkk. 184. Steph. ubi nunc scribitur: *ἀλλὰ δέομαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ ὥςπερ ἔτι τοῦ διακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή.* Ita ex Heindorfii emendatione ad Charmid. 7. Bekkerus, Buttmannus in Gramm. §. 124. not. 2. et ni fallor recentiores omnes; libri scripti praeter *Ξ* qui praepositionem omittit omnes: *ἐπὶ τοῦ διακρινοῦντος*, corrigo *ὥςπερ τοῦ ἐπιδιακρινοῦντος δοκεῖ μοι δεῖν ἡμῖν ἡ βουλή.* Nam si qui rem controversam excutiunt, ut nostro loco tres illi viri (*ἡ βουλή*), et alius qui horum causam disceptet deligitur, is *ἐπιδιακρίνειν* dicitur. Plat. Gorgias p. 165. Bkk. p. 524. Steph. *καὶ τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐκ τῆς Εὐρώπης Αἰακός· Μίνῳ δὲ πρεσβεῖα δώσω ἐπιδιακρίνειν, ἐὰν ἀπορῇτόν τι τῷ ἑτέρῳ, ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἡ κρίσις ᾖ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις.* de Republ. I. p. 44. Bkk. p. 348. Steph. *ἂν μὲν τοίνυν, ἣν δ' ἐγὼ, ἀντικατατείναντες λέγωμεν αὐτῷ λόγον παρὰ λόγον, ὅσα αὖ ἀγαθὰ ἔχει τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ αὖθις οὗτος, καὶ ἄλλον ἡμεῖς, ἀριθμεῖν δεήσει τἀγαθὰ καὶ μετρεῖν ὅσα ἑκάτεροι ἐν ἑκατέρῳ λέγομεν καὶ ἤδη δικαστῶν τινῶν τῶν διακρινούντων δεησόμεθα*, recte hoc loco *διακρίνειν*; at de Legg. VII. p. 10. Bkk. p. 792. Steph. *οὐ σμικροῦ πέρι νῦν εἶναι νῷν τὸν λόγον. ὅρα δὲ καὶ σὺ καὶ ξυνεπίκρινέ τι ἡμᾶς, ὦ Μέγιλλε.*

Pag. 13. ed. Lucht. p. 14. ed. Geel.

Τίς ἂν ἔτι δοίη συγγνώμην τοῖς τοιούτοις ἁμαρτήμασιν, ἄλλως τε καὶ Τιμαίῳ, τῷ προσφυομένῳ τοῖς ἄλλοις πρὸς τὰς τοιαύτας παρωνυχίας; ἐν αἷς Θεοπόμπου μὲν κατηγορεῖ, διότι Διονυσίου ποιησαμένου τὴν ἀνακομιδὴν ἐκ Σικελίας εἰς Κόρινθον ἐν μακρᾷ νηί, Θεόπομπός φησι, ἐν στρογγύλῃ παραγενέσθαι τὸν Διονύσιον· Ἐφόρου δὲ πάλιν, ὅταν καταψεύδηται φάσκων λέγειν αὐτὸν, ὅτι Διονύσιος ὁ πρεσβύτερος

Digitized by Google

παριλάμβανε τὴν ἀρχὴν ἐτῶν εἴκοσι τριῶν ὑπάρχων, βασιλεῦσαι δὲ τετταράκοντα καὶ δύο, μεταλλάξαι δὲ τὸν βίον προσλαβόντα τοῖς ἑξήκοντα τρία· τοῦτο γὰρ οὐδενὸς εἰπεῖν δήπου τοῦ συγγραφέως εἶναι τὸ διάπτωμα, τοῦ δὲ γραφέως ὁμολογουμένως.

Ita editor Romanus quod graecum non est; Lucht correxit τοῦτο γὰρ οὐκ εἰκὸς εἰπεῖν δήπου, inepte; etenim cum mendum esse non possit, nisi aut auctoris, aut scribae, posterioris autem esse dicatur ὁμολογουμένως, ineptum sane esset, illud non probabile esse auctoris; multo melius itaque Geelius τοῦτο γὰρ οὐδεὶς εἴποι ἂν δήπου, sed nimium distat haec emendatio; ego neque συγγραφέως, neque γραφέως, sed Mait διάπτωμα esse censeo qui litteras non recte attenderit; in libro scriptum legi puto: τοῦτο γὰρ οὐδαμῶς εἰπεῖν δήπου. Sic statim in seqq. ἢ γὰρ δεῖ τὸν Ἔφορον ἐπαναβεβηκέναι τῇ μωρίᾳ καὶ τὸν Κόρυβον καὶ τὸν Μαργίτην . . ἢ τούτου μηδαμῶς ἂν πιστευθέντος ὑπὲρ Ἐφόρου, φανερὸν ὅτι τὸ μὲν ἁμάρτημα φανερόν ἐστι τοῦ γραφέως, τὸ δὲ Τιμαίου φιλότιμον καὶ φιλεγκλῆμον οὐδεὶς ἂν ἀποδέξαιτο, in quibus alterum utrum φανερὸν abundat et delendum est.

Historiam de Locris Italis pag. 15 seq. ed. Lucht. p. 17. ed. Geel. expositam, quod verba quaedam corrupta inerant, neque Romanus editor, neque Germanus, quamvis Niebuhrius in Addend. ed. II. Hist. Rom. p. 35. iam 1828. verum docuerit, intellexit; optime Batavus, Geelius, et sensum et verba restituit; id tamen virum doctissimum effugit lacunam sive librarii sive eclogarii culpa inesse loco; vide modo haec Polybii verba:

Νὴ Δία, ἀλλὰ πῶς αὐτοὶ μὲν ἐξαπέστελλον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς ἀκμάζοντας εἰς τὴν πατρίδα τεκνοποιίας χάριν, τοὺς δὲ Λοκροὺς τὸ παραπλήσιον οὐκ ἐῶν ποιεῖν; ἕκαστα δὲ ταῦτα οὐ μόνον κατὰ τὸ πιθανόν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, μεγάλην ἔχει διαφοράν· οὔτε γὰρ κωλύειν τοὺς Λοκροὺς ἔμελλον, ὡς αὐτοὶ ὅμοιον ποιοῦντες· ἄτοπον γάρ· οὐδὲ μὴν τελευόντων αὐτῶν οἱ Λοκροὶ πάντως ποιήσειν ἐκείνοις τὸ παραπλήσιον· παρὰ μὲν γὰρ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ πάτριον ἦν καὶ σύνηθες τρεῖς ἄνδρας ἔχειν γυναῖκα καὶ τέτταρας, πότε δὲ καὶ πλείους ἀδελφοὺς ὄντας, καὶ τέκνα τούτων εἶναι κοινά, καὶ γεννήσαντα παῖδας ἱκανοὺς, ἐκδόσθαι γυναῖκά τινι τῶν

Digitized by Google

φίλων, καλὸν καὶ σύνηθες· διόπερ οἱ Λοκροὶ μήτε ταῖς ἀραῖς ὄντες ἔνοχοι μήτε τοῖς ὅρκοις οἷς ὤμοσαν οἱ Λακεδαιμόνιοι μὴ πρότερον εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανήξειν πρὶν ἢ Μεσσήνην κατὰ κράτος ἑλεῖν, τῆς μὲν κατὰ τὸ κοινὸν ἐξαποστολῆς εὐκόλως οὐ μετέσχον, κατὰ δὲ μέρος τὰς ἐπανέδους ποιούμενοι καὶ σπανίως ἔδοσαν ἀναστροφὴν ταῖς γυναιξὶ πρὸς οἰκέτας γενέσθαι συνήθειαν· ταῖς δὲ παρθένοις καὶ μᾶλλον· ὃ καὶ τῆς ἐξαναστάσεως αἴτιον γέγονεν.

Opponuntur Lacedaemoniis Locri matrimonii sanctitatem venerantes et a communi usu abhorrentes, itaque non aeque atque Lacedaemonii pubertatem, quae liberos quaereret, domum mittere poterant; desideratur oppositio quam docent iam verba παρὰ μὲν γὰρ Λακεδαιμονίοις; cave credas illam incipere verbis διόπερ οἱ Λοκροὶ, quod alienum a Polybii simplicitate; tale quid deest: παρὰ δὲ τοῖς Λοκροῖς οὐδὲν τούτων οὔτε καλὸν οὐδὲ σύνηθες et vitium ὁμοιοτελεύτῳ natum esse videtur.

Pag. 20. ed. Lucht. p. 24. ed. Geel.

Τὸ δ' αὐτὸ ἵνα καὶ τοὺς φιλοτιμότερον διακειμένους μεταπείσωμεν, ῥητέον ἂν εἴη περὶ τῆς αἱρέσεως αὐτοῦ καὶ μᾶλλον τῆς περὶ τὰς δημηγορίας καὶ τὰς παρακλήσεις, ἔτι δὲ μᾶλλον τοὺς πρεσβευτικοὺς λόγους καὶ συλλήβδην πᾶν τοιοῦτο γένος, ἃ σχεδὸν ὡσεὶ κεφάλαια τῶν πράξεων εἴη καὶ συνέχοι τὴν ὅλην ἱστορίαν.

Eadem sententia p. 27, 22; verba καὶ μᾶλλον aperte falsa sunt, indicandum enim quaenam illa fuerit αἵρεσις; in qua difficultate auxilium mihi tulerunt seqq. ἔτι δὲ μᾶλλον, memori eorum quae de hac locutione ex Polybio in Adversariis notata erant; huic enim scriptori, si recte memini, fere proprium est: οὐ μόνον . . . ἔτι δὲ μᾶλλον quod hic quoque mihi reponendum videtur. Excerpt. p. 14. Τίμαιος περὶ τούτου τὸ μέρος τῆς ἀπολογίας οὐ μόνον ἀπειρίαν, ἔτι δὲ μᾶλλον ὀψιμαθίαν δοκεῖ μοι πολλὴν ἐπιφαίνειν. I. 72. οὕτως οὐδέ ποτε δεῖ πρὸς τὸ παρὸν μόνον, ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλον ἀποβλέπειν ἀεὶ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους. III. 15. οὐ μόνον ἀλόγως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀδίκως κατάρχειν ἐδόκει τοῦ πολέμου. 19. ἐδόκει γὰρ οὐ μόνον ἐπιδεξίως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνδρωδῶς κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασιν. 31. οὐ μόνον καλὴν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀναγκαίαν εἶναί φημι τὴν τῶν παρι-

Digitized by Google

ληλυθότων ἐπίγνωσιν. IV. 8. 9. 26. X. 5. XXVIII. 7. XXX. 4. 8.

Pag. 22. in longiore loco, quo historia cum medicina comparatur, ceteris acutiorem fuisse inveni Geelium nec Orellii probo sententiam p. 3 seq. Post *γένους* p. 21, 16. desunt quaedam, in quibus de *φαρμακοπώλαις* dictum; nam in exponenda historia leguntur quidam qui extra trium illorum generum numerum sunt, atque his verbis vituperantur:

παραπλησίως δ' ἐφίενται μὲν ταύτης πολλοὶ διὰ τὴν προγεγενημένην περὶ αὐτῆς δόξαν, προσφέρονται δὲ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν συγγραφόντων δίκαιον οὐδὲν πλὴν εὐχέρειαν καὶ τόλμαν καὶ ῥᾳδιουργίαν, παραπλήσιον τοῖς φαρμακοπώλαις, δοξοκομποῦντες καὶ πρὸς χάριν βλέποντες, εἶτα πρὸς τοὺς καιροὺς ἕνεκα τοῦ πορίζειν τὸν βίον διὰ τούτων· περὶ ὧν οὐκ ἄξιον πλείω ποιεῖσθαι λόγον.

videsne supra quoque de *φαρμακοπώλαις* auctorem locutum esse in medicina qui extra censum veniunt, quorum fragmenta restant in verbis *ὁλοσχερῶς δὲ καὶ τολμᾷν καὶ καταψεύδεσθαι τοῦ ἐπιτηδεύματος.* Tum tria illa sequuntur genera, quorum alterum, *τὸ διαιτητικὸν* p. 23, 12. mirum si auctoris culpa desideratur. Pag. 22, 23. si corrigas *ἐγχειρίσῃς*, legendum ex usu solemni Polybii *ἐγχείρισή τις, τοσοῦτον.* Sequuntur multae lacunae, quas ut facilius expleas, Romana utaris editione, ne multum in spatio dimetiendo labaris. *καθ' ὅλην* sensu carent, ex p. 23, 20. corriges *καὶ ὕλην.* Tum *πρὸς τὴν . . . ἱστορίαν* id est *πραγματικήν*; porro *τὸ γὰρ ὑποπτεῦσαι τὰ προγεγενη | . . . . .* id est *προγεγενημένα πράγματα*, neque verbum illud convenit; flagitatur notio considerandi, id est *ἐποπτεῦσαι*, item certissime corrigas *ἔννοιαν.* Haec fere certa dixerim, iam vide integrum locum:

Ἔνιοι δὲ τῶν δοκούντων εὐλόγως προσάγειν πρὸς τὴν ἱστορίαν καθάπερ οἱ λογικοὶ τῶν ἰατρῶν ἐνδιατρίβοντες ταῖς βιβλιοθήκαις [ἐνδόξοις vel ἀκινδύνως] καὶ ὕλην τὴν ἐκ τῶν ὑπομνημάτων περιποιησάμενοι ἅπασαν πείθουσιν αὐτοὺς ὡς ὄντες ἱκανοὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν καὶ [ἔντευξιν· ἀλλ' οὐ τὸ] ἀρχοῦν δοκοῦσι προσφέρεσθαι, εἰ μὴ [δὲν ἄλλο τυγχάνουσι προσφερό] μενοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, πρὸς τὴν [πραγματικὴν] ἱστορίαν· τὸ γὰρ ἐποπτεῦσαι τὰ προγεγενη [μένα πράγματα κατὰ] τὰς τῶν ἀρχαίων διαλήψεις καὶ τὴν ἔννοιαν

Digitized by Google

[αὐτῶν λαβεῖν ἦν] εἶχον ὑπὲρ ἐνίων τούτων, ἐθνῶν, πολιτειῶν, πράξεων [ἀνδρῶν] πρὸς [τὸ καλῶς μαθεῖν] τὰς ἐκείνων περιστάσεις καὶ τύχας αἷς κέχρηντο κατὰ τοὺς ἀνωτέρω χρόνους, εὔχρηστόν ἐστι· τό γε μὴν κτλ.

Pag. 25. ed. Lucht. pag. 31. ed. Geel.

Τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει καὶ Θεοπόμπῳ καὶ μάλιστα Τιμαίῳ περὶ οὗ νῦν λόγος· οὐ μὲν γὰρ ἂν ὑπὲρ τῶν τοιούτων κεφαλαιώδη ποιήσωνται τὴν ὑπόθεσιν, διαλανθάνουσιν, οὐδ' ὧν βουληθῶσι διαθέσθαι καὶ συνυποδεῖξαί τι τῶν κατὰ μέρος, τοιοῦτοι φαίνονται καὶ πάντες οἷος Ἔφορος.

Romanam dedimus lectionem, male ab editoribus emendatam; verum nos in censura edit. Lucht. invenimus, idemque Orellius vidit p. 5. *οὗ μὲν γὰρ .. οὗ δ' ἂν ..*

P. 27. ed. Lucht. p. 34. ed. Geel.

ὀλίγοι μὲν γὰρ [μακροὺς] πάντας ἐπιδέχονται διαθέσθαι τοὺς ἐνόντας λόγους· οἱ δὲ πλεῖστοι βραχεῖς, κτλ.

Additum ab Maio vocabulum probat Geelius: *recte sequens* [μακρὸς?] *inseruit Maius, sed pro adiuncto πάντες (!) scribendum πάντως; deinde διατίθεσθαι pro διαθέσθαι (!).* Luchtius pro μακροὺς inseruit [τῶν ἐπιτυγχανόντων]; sed nullum est in codice lacunae vestigium, id quod versuum spatium, optime apud Maium notatum, certissime docet; pessime de suo addidit Romanus editor et locus sanissimus est; hoc dicit Polybius: pauci sunt viri in historia quos omnia, quae de re quadam dici possint, oratione longa enarrantes facias, plurimis vero pauca et apta tribuas verba; quare optime in seqq. scripsit Orellius p. 5. πρὸς πάντα πάντας. Pag. 28, 28. τὸ μὲν δ' ὀλίγα χαιρίως εἰπεῖν .. τὸ δὲ πολλὰ διαθέσθαι .. . δ' omisit Geelius, Luchtius dedit γ', compendium esse puto particulae γὰρ; nusquam enim si bene memini τὸ μέν γε, Atticis usitatum, dicit, semper τὸ μὲν γὰρ. — v. 32. περὶ ταῦτα, nonne περὶ τούτων scribendum? sic p. 29, 24. εἰδότας corrigendum in εἰδότες; ibique lacuna v. 21. fort. sic explenda: ὅτι τοῦ [ὑπὲρ τῶν κοινῶν νῦν] γενέσθαι et v. 29. ὅτι κατὰ [τοῦτο μάλιστα] χάριν ἔχει.

Pag. 32, 19. ed. Lucht. p. 41. ed. Geel.

ἃ σχεδὸν εἰς τὸ παραπλήσιον ἐμπίπτει τοῖς περὶ τοὺς ἐν Ἀκαδημίᾳ λόγους τὸν προχειριστότατον λόγον ἡσκηκόσι.

Digitized by Google

Geelius τὸν χείριστον λόγον, recte improbatum Orellio qui scribit p. 6. item 10. τὸν προχειρότατον γέλωτι ἡσκηκόσι; melius videtur τοῖς τὰ προχειρότατα τόν λόγον ἡσκηκόσι, egregie arte dialectica exercitati.

Pag. 35, 4. ed. Lucht. p. 44 sq. ed. Geel.

ταύτας δὲ τὰς δόξας πρότερον μὲν Ἔφορῳ φησὶ προσπεσεῖν, οὐ δυνηθέντος δ' ἱκανῶς ἐκείνου πρὸς ταῦτα λέγοντας ἀπαντῆσαι, πειρᾶται συγκρίνειν αὐτὸς ἐκ παραβολῆς τὴν ἱστορίαν τοῖς ἐπιδεικτικοῖς λόγοις.

Legunt quod excerpta praebent πρὸς τοὺς ταῦτα λέγοντας, sed corrigendum potius quod ibi editio princeps Basil. πρὸς ταῦτα λέγοντος, nec Victorius qui codicem tractavit quidquam mutat; recte, est enim Ἔφορος πρὸς ταῦτα λέγων οὐκ ἠδυνήθη ἱκανῶς προσαντᾶν. Praeterea scribendum πειρᾶσθαι, nam ipsius Timaei sunt verba neque Polybius haec dicere potest.

Pag. 37. ed. Lucht. p. 47. ed. Geel.

ὑπὲρ ὧν ὁ μὲν ἄπειρος οὔτε ἀνακρῖναι τοὺς παραγεγονότας ἱκανός ἐστιν οὔτε συμπαρὼν γνῶναι τὸ γενόμενον, ἀλλὰ κἂν παρῇ τρόπον τινὰ παρών.

Ita Polybius non scripsit ὁ μὲν ἄπειρος, si nihil additum fuit; at de suo illud dedit Maius, nam in codice est ὁ μὲν ἔμπειρος, unde oppositionem ὁ δὲ ἄπειρος excidisse credas, sed nihil excidit, scribe: ὁ μὴ ἔμπειρος; idem mendum supra legitur p. 8. ὅσοι μὲν διεκλάπησαν pro μὴ. Alio loco male addidit Maius negandi particulam p. 64, 16. τίς οὖν αἰτία τῆς οὕτως ἐκφανοῦς ἀλογιστίας; φιλαργυρία· τί γὰρ ἄλλο τις εἴποι ἄν; ὁ μὲν γὰρ χάριν τοῦ λαβεῖν τὰ μὴ καθήκοντα πάντα παρεὼρα τἄλλα καὶ πάντα ἐδέχετο ποιήσειν, ὁ δὲ τοῦ μὴ δεινὰ πάντα παθεῖν καὶ πᾶν ὑπεριδεῖν οὐκ ὑπέμεινεν, in quibus οὐκ Maius adiecit probante Geelio p. 80. recepit et Luchtius et Orellius p. 7. sed sententiam verborum non satis attendisse videntur; φιλαργυρία summum hominibus malum est, φίλα γὰρ ἐλπίς, ut poeta dicit, ἐγένετ' ἐπὶ πήμασι βροτῶν ἄπληστος ἀνθρώποις, alii enim ut pecuniam accipiant, facinora quaevis perpetrant, alii ne quid pecuniae e manibus dent, summa vitae pericula subeunt; contentio itaque est docurata sententiarum, quae ut verbis quoque inhaereat corrige: ὁ δὲ τοῦ μὴ δοῦναι πάντα παθεῖν καὶ πᾶν ὑπεριδεῖν ὑπέμεινεν: supra dicit Polybius p. 62, 7. ὥστε

Digitized by Google

προέσθαι τι τῶν αὐτοῦ. Postremis verbis *ἀλλὰ κἂν παρῇ τρόπον τινὰ παρὼν* desunt quaedam v. c. *οὐ πάρεστιν.*

Pag. 38. ed. Lucht. p. 49. ed. Geel.

ἴσως μὲν οὖν ἐπὶ πάσαις ταῖς ὀλυμπιάσιν αἱ προεκθέσεις τῶν πράξεων εἰς ζήτησιν ἄγουσι τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ διὰ τὸ πλῆθος καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων ὡσανεὶ ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγομένων τῶν ἐξ ὅλης τῆς οἰκουμένης ἔργων· οὐ μὴν τὰ κατ' αὐτὴν τὴν ὀλυμπιάδα μάλιστα νομίσουσιν ἐπιτηρεῖν τοὺς ἀναγινώσκοντας διὰ τὸ πρῶτον μὲν κτλ.

Res gestas secundum Olympiadas exponit Polybius quas *προέκθεσις* praecedit; incipit ab Olymp. CXL. vid. I. 3. III. 2. IX. 1; nostro in loco, prooemio libri XIV. notatur Olymp. CXLIV. quo in quadriennio Punicum et Macedonicum bellum est, itaque hoc lectoribus maxime acceptum fore dicit. Verba corrupta sunt; barbarum est quod Lucht scripsit *ὧν μὴν*; equidem puto: *οὐ μὴν ἀλλὰ ταύτην τὴν ὀλυμπιάδα μάλιστα νομίζω δεῖν ἐπιτηρεῖν.* — In seqq. v. 13. vide ne potius reponendum sit *παρ' αὐτῶν*; tum hoc dicere videtur Polybius, se, quod hae res gestae memoria dignissimae sint, non ut in praecedentibus (pessime correxit Luchtius *ἀποδεδηλώκαμεν*, semper Polybius *δεδηλώκαμεν* dicit) duorum annorum spatium in unum conferturum esse librum.

Pag. 68, 4. ed. Lucht. p. 84. ed. Geel.

Εἰ γὰρ λάβοι τις μὴ χρόνον ἄπειρον μηδὲ γενεὰς πολλὰς, ἀλλὰ πεντήκοντα μόνον ἔτη ταυτὶ τὰ πρὸ ἡμῶν, γνοίη τ' ἂν ὡς τὸ τῆς τύχης χαλεπὸν ἐνταῦθα· πεντηκοστῷ γὰρ ἔτει πρότερον οἴεσθ' ἂν ἢ Πέρσας ἢ βασιλέας τῶν Περσῶν .... πιστεῦσαί ποτ' ἄν . .

verba sunt ex Demetrii libro *περὶ τύχης* sumpta; fortasse dialogus erat, certe illud *οἴεσθε* scribendum esse: *εἰ γὰρ λάβοιτε μὴ . . γνοίητ' ἄν* docet.

Pag. 69, 11. ed. Lucht. p. 86. ed. Geel.

ἱκανὴ γὰρ ἡ τύχη τοῖς παρὰ λόγον τὰ κατὰ λόγον ἐπιτρέψαι κἄν τινι συνεργήσῃ καὶ προσθῇ τε τὴν αὐτῆς ῥοπὴν, αὖθις οἷα ἐκ μεταμελείας ἀντισηκοῦν καὶ λυμαίνεσθαι τὰ κατορθώματα παρὰ πόδας· ὃ καὶ τότε περὶ τὸν Εὐμένη γενέσθαι συνέπεσε· δάξας γὰρ μάλιστα τότε τὴν

Digitized by Google

ἰδίαν ἀρχὴν ἐν ἀσφαλεῖ βεβηκέναι καὶ πολλὴν ἐπιφέρειν ῥᾳστώνην τὸν ἑξῆς χρόνον .... τότε μεγίστοις ἐνεκύρησε κινδύνοις τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν Γαλατῶν ἀνυπονοήτως [ἐπελθόν] των τοῖς καιροῖς.

Diodorus in Excerpt. Vatic. p. 95. ed. Dind. ex Polybio: *ἀγαθὴ γὰρ ἡ τύχη τὰ βεβηκέναι δοκοῦντα ἀσφαλῶς ἀναστρέψαι* etc. quod non deterius est, ut videtur Luchtio; Polybius ipse in his Exc. p. 94. *θεωροῦντες τὴν τύχην ὡς ἐστιν ἀγαθὴ φθονῆσαι τοῖς ἀνθρώποις*; tum melius *προσθῆται*, item *δόξαν*.

Pag. 82, 7. ed. Lucht. p. 103. ed. Geel.

διότι καὶ λίαν τοῦτ' ἐστὶν ἴδιον ἐπίτηδες τῆς τύχης.

Corrige, quod ubique apud nostram legitur, *ἴδιον ὥς περ ἐπίτηδες*; locis e Schweigh. in Indice laudatis (1, 86. 2, 4. 11, 6. 20, 7.) adde 24, 12. 29, 7. 38, 2. 40, 2. Exc. Vatic. p. 49, 8. semel tantum 14, 4. *οἷον ἐπίτηδες* invenitur.

Pag. 86, 22. ed. Lucht. p. 109. ed. Geel.

ἐὰν μή τις ἀφροντίστως τοῦ καθήκοντος καὶ τοῦ καλοῦ πρὸς τόδε τὸ συμφέρον ἀποβλέπων ποιῇ τὴν ἀπόφασιν.

Recte scripsit Geelius *πρὸς δὲ τὸ συμφέρον*, sed aliud neglexit vitium, scribe *ἀφροντιστῶν τοῦ*, quod opponitur verbo *ἀποβλέπων*. Supra malim *Καίπερ γὰρ ... ὅμως οὐδενί ποτ' ἄν τις .. οἰκειότερον ἐφαρμόσειεν τὸ* .. v. 9. an *θήσαιτο* in Polybio ferendum est nec *ἡγήσαιτο* reddendum? v. 11. scribe *ἀπολογίαν γε*.

Digitized by Google

B.

EMENDATIONES IN C. IULII VICTORIS ARTEM RHETORICAM.

[Ciceronis opera. Schol. I. p. 195 – 267 ed. Orelli.]

Pag. 196, 16.

Huius vis constat inventione, dispositione, elocutione, memoria, pronuntiatione. Primum est enim invenire quod dicas; dein quod inveneris disponere, tum quod disposueris et oratione vestieris memoria comprehendere, ullimum ac summum, quod memoria comprehenderis pronuntiare.

Non conveniunt ceteris membris rite demensis verba: *quod disposueris et oratione vestieris;* nulla enim elocutionis mentio facta est; unde excidisse haec coniicias: *tum quod disposueris oratione vestire, et quod oratione vestieris memoria comprehendere.* Sed verba ipsa ex nostro vel ex communi utrique fonte hausta leguntur in Alcuini dialogo pag. 391. Capp.

tum quod disposueris, verbis explicare; quarto quod inveneris et disposueris et oratione vestieris, memoria comprehendere.

Vides itaque ὁμοιοτελεύτῳ in Iulio Victore quaedam excidisse.

Pag. 205, 42.

scriptum et voluntas quem Graeci ῥητὸν κατ' ἔννοιαν vocant.

Hoc falsum est; Graeci hunc statum vocant *κατὰ ῥητὸν καὶ κατ' ἔννοιαν*: id aut *ῥητὸν καὶ ἔννοιαν* reponendum. Item pag. 204, 19. 29. scribe *κατ' ἀντίστασιν* pro *καταντίστασις*, et pag. 204, 30. *κατ' ἀντέγκλημα* pro *catantenclemate* et alibi graecas repone formas.

Pag. 209, 28.

Ab initio ad finem, in quibus factum ipsum excutimus; variae sunt usquequaque quaestiones; nam in illis facta, dicta, affectus, eventus etiam considerari solent; praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, iusiurandum, testes, responsa,

Digitized by Google

vox aliqua emissa; et ea quae dicuntur signa, id est vestis cruentata, livor et talia et omnia quae in causa inveniuntur, non ingenio nec arte excogitantur, sed ingenio et arte scrutari solent, et appellantur ab initio ad finem quod Graeci dicunt ἀτέχνους πίστεις.

Novum adde enumeratis rebus ex usu rhetorum: *responsa, OMINA, vox aliqua emissa*, tum lege: *sed ingenio et arte TRACTARI solent.* Vid. p. 226, 6.

Inartificiales sunt quos non oratoris ingenium invenit, sed causa ipsa in se habet, ut praeiudicia, rumores, tormenta, tabulae, iusiurandum, testes, responsa, omina, vox aliqua emissa, in quibus maxima pars forensium contentionum consistit. Haec ut ipsa carent arte, tractanda sunt et adiuvantur iisdem locis quos tradidimus.

Quae ipse adiuvabis, si legis: *haec ut ipsa carent arte, ita ARTE tractanda sunt.*

Pag. 211, 40.

In hoc exemplo excidit qualitatis locus, an bonus et utilis sit amor; vid. v. 22.

Pag. 214, 21.

Recte monuit Baiterus excidisse: *Venialis*; quod idem addidit et scripsit *Assumptiva venialis*, non probo, quod Victor item p. 213, 28. *Relativa*, 39. *Remotiva*, p. 214, 9. *Assumptiva per compensationem*, qui si *compensativa* dixisset, vix hic generalem notionem ut p. 213, 23. repetisset.

Pag. 216, 39.

Ambiguitatis statum dividimus locis his: propositione partis quae ex lege nobiscum facta est, propositione eius quae adversus nos facit; collatione partium per universales propositiones.

Ne idem repetatur verbum et ut verus terminus inferatur, lege *oppositione eius*, et ita est in exemplo p. 217, 4. *a propositione . . ab oppositione . . a comparatione.*

Pag. 218, 4.

Post rem ab eventu, a iudicatis.

Alii dicunt *a iudicato*, noster vero semper quod et hic reponendum *a iudicatis*) vid. p. 225. Paulo post v. 27. corrupta sunt verba *a causa finitiva*, corrige aut *a causa in fine* ut v. 35. 43,

Digitized by Google

aut *a causa in controversia finitiva* ut v. 17. Ibidem v. 11. post verba *si nobilis* deest oppositio *si ignobilis* vel simile quid.

Pag. 219, 27.

In re autem coniectura argumenta ducuntur.

Corrige: *In re autem in coniectura*, cf. p. 221, 17. In seqq. *a proposito* corruptum ex *a proprio*, vide exemplum p. 220, 10. nam singuli loci exponuntur, quod non attenderunt qui p. 220, 17. novam dederunt paragraphum, cum septimus sit locus *a definitione* et disputatio tota *de locis in re* p. 219, *circa rem* p. 220, *post rem* p. 224; idem error repetitus p. 223, 17. Sumpta haec ex Quint. V. 10. p. 412. Burm. unde corriges: *ita aut universum.*

Pag. 221, 24.

Quia est ei aliquid simile, est par.

Insere verba *est dissimile* quod docent priora p. 218, 2, et seqq. p. 222, 13. Paulo post v. 26. *A simili similitudo*, scribe: *A simili in coniectura similitudo.* v. 36. dele *a.*

Pag. 222, 14.

A dissimili et in coniectura et in ceteris statibus sic argumenta sumemus. Et quemadmodum supra quaerebamus, quid esset simile, ita et e contrario consideremus, quid in se dissimile habeat ea res quae in quaestionem venit.

Haec arcte cohaerent: argumenta sumemus si consideramus; corrigo *sumemus ut quemadmodum . . . consideremus.* v. 26. leg. *idem esse prohiberi quod deiici.*

Pag. 223, 5.

A comparatione et coniectura.

Corrige: *in coniectura*; sed v. 12. deest tertium exemplum: *A minore ad maius in qualitate * * * Similiter.* cf. 225, 15. Tum sequitur v. 17. error supra iam notatus; septimus enim locus est a praecedente p. 218, 3. 221, 25. et quod nunc legitur: EX PRAECEDENTIBUS IN CONIECTURA, non lemma novi capitis est, sed corrigendum: *A praecedenti in coniectura. Omnis.* v. 39. puto scribendum *aut.*

Pag. 224, 7.

Ab eventu in coniectura, quod Graeci ἀπὸ τῆς ἐκβάσεως dicunt . . . Et ut a Gaio Fannio adversus Graecum dictum est: Si Latinis civitatem dederitis, credo, existimatis vos

Digitized by Google

ita uti nunc constituisse: in contione habituros locum, aut ludis et festis diebus interfuturos. Nonne illos omnia occupaturos putatis? Collegit enim non esse recipiendos in civitatem ex his quae eventura sint.

Corruptum esse *constitisse* monet Orellius qui *constitutum est* coniicit, Henr. Meyerus in Fragm. oratorum Roman. p. 109. sine mendi suspicione verba Fannii laudat; fortasse an praestet: *vos ita uti nunc consuestis, in contione habituros.*

Pag. 225, 3.

Utimur autem iudicatu tum omnium, tum plurimorum, tum optimorum, tum praeterea eorum qui in unaquaque arte peritissimi sunt. Omnium iudicatu utitur Marcus Tullius quum dicit, nullum ordinem in civitate fuisse quibus non licentibus ab exilio rediret. Bonorum autem iudicatu quum ex senatusconsultu sibi domum restitutam. Optimorum iudicatu .... scientium iudicatu ...

Nota miram auctoris, si modo, quod vix credam, auctoris est, inconcinnitatem, qui, ut par erat, in lemmate dixit *plurimorum*, in expositione *bonorum*; nam in seqq. v. 16. *nam et opinione uti possumus omnium quae turpia et honesta iudicentur, et plurimorum excellentium et peritorum aeque, ut retro didicisti.* Quin scribendum sit *plurimorum et excellentium*, non dubitandum est.

Pag. 234, 10.

Verba sunt Ciceronis divinat. in Caecil. §. 32.

Pag. 239, 29.

Vt certa manus uno telo potest esse contenta, incerta plura spargenda sunt, ut sit et fortunae locus.

An operarum mendum est, ut p. 199, 38. *faciet* pro *faciat*! Nam Maii liber non in manibus est; scribe *incertae.*

Pag. 242, 12.

Diximus retro inventione excogitare principia, narrationem, excessus, quaestiones, epilogos.

Corrige: *inventionem ... egressus.* Posterius vocabulum est quod aliis digressio, cf. p. 196, 32. Infra quoque male scribitur p. 250, 36. *Satis quidem de inventione tradidimus quae excogitari possint ad explicandam orationem, principia, narratio, excessus, quaestiones, epilogus.* item p. 247, 13.

Digitized by Google

Ex cursu in narrationem parquam raro permittitur. Egressus vel egressio, παρέκβασις, etiam apud Cassiodorum p. 368. Capp.

Pag. 259, 25.

Haec enim in tantum excellit, ut etiam secundum sententiam maximi Tullii quamquam indocta oratio laudem tamen consequatur.

Memini interdum legere *maximum Ciceronem*, nusquam *maximum Tullium*. Scripsit Victor, ni fallor, *Marci Tullii* ut pag. 225, 5. 241, 25. 32. 243, 42. 245, 44. 247, 4. 248, 35. 263, 7. 11. 264, 1.

Pag. 263, 14.

Sit eloquens, non tamen disertus.

Lege *non tantum*, sententia ex Cicerone nota.

Digitized by Google

FRANCISCI GOELLERI

DR. PHILOS. ET PROF. GYMNASII CATHOLICORUM COLONIENSIS AD RHENUM

COMMENTATIO

DE SCRIPTIS CAESARIS ET TACITI EX MONUMENTIS MEDII AEVI ILLUSTRANDIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX.

Consilium et inchoatio scriptionis.
De nomine Germanorum.
De extremo septentrione Germaniae.

Caput I. Germania Taciti.

1. De classibus ordinibusque hominum.
2. De regionibus civitatum.
3. De magistratibus.
4. De comitiis.
5. De germaniis.
6. De regibus Germanorum.
7. De comitatibus.
8. De disciplina exercituum.

Caput II. Germania medii aevi.

1. De classibus ordinibusque hominum.
   a. Nobiles.
   b. Frilingi — Liti — Servi.
   c. Liberti.
   d. Tributarii.
2. De militia.
   a. Colonorum et servorum.
   b. Vasallorum et liberorum.
3. De regionibus civitatum.
4. De iudiciis et praesidibus iudiciorum.
5. De iudicibus iuratis sive Scabinis (Rachimburgiis).
6. De placitis.

Caput III. Loci nonnulli Caesaris et Taciti ex moribus atque institutis medii aevi explicantur.

1. Tacit. Germ. c. 29.
2. Idem ibidem c. 12.
3. Idem ibidem c. 26. Caesar B. G. 6, 22.
4. Tacitus Germ. c. 13. (18. 32.)

Digitized by Google

Digitized by Google

Verissime vir harum rerum penitissimus Caesarem et Tacitum, ita dixit consentire cum codicibus, qui supersunt legum Barbarorum, ut legentibus Caesarem et Tacitum ubique illi codices, et legentibus illos codices ubique Caesar et Tacitus occurrant. Huiusque consensus facile causa et ratio cogitari potest. Neque enim ita multum in antiquissimis moribus et institutis Germanorum, qualia Tacitus describit, immutatum erat ante Capitularia Regum Francorum, et eo ipso usque illi codices legum Barbarorum in suis quique civitatibus viguerunt. Unde efficitur, nullum utilius ad intelligendos Caesarem et Tacitum auxilium esse, quam cognitionem initiorum eius aetatis, quam mediam appellare consuevimus.

Tota autem haec quaestio in partes dividitur tres, quarum prima est de occupatione terrarum per victores Germanos, primisque in expugnatis terris institutionibus i. e. de origine rei feodalis; altera de forma imperii in regno Francorum et eius, qui uno omnes Germanorum civitates imperio iunxit, Caroli M.; tertia de iure et legibus Germanorum. His partibus comparandi causa praemittendus est status Germaniae, quem Caesar et Tacitus memoriae prodiderunt. Nec potest prima pars earum, quas dixi, tractari sine cognitione classium ordinumque hominum in populis Germanicis, et conditionis statusque civilis earum classium. Accedat necesse est doctrina de militia et foris earundem classium, adeoque de regionibus, conventibus et comitiis, ducibus magistratibusque Germanorum tum Taciti tum medii aevi. Denique progressus rei feodalis et vitia, quibus brevi laborabat, causae quibus celeriter per omnem Germaniam patuerit, et bona malaque, quae ex hereditate feodorum evenerunt, exponenda sunt. In altera parte declarandum est, qua ratione Carolus M. partim gliscentibus vitiis Germanicarum institutionum mederi, partim venientia praecavere instituerit. Tertia pars agit de origine et historia legum Germanicarum, de interitu legum Barbarorum, Salicae, Ripuariae etc., Capitulariorum ac legis Romanae et iure per consuetudinem et usum recepto, de compositione et verigildis, de fredis et dela-

Digitized by Google

tura, de iudiciorum praesidibus, iureconsultis et scabinis ac de omni re iudiciali, porro cum de omni genere probationum in iudiciis recepto, tum de iudicio duellico, quomodo id et invalucrit et paulatim omnes alios probationum modos expulerit; de provocationibus ad iudicia regum, de iudiciis non iam publice transactis, de iure hereditario, adoptione, aetate, qua sui iuris esse coeperint, de legibus coniugii, de legibus latis ad utendum tum homines, tum hominum possessiones et omni iure privato Germanorum antiquissimorum etc.

Ex his, agite, nonnulla delibemus, quae ad explicandos Caesarem et Tacitum maxime facere videantur.

Ac nomen quidem ipsum Germanorum ab origine appellativum erat, significans exercitum (die Wehrmannei). Nam Germanica vox Wehr, Anglica war, Francica guerre, Italica guerra, itemque Hispanica guerra idem quod Ger in voce Germania mihi quidem significare videntur. Atqui primi inter omnes populos Germanicos in Galliam aetate Caesaris Tungri traiecerant, quos Tacitus dixit primos Germanos appellatos esse i. e. Galli iis Tungris primi hoc nomen indiderunt ut proprium, opinati nomen appellativum Germanorum (i. e. die Wehrmänner) nomen gentile peregrinorum esse. Caesar nomen Tungrorum non novit; sed idem narrat de quatuor populis Germanicis, qui sua aetate sedes in Gallia habuerint, eosque universos uno nomine Germanos appellatos esse. Horum quatuor populorum nomina apud eum sunt Eburones, Condrusi, Caeresi, Poemani *). Apparet hos eosdem homines esse, qui Tacito sub nomine Tungrorum innotuerunt, quod eos nomen inde a Caesare nactos esse in aperto est: nam sedes quatuor Caesaris populorum et Tungrorum Taciti eadem est, et uterque scriptor eos Germanos appellatos esse memorat. Ab his quatuor populis nomen Germanorum in universam gentem traductum est, quemadmodum Graeci Hellenes, Hispani Iberi, Germani Allemands, Alemanos appellati sunt a parte sui; quemadmodum nomen Italiae a parte eius terrae in totum, nomen Asiae a tractu Asiae Minoris in totam partem orbis terrarum transiit. Huc pertinent verba Taciti de Germ. c. 2. *ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam*

*) B. G. 2, 4. Ibidem 6, 32. nominat *Segnos Condrusosque ex gente et numero Germanorum.*

Digitized by Google

qui prius Rhenum transgressi Gallos expulerint, ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox a se ipsis, invento nomine, Germani vocarentur, i. e. demnach sei allmählig der besondere Name eines Zweiges auf den ganzen Volksstamm übergegangen, in der Art dass der ganze Stamm erst von dem Sieger, um Furcht bei den Galliern zu erregen, benannt wurde, nachmals aber sie selbst den Namen Germanen annahmen, der zufälligerweise gegeben ward. Mea quidem opinione haec verba Taciti non omni vitio carent: inest enim in iis, ut quidem nunc sunt, aliquid cum ratione non conveniens. Scriptum est enim *ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim*. Haec verba aliquid falsi continent: nam dum nomen nationis evaluit (i. e. für alle Deutsche allgemein wurde), simul nomen gentis evaluit. Adde quod satis erat dicere, *nationis nomen evaluisse*, et verba *non gentis*, quae adduntur, supervacanea sunt. Nec tamen verba *non gentis* expulerim, sed scripserim modo: *in gentis* i. e. *in nomen gentis*, nam ipsum *nomen* repeti ex usu linguae necesse non est. Hoc igitur dicit: folglich sei allmählig der Name eines Zweiges allgemeiner Name des deutschen Volksstammes geworden.

Additur *a victore ob metum*. Suppleo: ob metum *Gallis inficiendum*, cogitans perterritos Gallos a Tungris esse minitantibus, plures usque Germanos, graves hospites, venturos, quibus terra transrhenana referta esset. Atque terror non inerat in nomine Germanorum, cuius vim nec Galli nec Tacitus nossent: nam si Tacito cognitum fuisset, hoc vocabulo significari milites (Wehrmänner), certe clarius locutus esset, et Ger etiam Gallicae linguae vocabulum fuisse, coniectura est demum ex hoc ipso loco Taciti concepta. At si omnes populi serius traiecti et ipsi haberentur pro Germanis et sociis vel popularibus primorum adventarum, consentaneum est, adventuris eorum timorem iniectum esse, ne tantae multitudini impares essent. Similiter monuit Ludenius a Civili *utramque Rheni ripam, quo truculentior visu foret, Germanorum catervis completam esse* *). Lipsius praesentem locum Taciti aliter explicans, „ob metum recentem Gallorum, ait, qui quoties de transgressis vel adventu transrhenanae nationis audirent, aie-

*) 4. Hist. 22.

Digitized by Google

hant trepidi, adventare Germanos.“ Hanc explicationem grammatica difficultas premit: nam sic vocula *a* ante vocem *victore* sensu Graeco praepositionis *ἀπό* accipienda est, ut sit *nach den Germanischen Siegern* werden sie benannt, eademque vocula *a* ante *se* sensu Graeco praepositionis *ἀπό* intelligenda est, ut sit: sie nehmen benannten sich so. Haec sensus differentia unius eiusdemque vocalae intra tam breve spatium valde dura est.

Verba *invento nomine* utrimque virgula secludo, quemadmodum Parizonius, quem etiam Doederl. sequutus interpretatur: sie nahmen einen Namen an, der zufälligerweise gegeben war. Etenim nomen Germanorum a Tungris profectum erat ut appellativum, quo exercitus Germanici milites significarent; at a Gallis, qui minus recte intelligerent, pro nomine gentili advenarum habitum pro nomine gentili eorundem usurpatum est, quum praesertim illi quatuor populi primo adventu nondum commune nomen gererent, sed nomen Tungrorum serius demum asciverint. Ita res habebat; at Tacitus verbis *invento nomine* usus est ex adverso nominibus stirpium quasi hereditate acceptis, velut Marsorum, Cheruscorum, Condrusorum, Poemanorum, Segnorum, Eburonum etc., quae nomina non invenata erant (nicht zufällig gegeben), nec nova, sed vetusta et quasi hereditate relicta. Nam *nomen invenire* Doederl. docuit indicare nomen fortuito acceptum. Ceterum Ludenius animadvertit, nomen Germanorum significare Tungros et non totam gentem Germanorum extare apud Caesarem B. G. 2, 4. et Tacit. 4. Hist. 15, coll. cap. 16. „Quatuor populi, ait Luden. Hist. Gent. Germ. Vol. I. p. 594. adn. 18., qui apud Caesarem *suo nomine Germani* appellantur, nimirum nomen Tungrorum acceperunt a terra, quam incolerant, ac propterea paulatim domum evaluit. Quod si Tacitus pluribus verbis et accuratius loqui voluisset, ita fortasse dixisset: *Condrusi, Eburones, Caeroesi, Poemani nunc suo nomine Tungri, nunc Germani vocati sint*“).

*) Etenim Ludenius apud Tacitum legit: *expulerint, nunc Tungri, nunc Germani vocati sint*, expungens *ac* ante *nunc*. At vulgatam Waltherus recte tuetur. Quod restat, iam Cluverius cognoverat, illos quatuor populos Caesaris non alios fuisse, quam Tungros Taciti. Vid. Leibnitii adn. ad Tacit. apud Dithmar. in edit. Germ. p. 286.

Digitized by Google

Primoquum ad id ipsum, quod mihi in hac commentatione tractandum proposui, pergam, alium locum Taciti persequar, quem mihi nuperus editor minus recte sapisse videtur. Obscura quadam fama Romano scriptori mare glaciale et regiones innotuerunt, ubi aurora borealis lucet et homines polum accolunt. Verba extant c. 45. *Trans Suionas aliud mare, pigrum ac prope immotum, quo cingi cludique terrarum orbem hinc fides, quod extremus cadentis iam solis fulgor in ortus edurat adeo clarus, ut sidera hebetet: sonum insuper audiri formasque deorum et radios capitis aspici persuasio adiicit: illuc usque et fama vera tantum natura. Ergo iam dextro Suevici maris litore Aestyorum gentes adluuntur.* Scriptor hoc loco tria discernit: vera — persuasionem (die Gebilde der Einbildungskraft) et famam, quam ex adverso ponit illis duobus prioribus. Apud mare trans Suionem (i. e. apud mare glaciale, nam terram Suionum sive Sueciam insulam esse opinatur) terrarum orbis finem esse cum ratione convenire sit, idque probari noctium in illis regionibus continua claritate. Nimirum haec est Taciti argumentatio: ubi inter terram et solem nulla res interest, ibi non iam ulla umbra cadit et proinde nulla nox est. Hoc patet ex Vit. Agric. c. 12. *dierum spatia ultra nostri orbis* (supple *dierum*) *mensuram, et nox clara et extrema Britanniae parte brevis, ut finem atque initium lucis exiguo discrimine internoscas. Quod si nubes non efficiant, aspici per noctem solis fulgorem, nec occidere et exsurgere, sed transire affirmant. Scilicet extrema et plana terrarum humili umbra non erigunt tenebras, infraque coelum et sidera nox cadit*, i. e. der flache Rand der Erde bewirkt durch seinen niedern Schatten keine hohe Finsternisse und unterhalb des Himmels und der Sterne fällt die Nacht (der Himmel aber bleibt hell).

Persuasione ait Tacitus adici sonum (solis occidentis quasi ardentis stridorem in mare mersae stridorem) audiri, formasque deorum et radios capitis aspici. Multi sunt, qui legi velint *formas equorum*, pro *formas deorum*. Certe quod Tacitus persuasionem appellat (et vere inanis mentis motus erat), id sicut illa eduram noctis claritudo ex aurora boreali profectum est, unde etiam ille sonus cadentis solis: nam et fulgores splendidissimi et soni tremendi his phaenomenis eduntur. „Haec igitur," addit scriptor, „persuasio est, nam fama quidem non de miraculis loquitur, sed tantum de vera natura. Atque

Digitized by Google

ut ad rem ipsam veniam *(ergo)*, fama refert, ad dextrum latus Suevici maris populum Aestyorum habitare.“ Haec mea quidem sententia vera postremorum verborum *illuc usque et fama vera tantum natura* interpretatio est: bis dahin, *auch (et)* der Sage gemäss, erstreckt sich nur wirkliche Natur (und nichts Uebernatürliches und Wunderbares ist dort). Tacitus mare trans Suiones dicit *aliud mare*, *pigrum*. Per vocem *aliud* illud mare discernit a mari Suevico i. e. Baltico (der Ostsee), et *pigrum* appellat i. e. unbeweglich, gleichsam klebrig. Nam *pigrum* in fluidis hoc ipsum significare Ludenius docet ex Lucretio de R. N. 3, 193, ubi mel pigrum audit. „*Mare pigrum*,“ addit, „convertas das Klebermeer, quod vocabulum legitur in carmine inscripto die Fahrten des Herzogs Ernst von Schwaben, et inserto in carminibus Theodiscis medii aevi Vol. 1., quae edidit von der Hagen.“ Luden. Hist. Gent. Germ. Vol. 1. p. 715. adn. 15. In fama de Hellusiis et Oxionibus, quos Tacitus narrari dicit *ora hominum vultusque*, *corpora atque artus ferarum gerere*, quis est, quin agnoscat homines polum accolentes, qui vestiantur pellibus rhenonum (von Rennthieren), ursarum, vitulinorum marinorum etc.

CAPUT I.

GERMANIA TACITI.

1. *De classibus ordinibusque hominum in Germania Taciti.*

Ex Taciti libello de Germania apparet, omnes Germanos fuisse aut liberos, aut non liberos. Ac liberi quidem erant domini soli; non liberi servi erant i. e. illi homines, qui domino soli carentes et in alieno solo habitantes pro eo certa quaedam officia praestare tenebantur. Praeterea Tacitus servorum genus novit, qui libertatem alea perdidissent et continuo trado fines venderentur *). Inter liberos Tacitus nobiles et ingenuos, qui strictiori sensu appellantur, discernit. Horum differentia non erat ortu aut lege, sed virtute constituta; nobilis enim erat, quisquis vel virtute vel prudentia vel gratia opibusque per ne-

*) Germ. c. 24.

Digitized by Google

tutem partis pellebat; liber, quisquis nec servus nec virtutis excellentia praeditus erat. Praeter hanc hominum genera Tacitus libertos memorat, quos ut ratio docet servis meliores fuisse, ita qua conditione fuerint et quo ritu manumissi sint, nusquam reperitur. Hoc certe constat, omnes liberos aequalitate iuris gavisos esse, nobilibus nullam prae aliis liberis hominibus iuris accessionem fuisse; in multitudine scilicet singuli excellebant, ex quibus plebs duces, moderatores, gubernatores legere solebat. Hi sunt *principes*, quos Tacitus appellat, i. e. modo reges, modo duces comitatuum et germaniarum (der Wehrmanneien), modo magistratus, quibus in pace parebant, modo viri quique auctoritate praestantes. Ex tali genere hominum Civiles et Arminii erant. Inaequalitas igitur dignationis tali excellentia orta est, at nulla iuris. Nam nobilitas quidem, quae vere dicitur, i. e. ordo beneficiis quibusdam vel ortu vel munerum administratione vel lege partis insignitus, eo tempore inter Germanos nulla erat *).

Venimus ad servos, de quibus Tacitus Germ. cap. 25. sic: *servis, non in nostrum morem descriptis per familiam ministeriis, utuntur. Suam quisque sedem, suos penates regit; frumenti modum dominus, aut pecoris aut vestis, ut colono iniungit: et servus hactenus paret; cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur.* Ex hoc loco intelligitur, servos Germanorum non fuisse domesticos, ut Romanorum, qui crescente luxuria paene infinitam multitudinem alebant et a suo quemque ministerio appellabant **). Imo servi Germanorum quasi quidam coloni rustici (i. e. Hintersassen, mox Gutsgehörige) erant, nec vere servi, sed tamen dominis possessionis nomine ad quaedam officiorum genera obstricti. Atque post mortem servi herus ex eius possessione legebat optimum quodque caput pecoris (idque Germani appellabant Hauptfall), sicut post mortem mulieris servae optimam quamque eius vestem (idque appellabant Gewandfall). Utrumque heri ius communi nomine medium aevum ius *Curmediae* sive *mortuae manus* dicebat ***).

*) v. Luden. Hist. Gent. Germ. Vol. I. p. 721 sq.

**) v. Dithmar. p. 146.

***) Chronicon M. Belgicum a. 1123. *In eo vero consistebat ius* (mortuae manus), *ut quandocunque aliquis paterfamilias, qui hanc debuit servitutem, moreretur, in signum servitutis praeteritae* (adde: utque heredibus eius hereditatem accedere liceret) *optimum pignus vel*

Digitized by Google

Adde quod servi Germanorum ex proventu possessionis suae certam quandam partem *census* nomine heris pendebant, neque ex antiquissimo instituto Germanorum a quoquam ullum vectigal erogabatur, nisi hic census. Itaque censum pendere et non liberum esse illis temporibus periade erat. Sunt praeter locum modo adscriptum alia indicia sortem servorum Germanorum mitissimam fuisse, ut c. 20. *dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas; inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat* *).

2. *De regionibus, in quas civitates Germaniae divisae erant.*

Liberi homines antiquissimae Germaniae in suis quisque vicis (Weilern, Gehöften) habitabant, circumdati agris suis, quos aut ipsi, si pauperculi essent, arabant, aut per colonos, qui in agellis circumiecti habitabant, colendos curabant. Hae habitationes dominorum fundi cum casis colonorum a Tacito *vici* appellantur. In his intra sepem suam liberi patresfamilias ita agebant, ut iidem sacerdotes, iudices et quasi legumlatores suorum essent. Ac medio quidem aevo denis vicis decania (ein Zehend) consistebat. Tacitus tamen et Caesar nec deca-

---

iocale, quod in ipsius domo reperiri contigerit, a dominis exigeretur: sin autem nihil esset, ut tum defuncti dextra manus abscissa dominis offerretur. Hoc ius maxime Clerici exercebant. Beat. Rhenan. 2. Rer. Germ. p. 87. *Erant insuper ecclesiastici servi, quos ipse rex aut dux aut comes monasterio donasset. Hinc videmus abbates nostrates adhuc talia mancipia possidere ex liberalitate Francorum principum. Hinc illae pensitationes originem habent, quibus multos scimus obnoxios, ut mortuo patrefamilias praestantissimum iumentum e stabulo procurator abbatis abducat vel vestium pretiosissimam auferat.* Erant et aliae opportunitates exigendae curmediae. Chart. Imp. Caroli IV. a. 1349. apud Hedam p. 360. ed. pr. *super solutione census, cerae, pecuniae, vestium, equorum, pecorum et iurium (vulgariter Curmede) aut aliarum quarumcunque rerum, quae in vita vel post mortem cuiuslibet hominis conditionis huiusmodi* (sc. servituti obnoxii) *episcopis et praelatis ac ecclesiasticis personis hactenus dari consueverunt.* Scriptum est: *in vita* eius qui curmediam pendere tenetur, velut in nuptiis, certis quibusdam diebus festis etc., et *post mortem* eiusdem heredes pendunt, quibus ita tantum hereditatem cernere licet. Aliud est *ius mortuarii;* sed de his uberius exponere in aliud tempus reiicimus.

*) vid. Montesqu. Espr. des loix 15, 10.

Digitized by Google

nias noverunt, neque alias regiones, nisi vicos et pagos (Gaue). Porro medio aevo denae decaniae Centenam sive Hundredum (Hundredam) constituebant, cuius divisionis terrarum in prima aetate media apud plures populos, velut Francos, Allemannos, Baiuvarios, Anglo-Saxones, Suecos etc. frequens mentio fit. Consensus tot tamque longinque dissitorum et tam remotis inter se aetatibus agentium populorum probabile reddit, divisionem pagorum in centenas, antiquissimam et iam in patria maiori Germanorum usitatam fuisse.

Omni autem dubitatione vacat, Taciti vicos separatas, non connexas, sicut apud Romanos, habitationes fuisse. Haec enim eius verba sunt c. 16. *nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est, ne pati quidem inter se iunctas sedes. Colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. Vicos locant non in nostrum morem connexis et cohaerentibus aedificiis; suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium sive inscitia aedificandi.*

Tantae regiones quantae pagi (velut pagos Helvetia numerabat tantum quatuor *), eaeque in vicos sive domos et praedia singulorum civium divisae, nulla inter pagos vicosque media partitione, res minime probabilis sunt. Ac profecto Caesar B. G. 6, 23. plures regiones, quam vicos pagosque indicare videtur, scribens: *principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt, controversiasque minuunt.* Adde quod Tacitus Germ. c. 6. *in universum*, ait, *aestimanti plus penes peditem roboris: eoque mixti proeliantur apta et congruente*

*) Ut alterum exemplum ponam, Francia Ripuaria ducatus erat, isque quatuor comitatibus sive antiquo more loquendi, quatuor pagis constabat, ut constat ex Divisione Regni Lotharii in Capitulariis Caroli Calvi. Hi comitatus apud Nithardum libr. 1. ad annum 834. ita nominantur: *et per fines Ribuariorum comitatus Moilla, Halt, Trahammolant, Masagowi* i. e. Moselland — Scheldeland — Iülicherland — Maasgau. Atque ex his comitatibus rursus minores regiones memorantur, item pagi dicti, velut pagus Hasbannicus (Gallice Hasbegnons) et pagus Meginensis i. e. das Meienfeld ab oppido Meien. Quin etiam tota provincia Ripuaria pagus Ripuarius (regio Ribuariorum) audit. Pro Trahammolant Chronicon Tradonense comitatum Iuliacensem memorat. At Francia Salica secundum legem Salicam tit. 49. porrigebatur *intra Ligerim et Carbonariam.* Silva Carbonaria patebat a finibus Hannoniae Lovanium usque et ad fluvios Diest ac Tameram.

Digitized by Google

ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex omni iuventute delectos ante aciem locant. Definitur et numerus; centum ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur, et quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est. Hoc cum loco aperte repugnat Caesar B. G. 1, 48., ubi narrat Suevos Arioviști sex millia equitum in Galliam adduxisse, totidemque numero pedites fuisse, *quos ex omni copia singuli singulos, suae salutis causa, delegerant.* Vides, apud Tacitum ex singulis pagis centenos pedites publico legi; apud Caesarem suum ipse eques peditem, eumque non e pagis, sed ex omni copia legit. Illi centum pedites e singulis pagis lecti apud Tacitum *Centeni* audiunt, et *quod primo numerus fuit, nomen et honor* factum est. Quid, si hic Tacitus duplici errore confuderit tum Centenos pedites cum centenis (a centena), quibus pagi dividebantur, tum ubi loquitur de *nomine et honore*, praefectos centenarum (die Zendgrafen) cum Centenis peditibus, qui equitibus intermixti in procliis versabantur?

Similis error Taciti fortasse obtinet c. 12., ubi singulis iudicibus pagorum centum comites addit: *Eliguntur in iisdem comitiis et principes, qui iura per pagos vicosque reddunt; centeni singulis ex plebe comites, consilium simul et auctoritas, adsunt; — die ihr Richterrath sind und ihren Aussprüchen Gewicht geben.* Hos comites consentaneum est scabinos *(die Schöffen)* sive iudices iuratos *(die Geschwornen)* fuisse. At certus idemque in omnibus causis numerus iudicum, et tantus iudicum numerus repugnat cum iis, quae aut ex antiquioribus temporibus, aut medio aevo de numero iudicum iuratorum cognita sunt, nisi forte existimes, illos centum Taciti comites eodem modo iudicibus pagorum adfuisse, quo Vassi comitum et alii Ministeriales Comitibus medii aevi: verum, ut alia taceam, ne sic quidem certus numerus definiri poterat, quia aliis comitibus alius numerus vassorum erat. Plerisque causis medio aevo non plus septem scabini et nonnulli iureconsulti *(boni homines)*, universi plerumque duodeni iudices constituti erant. Quapropter nescio an hic praefecti centenarum et scabini confusi sint: et ne ministeriales quidem pagorum (centenarii, tungini etc.) fieri potest ut universi centeni certo numero fuerint*).

*) *Ministeriales Comitum* dicebantur iudices et magistratus inferiores Comitum, ut Tribuni sive Vicecomites, Vassi Comitum, Cente-

Digitized by Google

Accedit, quod Tacitus ipse refert, Semnones, nationem gentis Suevicae, centum pagis habitasse, at Caesar universis Suevis non amplius totidem pagos tribuit. In quatuor Helvetiorum pagis circiter trecenta sexaginta millia hominum incolebant; Semnonum ager tantum exigua pars vastae Suevorum terrae erat, ut qua totum latus orientale Germaniae a Danubio inde usque ad mare Balticum praetegeretur, quaeque insuper inter austrum et occidentem usque ad Moeni superiorem cursum pertineret. At quantus numerus pagorum sic futurus erat omnium nationum Suevicarum, quas Tacitus enumerat! quantusque numerus hominum in tota gente Suevorum, si vel unis Semnonibus centum pagi tribuuntur, et hi vel uni supra sexagies centena millia hominum fuerint! Qui in tam immensa frequentia incolarum fieri potuit, ut Suevi (nam hoc Caesar de Suevis, de universis Germanis Tacitus refert) arva per annos mutarent et ager superesset*)! Certe Caesaris narratio verior videtur, siquidem centum pagi totius terrae Suevorum ex ratione geographica magis conveniunt cum quatuor pagis et finibus Helvetiae, quanta tunc erat, quam centum pagi exiguae prae Helvetia terrae Semnonum, quae hinc Albi et Viadro, illinc Lusitia Sudetisque ac Salae ostiis conclusa esset**).

---

narii, Tungini, Notarii sive scribae, Vicarii, adde Saiones i. e. apparitores. Quicunque placitis Comitum interesse tenebantur, *Vassi Comitum* dicebantur: eorum pro conditione Comitum duplici duplex genus erat. Comites enim et magistratus reipublicae et Vasalli regis erant; itaque eorum placitis tum liberi homines pagorum, tum subvasalli Comitum adesse tenebantur: adde etiam coloni. Ex his Vassis legebantur Scabini et Pares, Sagibarones sive Boni homines etc.

*) v. Tacit. Germ. c. 26. Caes. B. G. 6, 22.

**) At centenas Montesqu. Espr. des loix 30, 17. p. 41 sq. affirmat, postquam Franci Galliam occupaverant, institutas esse per Chlotarium et Childebertum, ut centenae quaeque furta et rapinas praestarent in finibus suis commissa. Ponit hoc factum esse circa ann. 595., addens similem regionum descriptionem etiamnunc in Anglia obtinere. Quem in hac quidem re sequi nolim. Quum enim centenae commune tam multis populis Germanicis institutum fuerint, non fieri potest, ut singuli homines quidem eas instituerint; imo consentaneum rei et naturae est, eas iam in patria maiori Germanorum fuisse; Chlotarius autem et Childebertus fortasse hoc primum instituerunt, ut centenae iam extantes furta et rapinas praestare tenerentur (sive primi auctores id fecere, sive

Digitized by Google

3. *De Magistratibus Germanorum.*

Quos Tacitus *principes* appellat, ii saepissime non alii sunt, quam praefecti pagis et regionibus, quae in pagis erant (si verum est, quod tales iam illius aetate fuisse posui). Interdum tamen principes intelligit duces belli et nobiles, qui vel virtute vel gratia et opibus inter multitudinem excellerent, et vel reges. His principibus, sive magistratus sive duces belli fuerint, Germani nihil nisi gratuita dona pendebant teste Tacito de Germ. c. 15. *Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit; gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae torquesque.* Haec erant *dona annua, annualia* quae dicebantur in regno Francorum, quaeque regibus ferebantur *causa suae defensionis ac reipublicae*, ut est apud Hincmarum in Quaternione p. 405. 406. Propterea etiam *dona regia* appellabantur, et in iis equi erant, ut apud Tacitum. Haec dona olim ultro in campis Martii et Maii ferebantur, postea autem plebi extorta a proceribus Regni regibus tradebantur. Annales Laurisham. minores anni 753. apud Pertz. Vol. I. p. 116. *in die Martis campo secundum antiquam consuetudinem dona regibus a po-*

---

antiquum morem revocarunt), quemadmodum Alfredus M. centenas non solum furta et rapinas, sed omnem omnium in finibus suis vitam praestare iussit. Locus, quo Montesqu. utitur, hic est: Decretio Chlotarii regis c. I. *decretum est, ut quia in vigiliis constitutas noeturnas fures non caperent, eo quod per diversas intercedente conludio scelera praetermissa custodias exercerent, Centenas fieri, in qua Centena (si) aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat, et latro insequatur.* Ex hoc loco videtur colligendum esse, minores regiones, quibus publicae securitatis custodia mandata erat, non suffecisse, quum latrones facile in finitimam regionem aufugerent: quapropter hoc decreto maiores regiones, centenae, constituuntur, ne fuga latronum tam facilis fieret, sive centenae tum demum descriptae sint, sive quae iam extabant centenae in hoc decreto significentur, nam per linguam ultra barbariam eius aetatis barbaram ex hoc decreto certo iudicare non licet. Ac Montesquievii opinio mihi etiam hoc nomine improbatur, quod leges Barbarorum, si non omnes literarum consignatione, certe rebus antiquiores, quam hoc decretum, complures centenarum mentionem faciunt.

Digitized by Google

pulo offerebantur. Quae olim libera donandi voluntas, ea iam dura solvendi necessitas fuit, sicut factum est etiam tributis populorum subiectorum, quae Tacitus significat fine loci modo adscripti *). Nam et Germanis sui inter Germanos populi ὑπήκοοι erant, ut docet Strabo 7. p. 447. B. Alm. Redeo ad dona gratuita Germanorum regibus oblata. Epist. Caroli M. ad Fulradum apud Bouquet. Vol. 5. p. 633. *dona vero tua, quae ad placitum nostrum* (i. e. zum Maifeld) *nobis praesentare debes, nobis mense Maio transmitte ad locum, ubicunque tunc fuerimus. — vide ut nullam negligentiam exinde habeas, siquidem gratiam nostram habere velis.* Salvianus libr. 8. extr. de Gubernatione: *insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus: aurum quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est et quidem pretium conditionis durissimae ac miserrimae.* Capitulare anni 807. cap. 3. *omnes itaque fideles nostri Capitanei* (i. e. duces, comites, marchiones) *cum eorum hominibus et carra sive dona, quantum melius, praeparare* (i. e. a plebe exigere) *potuerint, ad conditum placitum* (comitia regni) *conveniant.* Tributa autem populi solvebant devicti, sed regno Francorum non attributi, velut Slavi, Avari et aliquamdiu etiam Saxones, quos tandem Ludovicus Pius immunitatem tributorum habere passus est **). Atque initio quidem populi tributarii ipsi summam definiebant quantam pendere vellent, postea Steurae (Steuern) ex his donis, quae vocabant, ultro oblatis factae sunt, dum victores ipsi certam summam statuebant, quae nisi a devictis certo tempore solveretur, hostes erant.

4. *De comitiis.*

Tacitus de comitiis Germanorum c. 11. ita loquitur: *de minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur* ***). Addit Tacitus: *coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, quum aut inchoatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum tempus credunt.* Eodem modo, si summam spectes, comitia

*) Nisi huc trahere malis verba Taciti Germ. c. 13. extr.
**) V. Montesqu. Espr. des loix 10, 3. p. 21.
***) Conf. Montesqu. Espr. d. loix 11, 6. p. 61.

Digitized by Google

etiam post Galliam per Francos expugnatam acta esse, Montesqu. l. c. 18, 30. indicat, colligens id ex formula in Capitulariis Caroli Calvi ann. 884. cap. 6.: *lex consensu populi fit et constitutione Regis.* Sed haec sub Carolidis inanis formula fuit: constat enim neminem nisi Regem vel Imperatorem res deliberandas proposuisse, neque ullos nisi proceres regni sententias dixisse et suffragia tulisse. Perstabant quidem comitia singularum nationum regno Francorum contributarum, quamdiu leges Barbarorum ex parte certe vigere pergebant, sed in his comitiis nihil ad totum regnum valentibus nihil nisi negotia suae quique nationis eaque minime gravia tractabant, quum gravissima capitulariis in comitiis regni per regem et proceres regni tum saeculares tum clericos ita constituerentur, ut iis totum regnum et omnis natio teneretur, quo facto opus erat, ut tantum de legibus singularum nationum derogaretur, ut postremo pro legibus esse desinerent.

Addit Tacitus: *licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere.* At modo causae capitales in comitiis disceptabantur: crimina autem capitalia apud Germanos Taciti modo duo erant, omnia alia delicta multis luebantur; *proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames coeno ac palude iniecta insuper crate mergunt**). At poena capitalis ut apud omnes populos, ita apud Germanos paulatim multo latius patuit**). Lex quidem Salica raro eam infligit, et quidem decollando, suspendio, mutilatione et vel supplicio crucis. Accusator sive *hostis* (sic enim in legibus Barbarorum appellatur) ipse partes carnificis agebat et reum extremo supplicio afficiebat***). Ripuaria lex ad extremum supplicium et publicationem bonorum damnat perfidos in regem; poenam capitalem decernit iudicibus, Maioribus domus, Comitibus, Cancellariis, qui se pecunia corrumpi passi sunt. Praeterea capitis poenam constituit tum liberis tum servis, sed criminibus non nominatis liberorum. Capitis poenae eadem lex condemnat servos propter stuprum ingenuae mulieris. Insidias in vitam Ducis structas lex Allemannica extremo supplicio luit. Lex Baiuvariorum vetat quemquam sine

---

*) Germ. cap. 12.

**) v. Thucyd. 3, 45.

***) Conf. Rühs. Erklär. der 10 ersten Cap. von Tacit. Germ. p. 245.

Digitized by Google

crimine capitali capitis aut publicandi alodii damnari: crimina autem in hac lege capitalia sunt consilia facinorum in vitam Ducis ineundorum, perduellio, si quis hostes in patriam adduxisset, vel urbem hostibus proditione dedidisset. Qui consilium inierat contra vitam Ducis, ei Dux supplicium remittere poterat; sin ducem interfecisset, nec multae iudiciali solvendae esset, capite plectebatur. Contumaciae Ducis erga regem Francorum item poena capitalis erat. Quisquis discordiam in exercitu excitasset, si ad certamen ventum esset, ex eadem lege multa sexcentorum solidorum multabatur; simul ex arbitrio Ducis vel Regis pendebat, utrum capitis damnaretur, nec ne. Eadem poena decreta est, quisquis in exercitu aliquem male mulcasset, vulnerasset, interfecisset. Quin etiam lex Baiuvariorum occulta supplicia capitis permittit: vetat enim in causam eius inquiri, qui iussu vel Ducis vel Regis aliquem interemisset. Frequentissima poena capitalis in lege Saxonum est, at lex Frisiorum uni tantum crimini eam poenam infligit, si servus vel litus dominum percussisset. Iam vero Capitulariis omnia genera poenarum et augebantur et acuebantur, per eadem in delicta *de parte publica* (durch ein öffentliches Ministerium) quaestiones haberi coeperunt, ita ut vetus illa sententia antiquissimae Germanorum iurisdictionis: wo kein Kläger ist, da ist auch kein Richter, aboleretur. Maxime per eas leges poenae capitales auctae et pleraeque suspendio inflictae sunt. Praeter proditionem et perinde grave crimen desertorum signorum (Herisliz) inter capitalia numerabantur etiam latrocinium, periurium, fortasse etiam homicidium, et incestus, quamquam utplurimum malefico licuisse videtur vitam multa redimere.

Redeo ad Comitia: ils antiquissimo tempore senes aetate provectissimi, certe viri experientia et plurimo rerum usu praestantissimi praefuisse videntur. Quare praesides pagorum, iidemque comitiorum nomen seniorum (Graue, Grafen) tulerunt, quod tamen apud Caesarem et Tacitum frustra quaeras.

5. *De germania (Wehrmannei sive Nationalheer).*

Imminente ab exteris periculo saepe plures pagi ad communem defensionem arma iungebant. In talem societatem omnes liberi ultro nomina, non coacti, profitebantur: neque enim magistratus erant, qui cogerent, siquidem in pace sub nullis

Digitized by Google

aliis magistratibus, nisi iudicibus pagorum et regionum Germani agebant, et ne duci quidem a foederatis pagis lecto ius erat nisi monendi viros, ut armis praesto essent, quam evocationem (*mannitionem* appellabant) quisquis sequebatur arma ferendi iure gaudens, libera voluntate sequebatur *). Etenim *mannire* (serius idem quod in ius vocare) derivatur a voce mahnen (Gallice semondre, a Latina medii aevi voce *submonere*). Mannire accusatoris erat, qui in ius vocabat cum tribus testibus; at bannire magistratuum erat. Capitul. Caroli M. 4, 25. *si quis de statu suo id est de libertate vel de hereditate compellandus est, iuxta legis constitutionem manniatur. De ceteris vero causis* (de criminibus et rerum dominio), *unde quis rationem est redditurus, non manniatur, sed per Comitem banniatur. Mannina* multa appellabatur, quam solvebant qui vadimonia deseruissent post mannitionem. Hincmar. Opusc. 15. cap. 15.: *Comites et Vicarii vel etiam Decani plurima placita constituunt et, si ibi non venerint, compositionem eius exsolvere faciunt. Et quia prius per manninas veniebant, excogitarunt quidam, ut per bannos venirent ad placita, quasi propterea melius esset, ne ipsas manninas alterutrum solverent, haec ideo facientes, ut ipsi bannum acciperent.* Etenim *alterutrum* significat gegenseitig, et Hincmarus hoc dicere videtur: noluisse magistratus a litigantibus inter se manninam exsolvi et vocatione in ius per litigantes cum tribus testibus abrogata magistratus ipsos lucri cupidine in ius vocare coepisse, ut ipsi bannum sive multam desertorum vadimoniorum acciperent. Itaque ut in iure, ita quondam universe nihil nisi mannitio obtinebat. Ut evocationem ad defendendam patriam sequerentur, eo tempore honoris et existimationis causa, non cogente necessitate fiebat. Ea aequalitas omnium liberorum hominum et libera agendi voluntas antiquissimis illis temporibus apud Germanos per omnia patebat. Neque secus praefecti pagorum quondam manniendo in ius vocasse existimandi sunt. Severis-

*) Eadem libertas in adeundis comitiis. Tacit. Germ. c. 11.: *illud ex libertate vitium, quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Ut turba placuit, considunt armati.* His adde: *mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate.*

Digitized by Google

sima disciplinae ratio Carolo M. imperante haberi coepit. In causis levioribus bannum Comes edicebat; in maioribus rex, cuius multa et evocatio Heribannum dicebatur. E multis a rege indictis frequentissima multa detrectatae militiae erat, quam per excellentiam Heribannum dicebant. Capitul. Caroli M. II. a. 805. §. 19. iubet Missos Dominicos heribannum *absque ullius personae gratia, blanditia seu terrore exactiare*, et tantum vetat, ne *uxores vel infantes fiant despoliati pro hac re.* Adde Capitul. II. a. 812. §. 2. *ne Comes heribannum exactare praesumat, nisi Missus noster prius heribannum ad partem nostram recipiat* (i. e. ehe Unser Sendgraf Unseren Antheil der Busse in Empfang nimmt) *et ei suam tertiam donet.* Etenim Comites omnium multarum, quas exigebant, tertiam partem accipiebant.

Illae armatae pagorum societates a Tacito *civitates*, patrio nomine *germaniae* (Wehrmanneien) dicebantur, velut pagi circa Melibocum germanias Cheruscorum Cattorumque sistebant, itidemque Frisii ac Chauci talibus germaniis iuncti erant. Nec societates Arminii ac Civilis aliud erant, nisi germaniae. Nam cum Batavis Civilis populi quidam Germaniae transrhenani germaniam inierunt, ad quam Ubii accesserunt, ut narrat Tacitus 4. Hist. 60. sqq. Itaque Tenchteri missis ad concilium Agrippinensium legatis *rediisse Ubios in corpus nomenque germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agunt*, et Ubiis *gratulantur, quod tandem liberi inter liberos* futuri sint (cap. 64.). Neque Allemannia, Suevia etc. aliud sunt, nisi nomina germaniarum sive pagorum societatum.

6. *De Regibus Germanorum.*

Duces Germanorum saepe viri facti sunt, qui in Romanorum legionibus stipendia meriti erant, velut Arminius, Civilis al. Dux recens delectus *impositus scuto et sustinentium humeris vibratus* apud Canninefates populo monstrabatur *), quasi quo indicarent, a populo eum lectum, a populo ad illam dignitatem evectum esse. Ex hoc ductu bellico regia apud Germanos potestas orta est. Invenimus quidem iam Taciti tempore nonnullas Germaniae civitates, quae et domi et militiae ab uno regerentur, velut Marcomannos, Quados, Suiones, Sitones al.,

*) Tacit. 4. Hist. 15. Dufresn. s. v. *clypeus*. Rühs. Erkl. etc. p. 240.

Digitized by Google

at reliqui populi tantum ad bella gerenda duces creabant, ceterum in pace sine ullis aliis magistratibus, nisi iudicibus agebant. Id quod comprobat Caesar B. G. 6, 23. *in pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt* *). Regia potestas apud plerasque nationes Germaniae demum post terras Romanis ereptas orta est, regnis illis Germanorum, quos Tacitus in patria maiori memorat, iam deletis. Atque in decursu demum temporum et post terras Romanorum expugnatas reges in Germanicis civitatibus exortos esse, Gregorius Turonensis nominatim de Francis testatur, negans eos in patria maiori regibus paruisse. At Romani scriptores de regibus Germanorum confuse loquuntur et fuisse modo affirmare, modo negare videntur**). Tacitum quidem secum ipso reconcilies

*) Conf. Montesqu. Espr. d. lois 18, 30.

**) Ariovistus et Maroboduus a Romanis agnoscuntur reges; praeter hos in narratione diuturnorum bellorum nulla regum mentio fit. Regis nomen apud Germanos invisum fuit, Tacit. 2. Ann. 44. Quum Arminius arguebatur affectati regni, a propinquis impune interfectus est, 2. Ann. 88. Postea Cherusci, eius populares, ultro Italicum quendam regem creant, 11. Ann. 16. Civilis stirpem Tac. 4. Hist. 13. regiam appellat, itemque Arminii et Classici. Apud Plinium rex Marsorum esse dicitur; Tacitus non solum Marcomannis, Quadis, Suionibus et Sitonibus, sed etiam Hermunduris, Gotonibus, Rugiis, Limovlis et aliis reges fuisse tradit. Et Germ. c. 25. haec eiusdem verba sunt: *Liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate; exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur; ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.* Idem scriptor septentrionalibus nationibus servile erga reges obsequium tribuit, quaeque civitates regnantur, eas a libertate degenerare ait. Apud Suiones, Germ. c. 44. ait, *opibus honos, eoque unus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode et quidem servo: — enimvero neque nobilem neque ingenuum, ne libertinum quidem armis praeponere regia utilitas est.* Conf. Montesqu. Espr. d. loix 7, 4. Ex altera parte apud Germanos ait vix regiam potestatem inveniri: idem Germ. c. 7 *reges*, ait, *ex nobilitate, duces ex virtute sumunt; nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praeeunt.* Et c. 11. *mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur auctо-*

Digitized by Google

reputans, scriptorem in usu verborum *princeps* et *rex* parum accuratum esse, dum reges appellat, quos principes appellare debebat, et quidem subinde etiam principes appellat. Ubi autem de libertate per reges sublata loquitur, ibi saepe de populis Slavicis narrat, quos pro Germanicis habebat, vel quos reges dicit, ei vere reges sunt, qui regnum in familiis hereditate proditum et in pace et in bello servant, et non belli duces, quam principes i. e. ii qui bellis gerendis praesunt, pro virtute et tantum in tempus belli crearentur.

Non potest documentis historicis doceri, qua via paulatim apud Germanos regia dignitas ex ductu bellico orta sit: desunt enim monumenta, unde discas, quomodo potestas imperatoria in regiam transcenderit. Nonnihil tamen effectus in constituenda regna post ductas victorum opes exemplum regnorum iam extantium habuisse videtur. Sic aulam regiam Francorum primus Chlodovicus instituit Parisiis exemplo aulae Byzantinae, mixta lege rituum in ista aula observari solitorum et natura Germanorum. Postremo Imperator Anastasius regi Francorum diadema imposuit, eumque purpura amictum sui similem fecit. Tum ad peregrinum idem illud exemplum innumera illa orta sunt munera aulae Francorum, Cancellariorum, Comitum Palatinorum, Cameràriorum, Mareschallorum, Buticulariorum, Comitum Stabulorum, Mansionariorum, Venatorum, Falconariorum, Bersariorum, Vestrariorum, Beverariorum, Ostiariorum, Sacellariorum, Scapoardorum, Magistrorum Cubiculariorum, Archipincernarum etc. etc., quos partim fatum tulit et terrarum dominos, mox ab arbitrio Regum et Imperatorum liberos, postremo ex parte Reges et ipsos fieri.

Serius regia potestas quodammodo hereditatis iure a patribus ad filios transmitti coepit. Nam in decursu temporis Germani magis magisque assueverunt filios regum reges creare: quam autem difficile fuerit, Germanos in legendis regibus a regiis familiis avertere, luculentissime ex historia Pipini Exigui apparet. Sic in regibus creandis nec toti liberi erant, nec non

---

ritate suadendi magis quam iubendi potestate. Idem c. 43. *Trans Lygios Gotones regnantur paulo iam adductius quam ceteras Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.* Conf. Ammian. Marcellin. 18, 5, 14., ibique Wagn. Denique 13. Ann. 54. haec verba extant: *auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam* (Frisios) *regebant, in quantum Germani regnantur.*

Digitized by Google

liberi, quandequidem ex pluribus filiis regum unum creandi optio dabatur. Tametsi res et natura ferebat, ut plerumque natu maximum legerent, ut qui plerumque et peritior et validior esset, nec cogitari potest, eos praeponendo natu minori maximum ignominia immeritum afficere voluisse.

7. *De Comitatibus.*

Fiebant apud Germanos expeditiones etiam per alios exercitus, quam germanias (Nationalheere): hae suscipiebantur a privatis libidine praedae et pugnandi. Feroces et in armis gerendis praestantes viri saepe globos pugnacium virorum colligebant, ut vel rapinam facerent, vel in bello aliquo externo partes susciperent. His dux et arma et victum parabat, non de suo, quod facile inducaris ad credendum, si Taciti verba in Germ. c. 14. obiter inspicias, sed de praeda, quam dux et comites sorte inter se partiebantur. At in germania (Wehrmannei) suo quisque miles sumtu et armaturam et victum parabat, i. e. secum ferebat in bellum quantum et parare et portare potuit, ceterum auferebat quantum per occasiones depraedandi licuit, nisi quod certo regni limite tenus publice alebatur. Contra in comitatu omnis praeda in unum congesta recte et ordine inter comites et ducem comitum sortito dividebatur *). Tales expeditiones privatorum per diuturnitatem

*) Clarissimum exemplum et huius rei et totius rationis comitatuum extat apud Gregorium Turonensem: Remigius episcopus Remensis consilio reginae Chlodovicum regem ad doctrinam Christi convertere volebat; neque rex abnuebat, quamquam uno se impediri fassus. „Populus," ait, „qui me sequitur, suos me deos deserere non patitur." Verum etiam populus se ad sacra Christi amplectenda paratum esse declaravit: quo facto rex cum amplius ter mille militibus sacrum baptisma suscepit. Devicto per Chlodovicum Syagrio Franci immensa praeda potiti inter alia in templo quodam urnam affabre factam ceperunt. Qui templo, unde hae manubiae agebantur, praefectus erat episcopus hanc urnam sibi reddi regem precatus est. Augustae Suessionum praedam inter se partituri erant. Chlodovicus promissum dedit, se urnam, si sortito sibi obtigisset, redditurum, hoc amplius pollicitus, se vas illud praeter portionem suam praedae a comitibus expetiturum. Adnuere Franci praeter unum omnes. Nihilominus rex urnam accepit. Anno vertente, quum in Campo Martis exercitum lustraret, et ad eum venisset, qui unus urnam renuerat: „Nemo," dixit, „peius, quam tu, armatus est," et hominem securi percussum ne-

Digitized by Google

bellorum usque frequentiores fiebant, eisque amor bellandi non minime auctus est. Haec enim bella non in comitiis populi decernebantur, sed etiamsi pagus et germania in pace agebant, principi alicui ad expeditionem aliquam minorem animo et viribus impulso suo Marte periculum audacter subire licebat. Tenendum tamen est, invita civitate expeditionem trans fines fieri non licuisse *).

Miles Germanicus, qui idem et paterfamilias et arator esset, otium modo brevis bellicae expeditionis habebat, qua finita domum redire properabat. Neque igitur hostem persequi vel longinque aggredi licuit; saepe vel finitimae Germanicae civitati auxilium ferri non poterat, etiamsi ab eius salute ipsorum, qui invocabantur, salus pendebat. Ardor ad bellum longa pace extinguebatur, neque ars bellica inter eos efflorescere potuit, qui domos, nisi bellum iam in proximis arderet, non relinquerent. His incommodis comitatus medebantur. Quum civitas pace diuturna languisset, iuventuti publice permittebatur vel aliis nationibus auxilium ferre, vel suis solam viribus bellum committere. Nec tamen iniussu civitatis, ut supra dixi, cuiquam cum exercitu trans fines migrare licebat, quin ipsi iuvenes, qui in legionibus Romanis militabant, nisi pro proditoribus haberi vellent, sine voluntate civitatis illam militiam non capessebant **). Ducem talis expeditionis non necesse erat principem pagi esse, nec probabile est ex patribusfamilias ducem legi solitum, et comites ipsos uxoribus liberisque relictis discrimina bellorum subiisse: imo iuvenes caelibes, opinor, conquirebantur. Comites ducem lex expeditionis postulabat inviolata fide sectari; salus enim omnium in firma

---

cavit. — Ex hac narratione Ludenius Hist. Gent. Germ. Vol. 8. p. 232. sqq. recte colligit, milites illos Chlodovici comitatum fuisse, eos ex parte circa ipsum regem, ex parte per diversa terrarum expugnatarum dispersos egisse; regem in rebus non ad ipsam militiam pertinentibus voluntati comitum obnoxium fuisse; in comitatu Chlodovici usque antiquas leges Comitatuum obtinuisse. In exercitum Chlodovico plenum imperium fuit; exercitus bello alebatur; nam quidquid praedae agebant commune erat; distributio sorte fiebat; quidquid quibusque sortito obtigerat, proprium habebant et suum.

*) v. Rühs. Erkl. etc. p. 242. sq.

**) Tacit. 11. Ann. 16. De comitatibus auxilium ferentibus accipiendus est Caesar B. G. 8, 45.

Digitized by Google

3. *De Magistratibus Germanorum.*

Quos Tacitus *principes* appellat, ii saepissime non alii sunt, quam praefecti pagis et regionibus, quae in pagis erant (si verum est, quod tales iam illius aetate fuisse posui). Interdum tamen principes intelligit duces belli et nobiles, qui vel virtute vel gratia et opibus inter multitudinem excellerent, et vel reges. His principibus, sive magistratus sive duces belli fuerint, Germani nihil nisi gratuita dona pendebant teste Tacito de Germ. c. 15. *Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit; gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae torquesque.* Haec erant *dona annua, annualia* quae dicebantur in regno Francorum, quaeque regibus ferebantur *causa suae defensionis ac reipublicae*, ut est apud Hincmarum in Quaternione p. 405. 406. Propterea etiam *dona regia* appellabantur, et in iis equi erant, ut apud Tacitum. Haec dona olim ultro in campis Martii et Maii ferebantur, postea autem plebi extorta a proceribus Regni regibus tradebantur. Annales Laurisham. minores anni 753. apud Pertz. Vol. I. p. 116. *in die Martis campo secundum antiquam consuetudinem dona regibus a po-*

---

antiquum morem revocarunt), quemadmodum Alfredus M. centenas non solum furta et rapinas, sed omnem omnium in finibus suis vitam praestare iussit. Locus, quo Montesqu. utitur, hic est: Decretio Chlotarii regis c. I. *decretum est, ut quia in vigilias constitutas nocturnas fures non caperent, eo quod per diversas intercedente conludio scelera praetermissa custodias exercerent, Centenas fieri, in qua Centena (si) aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat, et latro insequatur.* Ex hoc loco videtur colligendum esse, minores regiones, quibus publicae securitatis custodia mandata erat, non suffecisse, quum latrones facile in finitimam regionem aufugerent: quapropter hoc decreto maiores regiones, centenae, constituuntur, ne fuga latronum tam facilis fieret, sive centenae tum demum descriptae sint, sive quae iam extabant centenae in hoc decreto significentur, nam per linguam ultra barbariam eius aetatis barbaram ex hoc decreto certo iudicare non licet. Ac Montesquievii opinio mihi etiam hoc nomine improbatur, quod leges Barbarorum, si non omnes literarum consignatione, certe rebus antiquiores, quam hoc decretum, complures centenarum mentionem faciunt.

Digitized by Google

pulo offerebantur. Quae olim libera donandi voluntas, ea iam dura solvendi necessitas fuit, sicut factum est etiam tributis populorum subiectorum, quae Tacitus significat fine loci modo adscripti *). Nam et Germanis sui inter Germanos populi ὑπήκοοι erant, ut docet Strabo 7. p. 447. B. Alm. Redeo ad dona gratuita Germanorum regibus oblata. Epist. Caroli M. ad Fulradum apud Bouquet. Vol. 5. p. 633. *dona vero tua, quae ad placitum nostrum* (i. e. zum Maifeld) *nobis praesentare debes, nobis mense Maio transmitte ad locum, ubicunque tunc fuerimus. — vide ut nullam negligentiam exinde habeas, siquidem gratiam nostram habere velis.* Salvianus libr. 8. extr. de Gubernatione: *insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus: aurum quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est et quidem pretium conditionis durissimae ac miserrimae.* Capitulare anni 807. cap. 3. *omnes itaque fideles nostri Capitanei* (i. e. duces, comites, marchiones) *cum eorum hominibus et carra sive dona, quantum melius, praeparare* (i. e. a plebe exigere) *potuerint, ad condictum placitum* (comitia regni) *conveniant.* Tributa autem populi solvebant devicti, sed regno Francorum non attributi, velut Slavi, Avari et aliquamdiu etiam Saxones, quos tandem Ludovicus Pius immunitatem tributorum habere passus est **). Atque initio quidem populi tributarii ipsi summam definiebant quantam pendere vellent, postea Steurae (Steuern) ex his donis, quae vocabant, ultro oblatis factae sunt, dum victores ipsi certam summam statuebant, quae nisi a devictis certo tempore solveretur, hostes erant.

4. *De comitiis.*

Tacitus de comitiis Germanorum c. 11. ita loquitur: *de minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur* ***). Addit Tacitus: *coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, quum aut inchoatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum tempus credunt.* Eodem modo, si summam spectes, comitia

*) Nisi huc trahere malis verba Taciti Germ. c. 13. extr.
**) V. Montesqu. Espr. des loix 10, 3. p. 21.
***) Conf. Montesqu. Espr. d. loix 11, 6. p. 61.

Digitized by Google

3. *De Magistratibus Germanorum.*

Quos Tacitus *principes* appellat, ii saepissime non alii sunt, quam praefecti pagis et regionibus, quae in pagis erant (si verum est, quod tales iam illius aetate fuisse posui). Interdum tamen principes intelligit duces belli et nobiles, qui vel virtute vel gratia et opibus inter multitudinem excellerent, et vel reges. His principibus, sive magistratus sive duces belli fuerint, Germani nihil nisi gratuita dona pendebant teste Tacito de Germ. c. 15. *Mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit; gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed publice mittuntur: electi equi, magna arma, phalerae torquesque.* Haec erant *dona annua*, *annualia* quae dicebantur in regno Francorum, quaeque regibus ferebantur *causa suae defensionis ac reipublicae*, ut est apud Hincmarum in Quaternione p. 405. 406. Propterea etiam *dona regia* appellabantur, et in iis equi erant, ut apud Tacitum. Haec dona olim ultro in campis Martii et Maii ferebantur, postea autem plebi extorta a proceribus Regni regibus tradebantur. Annales Laurisham. minores anni 753. apud Pertz. Vol. I. p. 116. *in die Martis campo secundum antiquam consuetudinem dona regibus a po-*

---

antiquum morem revocarunt), quemadmodum Alfredus M. centenas non solum furta et rapinas, sed omnem omnium in finibus suis vitam praestare iussit. Locus, quo Montesqu. utitur, hic est: Decretio Chlotarii regis c. 1. *decretum est, ut quis in vigilias constitutas nocturnas fures non caperent, eo quod per diversas intercedente conludio scelera praetermissa custodias exercerent, Centenas fieri, in qua Centena (si) aliquid deperierit, capitale qui perdiderat, recipiat, et latro insequatur.* Ex hoc loco videtur colligendum esse, minores regiones, quibus publicae securitatis custodia mandata erat, non suffecisse, quum latrones facile in finitimam regionem aufugerent: quapropter hoc decreto maiores regiones, centenae, constituuntur, ne fuga latronum tam facilis fieret, sive centenae tum demum descriptae sint, sive quae iam extabant centenae in hoc decreto significentur, nam per linguam ultra barbariam eius aetatis barbaram ex hoc decreto certo iudicare non licet. Ac Montesquievii opinio mihi etiam hoc nomine improbatur, quod leges Barbarorum, si non omnes literarum consignatione, certe rebus antiquiores, quam hoc decretum, complures centenarum mentionem faciunt.

Digitized by Google

pulo offerebantur. Quae olim libera donandi voluntas, ea iam dura solvendi necessitas fuit, sicut factum est etiam tributis populorum subiectorum, quae Tacitus significat fine loci modo adscripti *). Nam et Germanis sui inter Germanos populi ὑπήκοοι erant, ut docet Strabo 7. p. 447. B. Alm. Redeo ad dona gratuita Germanorum regibus oblata. Epist. Caroli M. ad Fulradum apud Bouquet. Vol. 5. p. 633. *dona vero tua, quae ad placitum nostrum* (i. e. zum Maifeld) *nobis praesentare debes, nobis mense Maio transmitte ad locum, ubicunque tunc fuerimus. — vide ut nullam negligentiam exinde habeas, siquidem gratiam nostram habere velis.* Salvianus libr. 8. extr. de Gubernatione: *insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus: aurum quod pendimus, munera vocamus. Dicimus donum esse, quod pretium est et quidem pretium conditionis durissimae ac miserrimae.* Capitulare anni 807. cap. 3. *omnes itaque fideles nostri Capitanei* (i. e. duces, comites, marchiones) *cum eorum hominibus et carra sive dona, quantum melius, praeparare* (i. e. a plebe exigere) *potuerint, ad conditum placitum* (comitia regni) *conveniant.* Tributa autem populi solvebant devicti, sed regno Francorum non attributi, velut Slavi, Avari et aliquamdiu etiam Saxones, quos tandem Ludovicus Pius immunitatem tributorum habere passus est **). Atque initio quidem populi tributarii ipsi summam definiebant quantam pendere vellent, postea Steurae (Steuern) ex his donis, quae vocabant, ultro oblatis factae sunt, dum victores ipsi certam summam statuebant, quae nisi a devictis certo tempore solveretur, hostes erant.

4. *De comitiis.*

Tacitus de comitiis Germanorum c. 11. ita loquitur: *de minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur* ***). Addit Tacitus: *coeunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, quum aut inchoatur luna aut impletur. Nam agendis rebus hoc auspicatissimum tempus credunt.* Eodem modo, si summam spectes, comitia

*) Nisi huc trahere malis verba Taciti Germ. c. 13. extr.
**) V. Montesqu. Espr. des loix 10, 3. p. 21.
***) Conf. Montesqu. Espr. d. loix 11, 6. p. 61.

Digitized by Google

etiam post Galliam per Francos expugnatam acta esse, Montesqu. l. c. 18, 30. indicat, colligens id ex formula in Capitulariis Caroli Calvi ann. 884. cap. 6.: *lex consensu populi fit et constitutione Regis.* Sed haec sub Carolidis inanis formula fuit: constat enim neminem nisi Regem vel Imperatorem res deliberandas proposuisse, neque ullos nisi proceres regni sententias dixisse et suffragia tulisse. Perstabant quidem comitia singularum nationum regno Francorum contributarum, quamdiu leges Barbarorum ex parte certe vigere pergebant, sed in his comitiis nihil ad totum regnum valentibus nihil nisi negotia suae quique nationis eaque minime gravia tractabant, quum gravissima capitulariis in comitiis regni per regem et proceres regni tum saeculares tum clericos ita constituerentur, ut iis totum regnum et omnis natio teneretur, quo facto opus erat, ut tantum de legibus singularum nationum derogaretur, ut postremo pro legibus esse desinerent.

Addit Tacitus: *licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere.* At modo causae capitales in comitiis disceptabantur: crimina autem capitalia apud Germanos Taciti modo duo erant, omnia alia delicta multis luebantur; *proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames coeno ac palude iniecta insuper crate mergunt**). At poena capitalis ut apud omnes populos, ita apud Germanos paulatim multo latius patuit**). Lex quidem Salica raro eam infligit, et quidem decollando, suspendio, mutilatione et vel supplicio crucis. Accusator sive *hostis* (sic enim in legibus Barbarorum appellatur) ipse partes carnificis agebat et reum extremo supplicio afficiebat***). Ripuaria lex ad extremum supplicium et publicationem bonorum damnat perfidos in regem; poenam capitalem decernit iudicibus, Maioribus domus, Comitibus, Cancellariis, qui se pecunia corrumpi passi sunt. Praeterea capitis poenam constituit tum liberis tum servis, sed criminibus non nominatis liberorum. Capitis poenae eadem lex condemnat servos propter stuprum ingenuae mulieris. Insidias in vitam Ducis structas lex Allemannica extremo supplicio luit. Lex Baiuvariorum vetat quemquam sine

---

*) Germ. cap. 12.

**) v. Thucyd. 3, 45.

***) Conf. Rühs. Erklär. der 10 ersten Cap. von Tacit. Germ. p. 245.

Digitized by Google

crimine capitali capitis aut publicandi alodii damnari: crimina autem in hac lege capitalia sunt consilia facinorum in vitam Ducis ineundorum, perduellio, si quis hostes in patriam adduxisset, vel urbem hostibus proditione dedidisset. Qui consilium inierat contra vitam Ducis, ei Dux supplicium remittere poterat; sin ducem interfecisset, nec multae iudiciali solvendae esset, capite plectebatur. Contumaciae Ducis erga regem Francorum item poena capitalis erat. Quisquis discordiam in exercitu excitasset, si ad certamen ventum esset, ex eadem lege multa sexcentorum solidorum multabatur; simul ex arbitrio Ducis vel Regis pendebat, utrum capitis damnaretur, nec ne. Eadem poena decreta est, quisquis in exercitu aliquem male mulcasset, vulnerasset, interfecisset. Quin etiam lex Baiuvariorum occulta supplicia capitis permittit: vetat enim in causam eius inquiri, qui iussu vel Ducis vel Regis aliquem interemisset. Frequentissima poena capitalis in lege Saxonum est, at lex Frisiorum uni tantum crimini eam poenam infligit, si servus vel litus dominum percussaisset. Iam vero Capitulariis omnia genera poenarum et augebantur et acuebantur, per eadem in delicta *de parte publica* (durch ein öffentliches Ministerium) quaestiones haberi coeperunt, ita ut vetus illa sententia antiquissimae Germanorum iurisdictionis: wo kein Kläger ist, da ist auch kein Richter, aboleretur. Maxime per eas leges poenae capitales auctae et pleraeque suspendio inflictae sunt. Praeter proditionem et perinde grave crimen desertorum signorum (Herislis) inter capitalia numerabantur etiam latrocinium, periurium, fortasse etiam homicidium, et incestus, quamquam plurimum malefico licuisse videtur vitam multa redimere.

Redeo ad Comitia: ils antiquissimo tempore senes aetate provectissimi, certe viri experientia et plurimo rerum usu praestantissimi praefuisse videntur. Quare praesides pagorum, iidemque comitiorum nomen seniorum (Graue, Grafen) tuleruns, quod tamen apud Caesarem et Tacitum frustra quaeras.

5. *De germania (Wehrmannei sive Nationalheer).*

Imminente ab exteris periculo saepe plures pagi ad communem defensionem arma iungebant. In talem societatem omnes liberi ultro nomina, non coacti, profitebantur: neque enim magistratus erant, qui cogerent, siquidem in pace sub nullis

Digitized by Google

aliis magistratibus, nisi iudicibus pagorum et regionum Germani agebant, et ne duci quidem a foederatis pagis lecto ius erat nisi monendi viros, ut armis praesto essent, quam evocationem (*mannitionem* appellabant) quisquis sequebatur arma ferendi iure gaudens, libera voluntate sequebatur *). Etenim *mannire* (serius idem quod in ius vocare) derivatur a voce mahnen (Gallice semondre, a Latina medii aevi voce *submonere*). Mannire accusatoris erat, qui in ius vocabat cum tribus testibus; at bannire magistratuum erat. Capitul. Caroli M. 4, 25. *si quis de statu suo id est de libertate vel de hereditate compellandus est, iuxta legis constitutionem manniatur. De ceteris vero causis* (de criminibus et rerum dominio), *unde quis rationem est redditurus, non manniatur, sed per Comitem banniatur. Mannina* multa appellabatur, quam solvebant qui vadimonia deseruissent post mannitionem. Hincmar. Opusc. 15. cap. 15.: *Comites et Vicarii vel etiam Decani plurima placita constituunt et, si ibi non venerint, compositionem eius exsolvere faciunt. Et quia prius per manninas veniebant, excogitarunt quidam, ut per bannos venirent ad placita, quasi propterea melius esset, ne ipsas manninas alterutrum solverent, haec ideo facientes, ut ipsi bannum acciperent.* Etenim *alterutrum* significat gegenseitig, et Hincmarus hoc dicere videtur: noluisse magistratus a litigantibus inter se manninam exsolvi et vocatione in ius per litigantes cum tribus testibus abrogata magistratus ipsos lucri cupidine in ius vocare coepisse, ut ipsi bannum sive multam desertorum vadimoniorum acciperent. Itaque ut in iure, ita quondam universe nihil nisi mannitio obtinebat. Ut evocationem ad defendendam patriam sequerentur, eo tempore honoris et existimationis causa, non cogente necessitate fiebat. Ea aequalitas omnium liberorum hominum et libera agendi voluntas antiquissimis illis temporibus apud Germanos per omnia patebat. Neque secus praefecti pagorum quondam manniendo in ius vocasse existimandi sunt. Severis-

*) Eadem libertas in adeundis comitiis. Tacit. Germ. c. 11.: *illud ex libertate vitium, quod non simul nec ut iussi conveniunt, sed et alter et tertius dies cunctatione coeuntium absumitur. Ut turba placuit, considunt armati.* His adde: *mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate.*

Digitized by Google

sima disciplinae ratio Carolo M. imperante haberi coepit. In causis levioribus bannum Comes edicebat; in maioribus rex, cuius multa et evocatio Heribannum dicebatur. E multis a rege indictis frequentissima multa detrectatae militiae erat, quam per excellentiam Heribannum dicebant. Capitul. Caroli M. II. a. 805. §. 19. iubet Missos Dominicos heribannum *absque ullius personae gratia, blanditia seu terrore exacture*, et tantum vetat, ne *uxores vel infantes fiant despoliati pro hac re.* Adde Capitul. II. a. 812. §. 2. *ne Comes heribannum exactare praesumat, nisi Missus noster prius heribannum ad partem nostram recipiat* (i. e. ehe Unser Sendgraf Unseren Antheil der Busse in Empfang nimmt) *et ei suam tertiam donet.* Etenim Comites omnium multarum, quas exigebant, tertiam partem accipiebant.

Illae armatae pagorum societates a Tacito *civitates*, patrio nomine *germaniae* (Wehrmanneien) dicebantur, velut pagi circa Melibocum germanias Cheruscorum Cattorumque sistebant, itidemque Frisii ac Chauci talibus germaniis iuncti erant. Nec societates Arminii ac Civilis aliud erant, nisi germaniae. Nam cum Batavis Civilis populi quidam Germaniae transrhenani germaniam inierunt, ad quam Ubii accesserunt, ut narrat Tacitus 4. Hist. 60. sqq. Itaque Tenchteri missis ad concilium Agrippinensium legatis *rediisse Ubios in corpus nomenque germaniae communibus deis et praecipuo deorum Marti grates agunt*, et Ubiis *gratulantur, quod tandem liberi inter liberos* futuri sint (cap. 64.). Neque Allemannia, Suevia etc. aliud sunt, nisi nomina germaniarum sive pagorum societatum.

6. *De Regibus Germanorum.*

Duces Germanorum saepe viri facti sunt, qui in Romanorum legionibus stipendia meriti erant, velut Arminius, Civilis al. Dux recens delectus *impositus scuto et sustinentium humeris vibratus* apud Canninefates populo monstrabatur *), quasi quo indicarent, a populo eum lectum, a populo ad illam dignitatem evectum esse. Ex hoc ductu bellico regia apud Germanos potestas orta est. Invenimus quidem iam Taciti tempore nonnullas Germaniae civitates, quae et domi et militiae ab uno regerentur, velut Marcomannos, Quados, Suiones, Sitones al.,

*) Tacit. 4. Hist. 15. Dufresn. s. v. *clypeus*. Rühs. Erkl. etc. p. 240.

Digitized by Google

at reliqui populi tantum ad bella gerenda duces creabant, ceterum in pace sine ullis aliis magistratibus, nisi iudicibus agebant. Id quod comprobat Caesar B. G. 6, 23. *in pace nullus est communis magistratus, sed principes regionum atque pagorum inter suos ius dicunt controversiasque minuunt* *). Regia potestas apud plerasque nationes Germaniae demum post terras Romanis ereptas orta est, regnis illis Germanorum, quos Tacitus in patria maiori memorat, iam deletis. Atque in decursu demum temporum et post terras Romanorum expugnatas reges in Germanicis civitatibus exortos esse, Gregorius Turonensis nominatim de Francis testatur, negans eos in patria maiori regibus paruisse. At Romani scriptores de regibus Germanorum confuse loquuntur et fuisse modo affirmare, modo negare videntur**). Tacitum quidem secum ipso reconcilies

*) Conf. Montesqu. Espr. d. lois 18, 30.

**) Ariovistus et Maroboduus a Romanis agnoscuntur reges: praeter hos in narratione diuturnorum bellorum nulla regum mentio fit. Regis nomen apud Germanos invisum fuit, Tacit. 2. Ann. 44. Quum Arminius arguebatur affectati regni, a propinquis impune interfectus est, 2. Ann. 88. Postea Cherusci, eius populares, ultro Italicum quendam regem creant, 11. Ann. 16. Civilis stirpem Tac. 4. Hist. 13. regiam appellat, itemque Arminii et Classici. Apud Plinium rex Marsorum esse dicitur; Tacitus non solum Marcomannis, Quadis, Suionibus et Sitonibus, sed etiam Hermunduris, Gotonibus, Rugiis, Limovlis et aliis reges fuisse tradit. Et Germ. c. 25. haec eiusdem verba sunt: *Liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate; exceptis duntaxat iis gentibus, quae regnantur; ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt: apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.* Idem scriptor septentrionalibus nationibus servile erga reges obsequium tribuit, quaeque civitates regnantur, eas a libertate degenerare ait. Apud Suiones, Germ. c. 44. ait, *opibus hones, eoque unus imperitat, nullis iam exceptionibus, non precario iure parendi. Nec arma, ut apud ceteros Germanos, in promiscuo, sed clausa sub custode et quidem servo: — enimvero neque nobilem neque ingenuum, ne libertinum quidem armis praeponere regia utilitas est.* Conf. Montesqu. Espr. d. loix 7, 4. Ex altera parte apud Germanos ait vix regiam potestatem inveniri: idem Germ. c. 7 *reges*, ait, *ex nobilitate, duces ex virtute sumunt; nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si promti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praeunt.* Et c. 11. *mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur auctо-*

Digitized by Google

reputans, scriptorem in usu verborum *princeps* et *rex* passim aberratum esse, dum reges appellat, quos principes appellare debebat, et quidem subinde etiam principes appellat. Ubi autem de libertate per reges sublata loquitur, ibi saepe de populis Slavicis narrat, quos pro Germanicis habebat, vel quos reges dicit, ei vere reges sunt, qui regnum in familiis hereditate proditum et in pace et in bello servant, et non belli duces, quum principes i. e. ii qui bellis gerendis praesunt, pro virtute et tantum in tempus belli crearentur.

Non potest documentis historicis doceri, qua via paulatim apud Germanos regia dignitas ex ductu bellico orta sit: desunt enim monumenta, unde discas, quomodo potestas imperatoria in regiam transcenderit. Nonnihil tamen effectus in constituenda regna post ductas victorum opes exemplum regnorum iam extantium habuisse videtur. Sic aulam regiam Francorum primus Chlodovicus instituit Parisiis exemplo aulae Byzantinae, mixta lege rituum in ista aula observari solitorum et natura Germanorum. Postremo Imperator Anastasius regi Francorum diadema imposuit, eumque purpura amictum sui similem fecit. Tum ad peregrinum idem illud exemplum innumera illa orta sunt munera aulae Francorum, Cancellariorum, Comitum Palatinorum, Camerariorum, Mareschallorum, Buticulariorum, Comitum Stabulorum, Mansionariorum, Venatorum, Falconariorum, Bersariorum, Vestrariorum, Beverariorum, Ostiariorum, Sacellariorum, Scapoardorum, Magistrorum Cubiculariorum, Archipincernarum etc. etc., quos partim fatum tulit et terrarum dominos, mox ab arbitrio Regum et Imperatorum liberos, postremo ex parte Reges et ipsos fieri.

Serius regia potestas quodammodo hereditatis iure a patribus ad filios transmitti coepit. Nam in decursu temporis Germani magis magisque assueverunt filios regum reges creare: quam autem difficile fuerit, Germanos in legendis regibus a regiis familiis avertere, luculentissime ex historia Pipini Exigui apparet. Sic in regibus creandis nec toti liberi erant, nec non

---

ritate suadendi magis quam iubendi potestate. Idem c. 43. *Trans Lygios Gotones regnantur paulo iam adductius quam ceteras Germanorum gentes, nondum tamen supra libertatem.* Conf. Ammian. Marcellin. 18, 5, 14., ibique Wagn. Denique 13. Ann. 54. haec verba extant: *auctore Verrito et Malorige, qui nationem eam* (Frisios) *regebant, in quantum Germani regnantur.*

Digitized by Google

liberi, quandoquidem ex pluribus filiis regum unum creandi optio dabatur. Tametsi res et natura ferebat, ut plerumque natu maximum legerent, ut qui plerumque et peritior et validior esset, nec cogitari potest, eos praeponendo natu minori maximum ignominia immeritum afficere voluisse.

7. *De Comitatibus.*

Fiebant apud Germanos expeditiones etiam per alios exercitus, quam germanias (Nationalheere): hae suscipiebantur a privatis libidine praedae et pugnandi. Feroces et in armis gerendis praestantes viri saepe globos pugnacium virorum colligebant, ut vel rapinam facerent, vel in bello aliquo externo partes susciperent. His dux et arma et victum parabat, non de suo, quod facile inducaris ad credendum, si Taciti verba in Germ. c. 14. obiter inspicias, sed de praeda, quam dux et comites sorte inter se partiebantur. At in germania (Wehrmannei) suo quisque miles sumtu et armaturam et victum parabat, i. e. secum ferebat in bellum quantum et parare et portare potuit, ceterum auferebat quantum per occasiones depraedandi licuit, nisi quod certo regni limite tenus publice alebatur. Contra in comitatu omnis praeda in unum congesta recte et ordine inter comites et ducem comitum sortito dividebatur *). Tales expeditiones privatorum per diuturnitatem

*) Clarissimum exemplum et huius rei et totius rationis comitatuum extat apud Gregorium Turonensem: Remigius episcopus Remensis consilio reginae Chlodovicum regem ad doctrinam Christi convertere volebat; neque rex abnuebat, quamquam uno se impediri fassus. „Populus," ait, „qui me sequitur, suos me deos deserere non patitur." Verum etiam populus se ad sacra Christi amplectenda paratum esse declaravit: quo facto rex cum amplius ter mille militibus sacrum baptisma suscepit. Devicto per Chlodovicum Syagrio Franci immensa praeda potiti inter alia in templo quodam urnam affabre factam ceperunt. Qui templo, unde hae manubiae agebantur, praefectus erat episcopus hanc urnam sibi reddi regem precatus est. Augustae Suessionum praedam inter se partituri erant. Chlodovicus promissum dedit, se urnam, si sortito sibi obtigisset, redditurum, hoc amplius pollicitus, se vas illud praeter portionem suam praedae a comitibus expetiturum. Adnuere Franci praeter unum omnes. Nihilominus rex urnam accepit. Anno vertente, quum in Campo Martis exercitum lustraret, et ad eum venisset, qui unus urnam renuerat: „Nemo," dixit, „peius, quam tu, armatus est," et hominem securi percussum ne-

Digitized by Google

bellorum usque frequentiores fiebant, eisque amor bellandi non minime auctus est. Haec enim bella non in comitiis populi decernebantur, sed etiamsi pagus et germania in pace agebant, principi alicui ad expeditionem aliquam minorem animo et viribus impulso suo Marte periculum audacter subire licebat. Tenendum tamen est, invita civitate expeditionem trans fines fieri non licuisse *).

Miles Germanicus, qui idem et paterfamilias et arator esset, otium modo brevis bellicae expeditionis habebat, qua finita domum redire properabat. Neque igitur hostem persequi vel longinque aggredi licuit; saepe vel finitimae Germanicae civitati auxilium ferri non poterat, etiamsi ab eius salute ipsorum, qui invocabantur, salus pendebat. Ardor ad bellum longa pace extinguebatur, neque ars bellica inter eos efflorescere potuit, qui domos, nisi bellum iam in proximis arderet, non relinquerent. His incommodis comitatus medebantur. Quum civitas pace diuturna languisset, iuventuti publice permittebatur vel aliis nationibus auxilium ferre, vel suis solam viribus bellum committere. Nec tamen iniussu civitatis, ut supra dixi, cuiquam cum exercitu trans fines migrare licebat, quin ipsi iuvenes, qui in legionibus Romanis militabant, nisi pro proditoribus haberi vellent, sine voluntate civitatis illam militiam non capessebant **). Ducem talis expeditionis non necesse erat principem pagi esse, nec probabile est ex patribusfamilias ducem legi solitum, et comites ipsos uxoribus liberisque relictis discrimina bellorum subiisse: imo iuvenes caelibes, opinor, conquirebantur. Comites ducem lex expeditionis postulabat inviolata fide sectari; salus enim omnium in firma

---

cavit. — Ex hac narratione Ludenius Hist. Gent. Germ. Vol. 8. p. 232. sqq. recte colligit, milites illos Chlodovici comitatum fuisse, eos ex parte circa ipsum regem, ex parte per diversa terrarum expugnatarum dispersos egisse; regem in rebus non ad ipsam militiam pertinentibus voluntati comitum obnoxium fuisse; in comitatu Chlodovici usque antiquas leges Comitatuum obtinuisse. In exercitum Chlodovico plenum imperium fuit; exercitus bello alebatur; nam quidquid praedae agebant commune erat; distributio sorte fiebat; quidquid quibusque sortito obtigerat, proprium habebant et suum.

*) v. Rühs. Erkl. etc. p. 242. sq.

**) Tacit. 11. Ann. 16. De comitatibus auxilium ferentibus accipiendus est Caesar B. G. 8, 45.

Digitized by Google

quasi fratrum coniunctione vertebatur *). Eadem de causa severitas disciplinae et communio omnis praedae opus erant, nisi quod principi maior portio concedebatur. In pace comitatus ali non poterat; quo autem tempore quotidie nova pericula imminebant, et continua bella saeviebant, comitatus permanente necessitate permanebant, et quodammodo loco perpetuorum exercituum erant. Quo factum est, ut et in aula regum Francorum servarentur, quasi quaedam castra stativa, et ubi nulli fuissent, comitatus instituerentur, quia aula regia sine eiusmodi custodibus vix cum dignitate et ne secura quidem agere poterat. Quae fuit praecipua causa, qua res feodalis, ex comitatibus orta, per omnia regna Germanorum tam celeriter manaret, quamquam innumerae aliae causae effecerunt, ut postremo fere omnia alodia in feoda converterentur. Adde quod comitatus hostes in fuga persequebatur, hostium impetum excipiebat, in peregrinas terras incredibili celeritate incursiones faciebat, ex defensore subitus aggressor fiebat. Iidem comites vel maxime consilia adiuvabant, quibus defensio finium (marcarum) spectabatur. Postremo tota regna expugnarunt, ut Franci Galliam; in quo regno omnia victorum instituta ex natura et legibus comitatus, quibus dux et comites pugnaverant, victoriamque paraverant, profecta sunt.

Ea, quae modo dixi, vel maxime patent ex re militari imperii Francorum sub Carolo M. In praesidiis Imperatoris non secus atque antiquissimis temporibus erat tum exercitus (das Nationalheer) tum Scara (die Schaar i. e. Comitatus.). Ex Scara ducebantur *custodiae* i. e. praesidia portuum, ostiorum fluminum, marcarum, castellorum et maxime aulae; qui postremi *in Palatio militantes* dicebantur. Et scara quidem Imperatori omni tempore praesto erat, etiam quum exercitus dimissus esset. Denique scara perpetuus exercitus (das stehende Heer) imperii fuit, aliisque quam exercitus legibus regebatur. Scara in praeda omni bellica partem habebat: scarae

*) Chnodomario rege Allemannorum a Romanis capto *comites eius, ducenti numero, et tres amici iunctissimi flagitium arbitrati post regem vivere vel pro rege non mori, si ita tulerit casus, tradidere se vinciendos.* Ammian. Marc. 16, 12, 60. Tacit. Germ. 14. *Infame in omnem vitam ac probrosum, superstitem principi suo ex acie recessisse. Illum defendere, tueri, sua quoque fortia facta gloriae eius assignare praecipuum sacramentum est.*

Digitized by Google

ab Imperatore virtus, vestitus, equi, arma praebebantur, secus atque in exercitu institutum fuit. Quin etiam a pueris Scaritae quasi in schola militari sub auspiciis Imperatoris ad militiam instituebantur. Nihil igitur Scara aliud erat, nisi vetus Francorum regis comitatus. Emeritis scaritis praedia feodorum sive beneficiorum nomine dabantur. Scaritae variis nominibus appellantur, velut *intra casam servientes* i. e. in aula regis militantes, et propterea *Domestici*. Quum patres e vita excessissent, filii plerumque heredes feodorum eorum fiebant. Quum vero seriis etiam liberis hominibus concederetur *se in feodum commendare* (ein Lehen zu muthen), tamen modo veteribus familiis nobilium ius reservatum esse videtur in aula militandi, quemadmodum etiam in regno Aragoniae modo filiis eorum, qui Ricos Hombres vocabantur, inter Maisnadarios (i. e. Scaritas regis Aragoniae) militare licuit. Quo fit, ut non omnes Vasallos regum Francorum in scara fuisse reperiamus. Nec solum militaria munera scaritae administrabant, sed etiam negotia pacis fuere qui curarent, velut vices Comitum Palatinorum (der Pfalzgrafen sive iudicum regiorum) reperimus qui gererent. Atque omnium scaritarum solemne officium erat in iudiciis regum iudicum iuratorum munere fungi.

Alia denominatione scaritae *Vassi Dominici* (propter illud ipsum iudiciorum munus) et *Vasalli casati* vocabantur. Iuniores scaritas Hincmar. de Ordin. Palat. c. 28. *pueros* appellat, distinguens a *Vasallis* i. e. senioribus scaritarum. *Domesticus* per excellentiam dicebatur, qui alias Maior Domus, qui feoda nondum attributa administrabat et idem dux ac procurator scarae erat, cuiusque consilio feoda attribuebantur, retinebantur etc. Cuius munere quum inde a Carolidis Seneschallus fungeretur, Aegidius Parisiensis, poeta, Seneschallum *Domesticum Aulae* appellat. Sub Domestico (*Magno* s. *Maiori Domestico*) alii magistratus inferiores erant, item Domestici dicti. Ex scara etiam eligebantur Curatores Palatiorum regiorum in provinciis, Villarum regiarum, fisci publici sive redituum regiorum. Huic generi magistratuum praefectus erat, qui et ipse Domesticus et discriminandi causa *Domesticus Saltuum Villarumque regalium* vel *Provisor Villarum regiarum* dicebatur. Ex scaritis porro Duces sive praesides plurium provinciarum creabantur: interdum reges mandata sua non archiepiscopis, Ducibus et Comitibus ipsis dabant, sed extra

Digitized by Google

ordinem scaritis missis exsequebantur. Denique a militia aulica scaritae etiam *Optimi* vocabantur, itemque *Palatini* (in carminibus Romanensibus *Paladini*, Paladins) ac *Comites Palatini*, ut qui perpetuo regem et familiam regis assectarentur. Vides, res in silvis Germaniae inventa quomodo in aula regum exculta sit.

8. *De disciplina in exercitibus Germanorum.*

De disciplina exercituum Germanorum Caesar et Tacitus non consentiunt. *Duces*, hic ait Germ. c. 7., *exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agunt, admiratione praesunt. Ceterum neque animadvertere, neque vincire, ne verberare quidem, nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam, nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt.* Alio loco (c. 13.) sic scribit: *nec rubor inter comites aspici: gradus quinetiam et ipse comitatus habet indicio eius, quem sectantur: magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus, et principum, cui plurimi et acerrimi comites.* At Caesar B. G. 6, 23. *quum bellum civitas aut inlatum defendit, aut infert, magistratus qui ei bello praesint, ut vitae necisque habeant potestatem, deliguntur.* Apud Caesarem igitur nihil est de solorum sacerdotum iure puniendi: is unis belli ducibus potestatem vitae necisque tribuit. Et quidem Tacitus de disciplina comitatuum altero loco, Caesar de disciplina germaniarum loqui videtur. Nec tamen, ut utrumque scriptorem reconcilies, statuere licet, disciplinam comitatuum laxiorem fuisse: certe in comitatu Chlodovici acerrimam fuisse paulo superius vidimus.

Quod Tacitus narrat sacerdotes poenas in exercitibus Germanorum inflixisse, ne quis putet apud eos ordinem sacerdotum fuisse. *Germani*, ait Caesar B. G. 6, 21., *neque Druides habent, qui rebus divinis praesint, neque sacrificiis student*, quibus verbis non significat, Germanis sacerdotes non fuisse, qui Druidae appellarentur, quamquam alio sub nomine ordinem sacerdotum habebant, sed dicit eis nullum plane ordinem sacerdotum fuisse. Ex Taciti Germ. c. 10. Ludenius Hist. Gent. Germ. Vol. 1. p. 723. colligit, in pagis Germanorum modo singulos sacerdotes fuisse. Inde fuerunt qui efficere vellent, sacerdotium cum munere ducum iunctum fuisse, sicut apud principes Homericos. At sacerdotes hinc illinc iuxta

Digitized by Google

principes memorantur: velut, si Tacitum audias, non dux punit sed sacerdos. Idem nusquam narrat sacerdotes Germanorum sacra fucere; apud eum auspicia habent, comitia moderantur, delicta in exercitu vindicant. Verum etiam unusquisque paterfamilias domi suae auspicia habet, et equorum praesagia ac monitus non soli sacerdotes experiuntur, sed etiam patresfamilias et duces exercituum (cap. 10.). Nihil igitur in his auspiciis erat, quod ordinem sacerdotum peculiaribus cognitionibus instructum requireret. Unde sequitur, sacerdotes Germanorum nihil fuisse, nisi viros a civitate constitutos, qui sacros ritus curarent, iique videntur sine doctrina et inauguratione sacerdotes nulli separato ordini adscripti fuisse, et sola muneris administratione sacerdotium iniisse. Ac putant huic muneri virum in pago natu maximum lectum esse, quod sacerdotem Burgundionum maximum Sinistum (der Aelteste) appellatum esse Ammian. Marcell. 28, 5, 14. memoriae prodidit, et Tacitus saepe singulari numero loquatur de *sacerdote civitatis*, quo Ludenio indicari videtur, eum e numero civium in comitiis civitatum lectum esse *). Ac si ordo sacerdotum apud Germanos fuisset, Romanos non latere potuisset; neque cum ceteris institutis Germanorum separatus ordo sacerdotum convenit. Sacerdotes igitur Germanorum nihil erant nisi magistratus reipublicae **). Tacitum autem cum Caesare fortasse ita concilies, si statuas ducem poenam irrogasse, sacerdotem exsequutum esse. Consentaneum enim est, ducem in bello poenam expetiisse, quam in pace comitia, sed eam modo in ignavos, imbelles et corpore infames, in proditores et transfugas, quibus unis criminibus antiquissimis temporibus poena capitalis proposita erat. Nec supplicium sumere sacerdoti dedecori erat, quia carnificis opus facere neque illa, neque

*) Lex Frisiorum et ipsa unum tantum sacerdotem memorat: nam ubi de ordeali sortium loquitur, sacerdos unam sortium subter panno protrahere dicitur.

**) Animadversum est a viris doctis, in omnibus expeditionibus a Romanis non captum referri nisi unum sacerdotem, quem Strab. 7. p. 448. A. Alm. Libyem appellatum, Cattorum sacerdotem fuisse, et a Germanico in triumpho ductum esse narrat. Conf. Luden. l. c. p. 745. Quod apud Naharvalos sacris Alcorum *praesidet sacerdos muliebri ornatu* (Germ. c. 43.), nec Naharvali nec Aestyi Germanicae gentis erant, ut docuit Wilhelm. Germ. p. 248. 345. sq.

Digitized by Google

posteriori aetate infamabat. Quin ex lege Salica apparet, ab ipso accusatore adversarium, qui causa cecidisset, supplicio affectum esse, quamquam aliis legibus Barbarorum carnifices constituti erant *).

CAPUT II.

GERMANIA MEDII AEVI.

1. *De classibus ordinibusque hominum in Germania medii aevi.*

a. Nobiles.

Quum omnium institutorum vere Germanicorum quasi germina e maiori patria provenerunt, tum res feodalis per comitatus ibidem praeparata est. Quidquid inservit vel ad solvendum debitum vel ad donandum et remunerandum, id feodum fit, sive agri sive vectigalia sive ususfructus quicunque concedantur; quid? quod etiam pecuniam salarii loco (als Jahrsgehalt) acceptam maiores nostri *feodum (annuum)* vocabant. Ea per res naturales et ususfructus solvendi, donandi, remunerandi ratio una superest, ubicunque nec mercatura nec commerciis nec artibus ingenii mahuumque florentibus pretium rerum, pecunia, deest. Animadversum est, vestigia rei feodalis iam in postulato Teutonorum et Cimbrorum, pro stipendiis merendis agros a Romanis poscentium, apparere. Clarius eadem apparent in comitatibus Germanorum et clientelis Celtarum. Ac de comitatibus quidem Tacitus Germ. c. 14. ita loquitur, quasi dux comitibus praemia virtutis et fidei victum, epulas, equos etc. de suo expenderit, quum reapse non solum comites, sed etiam dux ipse de communi comitatus praeda tulerit, quod stipendii loco esset: *magnumque comitatum*, ait, *non nisi vi belloque tueare; exigunt enim principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam. Nam epulae et, quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt: materia munificentiae per bella et raptus.* „Ex hoc loco," ait Montesqu., „apparet, apud Germanos in maiori patria iam Vasallos fuisse, quam-

*) v. Dufresn. s. v. *Scimus.*

Digitized by Google

quam feodorum loco non agri erant: sed eorum feoda illi ipsi bellatores equi, illa arma et illae epulae erant. Et erant Vasalli, quia fide obstricti viri, qui, si rem spectes, eadem feodalia officia praestabant, quae qui postea pro praediorum et aliis usufructibus Vasallorum officia explebant." Non alia fuit ratio clientelarum (clans) apud Celtas, e quorum stirpe etiam Gaeli sive Scoti in montanis Caledoniae sunt. Eas clientelas Caesar B. G. memorat, clientes dicens *soldurios* et *ambactos* vocatos esse. *Cum sexcentis devotis*, ait libr. 3, 22., *quos illi soldurios appellant, quorum haec est conditio, uti omnibus in vita commodis una cum his fruantur, quorum se amicitiae dediderint; si quid iis per vim accidat, aut eundem casum una ferant, aut sibi mortem consciscant: neque adhuc hominum memoria reperius est quisquam, qui eo interfecto, cuius se amicitiae devovisset, mortem recusaret;* et 6, 15. *atque* (equitum Gallorum) *ut quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habent. Hanc unam gratiam potentiamque noverunt* (sicut in Germania comitatuum duces teste Tacito Germ. c. 13. *nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat; expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa plerumque fama bella profligant*). Itaque etiam illi soldurii nexu quodam feodali i. e. mutuae inter ducem et comites gratiae fideique et oppigneratae ad pugnandum pro duce manus vinculis continebantur, nisi quod apud Germanos, victores amplissimorum regnorum, praemium agrorum et munerum aulicorum usufructus fiebat, clientibus autem Celtarum, quemadmodum comitibus Germanorum apud Tacitum, victus, arma etc. pro stipendiis erant, eaque ratio clientelarum in Scotia eduravit usque ad medium proxime praeteritum saeculum (ann. 1745.).

Minus igitur recte facere videntur, qui originem rei feodalis non ex re et natura, non a Celtis et Germanis, sed, quasi humanum inventum fuerit, a Francis aut etiam Langobardis repetunt; quamquam negari nequit, rem feodalem in regno Francorum latius patere et splendidiorem in modum excoli coepisse, quam ceteri victores Germani, plerique terris, debellatorum inter se et provinciales divisis, alodia sive sortes, non feoda obtinerent, alii totas terras, expulsis provincialibus, eodem iure alodiorum occuparent.

Digitized by Google

In vetustissima Germania omnes liberi homines pari iure erant. Iuris inaequalitas et nobilitas, quae vere dicitur, inter Germanos demum post terras Romanis ereptas et rem feodalem conditam extitit. In regno quidem Francorum non unicuique libero viro, sed modo Antrustionibus et Baronibus i. e. Vasallis regis sive iis, qui in comitatu erant, eorumque posteris licebat *in feodum se commendare* (ein Lehen zu muthen). Eo tamen spatio, quod efluxit inter Guntramnum et Carolum M., fortasse sub Carolo Martello primum etiam viris liberis concessum est, in ordinem Vasallorum sive nobilium Francise intrare.

b. Frilingi — Liti — Servi.

A Vasallis seu nobilitate recens instituta si abieris, eosdem per Germaniam medii aevi ordines hominum reperias, quos apud Tacitum, eademque conditione dominii fundi vel liberos vel non liberos. Velut lex Salica discernit Antrustiones, liberos, litos i. e. colonos (Hintersassen) et servos. Accedunt Romani tributarii, de quibus infra dicendi locus erit. Itidemque Ripuaria lex inter liberos enumerat Antrustiones: inter non liberos in ea lege sunt liti et Romani tributarii, denique servi. Thuringa lex, sicut plerumque leges Barbarorum, quatuor novit ordines: Edelingos, Frilingos, colonos et servos; addit libertos, de quibus infra dicam. Eadem descriptio ordinum in lege Frisiorum est. De populo Saxonum ita Meginhardus apud Adamum Bremensem c. 5. disserit: *Quatuor igitur differentiis gens Saxonum consistit, nobilium scilicet et liberorum, libertorumque* (quos aliae leges litos appellant) *atque servorum.* In lege Saxonum horum quatuor ordinum haec nomina sunt: Edelingi, Frilingi, Lazzi et Servi. Lex Allemannorum discernit liberos, medios et primos Allemannos; liberi sive plebeii in hac lege Minoflidi audiunt; praeterea memorantur liti et servi. Lex Baiuvariorum distinguit inter Agilolfingos sive gentem Ducis, quinque gentes ab gente Ducis proximas et liberos de plebe. Praeterea novit litos et servos. In lege Burgundionum memorantur Edelingi Burgundiones et Romani, medii Burgundiones et Romani, Burgundiones et Romani de plebe; porro liti, Romani tributarii et servi. Lex Anglo-Saxonibus scripta ab Athelstano, Alfredo M. et Henrico I. omnes homines in tres classes dividit ex verigildo. In prima classe sunt viri ducenteni sive Villani; in altera viri sexcenteni

Digitized by Google

aive liberi; in tertia viri duodecies centeni, quos lingua patria huius populi Thanes appellabant, lex Henrici I. vocat *perfectos nobiles*. Ad hos accedunt servi.

c. Liberti.

Omitto plura dicere de Vasallis et liberis, quia huius loci non est, res medii aevi seorsum exponere; omitto enumerare varias denominationes colonorum, quae aliis et aetatibus et locis aliae erant; taceo de conditione colonorum, de variis eorundem generibus, statu parum per leges securo; taceo de servis medii aevi, de causis auctorum eorum paene in infinitum numeri, de conditione servorum utique multo graviori quam inter Germanos Taciti, de pretiis eorundem, denique de servis Ministerialibus, de connubio harum classium ordinumque hominum et verigildis ac compositionibus. Quoniam autem Tacitus etiam libertos commemorat, dicendum est, post eius aetatem manumissiones factas esse et servorum in colonos et colonorum in liberos. Omnis vero manumissio erat vel *directa (absoluta, plenaria)*, vel certis quibusdam conditionibus adstricta. Qui plene manumissi essent, ii (ut est in lege Burgundionum tit. 57.) *habent licentiam quo voluerint discedendi*. Similis formula est in lege Ripuaria tit. 61. et Langobardorum libr. 2. tit. 35. §. 1. Eius porro generis liberto licebat peculium vel retinere vel parare, testamentum facere et in terris iuris Romani civitate Romana donabatur. Qui sub conditionibus manumissi erant, iis non licebat ritu solemni in ordinem clericorum recipi, quia hero in mentem venire poterat ab liberto servilia ministeria exigere. Nam certis quibusdam servilibus officiis, qui ita manumissi erant, semper adstricti manebant, ut alias conditiones et restrictiones libertatis omittam. Manumissionum autem modi et ritus paene innumeri erant. Liberti in monumentis medii aevi plerumque *ingenui* audiunt; apud Allemannos dicuntur semper frei a formula manumissionis, in qua haec erant: *semper ingenuus atque securus existat*. Contra manumissi, quorum maiores nunquam servitutem serviissent, *liberi* dicebantur. Omitto dicere de liberis libertorum: hoc unum addo, libertis non licuisse, *se in feodum commendare* *), et omnes libertos sub patronis vixisse, ita ut qui pa-

*) v. Montesqu. Espr. d. lois 30, 25. p. 84.

Digitized by Google

trocinio eorum, qui se manumiserant; utebantur, *Commendati* appellarentur: poterant enim etiam in patrocinium ecclesiae vel aliorum se tueri valentium committere. Patroni causas commendatorum in iudiciis agebant. Ex his fortasse aliquatenus colligetur, quae sors libertorum Taciti aetate fuerit *).

d. Tributarii.

Quoniam vero supra mentio iniecta est de Romanis tributariis, dicendum est, qua conditione homines tributarii fuerint. Tributarii erant inter alios *Manentes*, quos media aetas dicebat, qui, quoniam nullus ager ad colendum iis attributus erat, nullum censum (Rente), sed *tributum* (Kopfgeld) pendebant. In universum autem tenendum est, quisquis agri possessionem non habebat, aut tributum pendisse, aut operam servam (Frohndienst) praestitisse, vel et tributum et talem operam simul reddidisse, idque consuetius erat, quam modo alterutrum eorum praestare. In Anglia alii Villanorum *aspiciebant manerium* i. e. coloni erant glebae adscripti, unaque cum praedio abalienabantur; alii, quos *Villanos in grosso* appellabant, nullam agelli possessionem tenentes in curia Recordi ut Villani in-

*) Dufresn. s. v. *Liberi* n. 1. ab init. hanc exponit sententiam: „Liberos homines sub patrocinio alicuius esse debuisse, neque omnino sui iuris fuisse.“ Quumque ibi liberos ex adverso cogitet nobilium, non intelligit litos, qui et ipsi liberi nonnunquam appellabantur; ac quum liberti, Manentes et omnes homines non sui iuris sub patronis essent et Liberos i. e. ingenuos quoque sub patronis fuisse putet, nullos nisi nobiles sine patronis egisse existimare videtur. Hoc colligit ex sequentibus: Charta divisionis Imperii Caroli M. c. 3. *Praecipimus, ut quemlibet liberum hominem, qui dominum suum contra voluntatem eius dimiserit — neque rex suscipiat. — Hoc non solum de liberis, sed etiam de servis fugitivis statuimus ordinandum.* Et cap. 5. *Et unusquisque liber homo post mortem domini sui licentiam habeat se commendandi* etc. Conventus apud Marsnam in Adnuntiatione Caroli c. 2. Divisio Regni Ludovici Pii c. 4. 6. Conventus I. apud Marsnam p. 69. Verum omnibus his locis *domini* non intelligendi sunt patroni, sed *seniores* sive domini feodorum (Lehensherren), et *liberi* sunt ingenui, quibus ius erat *se in feodum commendandi*. Hos liberos Carolus M. in parte horum locorum vetat alibi feodum petere, quam in regno sui regis; reges autem, filios suos, vetat liberos eiusmodi, qui seniorem suum in alieno regno deseruissent, apud se recipere. v. Montesqu. Espr. des lois 31, 25. 26.

Digitized by Google

scripti tributum solvebant. Atque etiam lex Ripuaria tit. 62. §. 1. hanc differentiam inter tributarios et litos sive colonos statuit: *si quis servum suum tributarium aut litum fecerit* i. e. si ei tributum imposuerit neque agri possessionem dederit, sive cum possessorem agri fecerit et censum ab eo exigat. Liberi, qui in paterna usque potestate essent, tributum non pendebant*). Porro tributarii erant, utpote ne ipsi quidem dominium aut possessionem fundi habentes, incolae urbium, quamquam hi etiam alia vectigalia conferre tenebantur; liberti, quamdiu agri possessionem non habebant, homines a liberis oriundi, qui patrimonium aut perdiderant aut nullum hereditate acceperant; Iudaei, *Albani* i. e. peregrini et alii eadem conditione homines.

Atqui Montesqu. idoneis argumentis comprobavit, post terras per Germanos expugnatas non omnes Romanos agrorum possessione eiectos, nec proinde omnes libertate exutos esse. Erant post victoriam Germanorum tum in regno Franciae, tum in aliis regnis Germanicis inter agrorum possessores Romani, quos *possessores* appellabant. Lex Salica reformata tit. 44. §. 15. (antiqu. tit. 43. §. 7.) *Romanus possessor, qui res in pago, ubi remanet, proprias possidet.* Tributarius Romanus in lege Salica tit. 43. §. 8. et in recapitulatione eiusdem legis §. 14. dicitur *vetus Galliae incola respectu Francorum, qui ab omni tributo immunes erant*, contra quam alii, ut docet Gregor. Turonens. 7. Hist. 15. Ex quo colligas, Romanos tributarios fuisse *adscriptitios* (Kopfsteuerpflichtige)**), et proinde nec dominos nec possessores fundi fuisse et eodem, quo Iudaeos et peregrinos, iure, quamquam compositionem maiorem habebant, quam liti sive coloni. Docet etiam Montesqu. Espr. d. lois 30, 25. p. 80., Romanos tributarios tributum pendisse, ex lege Salica tit. 44. §. 8.

*) Charta Communiae St. Quintini in Virbmand. a. 1195. *Quamdiu puer aut iuvenis vel adolescens sub tutela patris sui — moratur, nihil debet domino suo cavagium* (Kopfgeld), *nec alicui debet respondere iustitiae, donec proprium habeat catallum* (Habe), *de quo lucretur.*

**) v. Cuiac. Obss. ad Tit. cod. de Agricolis, Censitis et Colonis libr. 2.

Digitized by Google

2. *De militia.*

a. Colonorum et Servorum.

Litos et servos constat militasse. Lex Visigothorum in Hispania iubet omnes libertos fiscales i. e. heroruni non clericorum in bellum proficisci, sin minus, in servitutem rursus redigi. Eadem lex praecipit, ut omnes Visigothi decimam partem servorum armatam in bellum ducant. Hi servi non separata acie pugnabant, sed ex instituto Germanorum familiae iuxta familias, servi iuncti dominis, filii et fratres iuxta seniores collocati dimicabant*). Etiam Allemanni servos in acie educebant**). Itidemque ex lege Salica apparet, litos militiae adhibitos esse, unde efficitur, et servos. Lex Salica tit. 30. §. 1. Lindenbr. *si lidum alienum, qui cum domino suo in hoste fuerit.* Etenim *hostis* exercitus est, etiam expeditio bellica. v. Lex Salica tit. 66. §. 13.

b. Vasallorum et Liberorum.

Franci, Galli et Romani liberi sub ducibus regis militabant i. e. sub Comite seu praefecto pagi, et sub ducibus, qui sub Comite erant i. e. sub Tribuno sive Vicecomite, Centenario (Centgrafen), etc. Vasalli clericorum primum sub episcopis ipsis in bellum proficiscebantur, donec Carolus M. hos militia vacare iussit; serius sub Advocatis (Kirchenvögten), quos aut rex ipse aut senior clericus (der geistliche Lehensherr) duces constituerat***). Vasalli saeculares et eorum subvasalli a seniore suo ducebantur. Ita demum Vasallos quoque Comes ducebat, si senior illorum aliquo munere aulico occupatus non ipse suis praesesse potuit †). Imperium tum in liberos tum Vasallos Rex habebat.

3. *De regionibus civitatum.*

In legibus Alfredi M. Anglo-Saxonicis inter hundredos et vicos media divisio decaniarum (Zehende) est. Praefecti decaniis et proinde etiam decaniae reperiuntur in lege Francorum et Baiuvariorum. At praefecti Centenarum et proinde etiam

*) v. Montesqu. Espr. des lois 15, 14.
**) Ibidem c. 15.
***) Ibidem 30, 17. p. 42. sq.
†) Ibidem 30, 17.

Digitized by Google

Centenae comparent in omnibus codicibus legum Barbarorum, nisi quod in Saxonia, quae propriis legibus amissis ex constitutionibus Caroli M. regeretur, nec centenae nec decaniae memorantur. Id quod *vicum* Tacitus appellat, media aetas sub nomine *Salae* (dixeris Herrenhof) novit. Lex Allemann. tit. 81. *domum eius incendat seu Salam.* Charta Ottonis Imp. apud Ughellum Vol. 7. Ital. Sacr. p. 1294. *haec supradicta de terra cum casa, quod est Sala* etc. Ermenricus in Vit. s. sol. c. 4. *in pago namque Saala vel domo ipse locus situs est.* Freher. in adn. ad Petrum de Andlo libr. 1. c. 12. narrat, palatium Ingelheimii sua usque aetate ab indigenis Saalam appellari solitum esse, et „Etiamnunc, ait Dufresn. s. v. *Sala*, in Navarra sive Vasconia palatia magnatum Salae dicuntur. Ita etiam nostrates Sale pro domo vel palatio usurpant. In Castilia Sala illud aedificium dicebatur, ubi Missi Comitum (i. e. Vicarii) iudicia habebant.“ Anglica vox Hall inde ducta quid significet, vel ex iucundissima narratione, quae inscribitur Bracebridge-Hall, notum est.

Iugera, quae in antiquissima Germania apud Tacitum domum domini fundi circumdabant, et in quibus coloni vivebant, in medio aevo *Hubae*, *Hobae* i. e. Hufen appellabantur. „Huba, ait Dufresn., modus agri cum habitatione coloni, colonia, praedium.“ Hubae constabant partim pascuis, partim arvis, partim silvis. Hobas plures *Marsus* continebat. *Hovastat* appellabatur casa coloni, quae in hubis erat. *Hobarii* appellabantur possessores hubarum sive coloni. Hobariis nonnulli quam servi subditi erant et alii, item hobarii sive liti, quos cum subvasallis comparare licet. Hubae per hiemes et aestates sepibus clausae manebant, qui mos etiamnum in Anglia servatur. Canes aditus hubarum custodiebant.

In pacto legis Salicae tit. 49. haec verba leguntur: *ante Theada vel Tunginum*, ubi *Theoda* legendum esse videtur. Etenim *Theoda* pluralis est Anglosaxonicae vocis Theod (Volk), quae significat etiam populum, quantus in uno mallo sive conventu iuridico convenit. Velut in lege Salica tit. 56. §. 4. verbum *Malbergum* explicatur per voces: *id est plebs, quae ad unum mallum convenire solet.* Ante Theoda vel Tunginum ergo est: in foro Tungini sive iudicis Decaniae.

Apud Anglo-Saxones Centena appellabatur Hundred sive Hundredus. Hoc nomen neque in legibus Francorum, ne-

Digitized by Google

que apud scriptores comparet. Non licet dubitare, apud omnes nationes Germanicas nomen Hundert fuisse, quod scriptores et interpretes legum Barbarorum Latine *Centenam* converterunt.

Vicariae sive *Ministeria* intellige regiones sive dioeceses iudiciales Vicariorum, de quibus paulo inferius dicetur. Hunc ergo in modum medio aevo regiones civitatum describebantur: Salae cum hubis circumiacentibus — plures salae cum suis quaeque hubis decaniam efficiebant — ex decaniis centenae componebantur — centenis pluribus Vicariae sive Ministeria iudicialia erant — centenis et vicariis, quae centenis pluribus continebantur, pagi compositi erant — pagis pluribus Comitatus constabant — Comitatibus pluribus Duces (Herzoge) praeerant. *Marchiones* (Markgrafen) ante Carolum M. nulli erant.

4. *De iudiciis et praesidibus iudiciorum.*

Franci, Galli et Romani liberi forum Comitum et Missorum Dominicorum sequebantur. Sub Comitibus plures magistratus erant, ordine inferiores, sed in iudiciis, quae agebant, non ab auctoritate comitum pendentes. Hi magistratus in suis quique placitis (plaids) ius dicebant, quae serius assisiae dicebantur; neque a iudiciis horum inferiorum magistratuum ad Comites provocare licebat, ut ne a Comitum quidem iudiciis ad aliquod iudicium superius. Nulla re Comites et magistratus eis inferiores differebant, nisi ambitu causarum et ratione iuris dicendi, velut Comiti ius erat capitales poenas infligendi, de statu personae et restitutione bonorum iudicandi, id quod Centenariis non licebat. Eadem ratione causae quaedam graviores erant, de quibus iudicare regis erat. Hae eiusmodi fuerunt, ut ipsam salutem regni spectarent, velut lites inter proceres regni, quas Rex cum Vasallis suis iudicibus iuratis diiudicabat sive ipse sive per Comitem Palatinum (Pfalzgrafen). Missi autem Dominici, qua iudices, comparandi sunt cum magistratibus, quos Angli Sheriffs appellant, atque illi a Comitibus hoc differebant, quod Missi placita per quatuor anni menses habebant, Comites per octo reliquos menses. Iam vasalli Clericorum forum sequebantur Advocatorum (der Schirmvögte der Kirche); vasalli saeculares forum seniorum quique suorum. Seniorum autem ius dicendi potestas patebat per feoda sua; Comitem per comitatus suos.

Digitized by Google

Iuris dictionem igitur exercebant Reges — Comites Palatini — Comites — sub Comitibus Centenarii; sub Centenariis Tungini: — iuxta Comites Missi Dominici, adde Vicecomites*) — iuxta Centenarios Vicarii sive Missi Comitum).**

*) Absentibus vel per alia negotia distentis Comitibus vicem eorum tum in iudiciis, tum alibi Vicecomites egerunt, quorum serius demum in monumentis medii aevi mentio fit. Vicecomitum igitur, quemadmodum Comitum, dioeceses per totos pagos, urbes et urbium agros patebant. Nec tamen negari potest, Vicecomites interdum pro vicariis et advocatis poni, ubi tum ministeria longe inter se distantia confunduntur. Probabile est, Vicecomites non alios esse, quam qui in lege Langobardorum *Viceiudices* appellantur, quamquam in eadem lege etiam Vicecomites leguntur, ut libr. 2. tit. 30. §. 2. Vicecomites alio nomine *Grafiones* dicebantur, quare non mirum videri debet, iuxta Comites etiam Grafiones induci.

**) De *Vicariis Comitum* quia sententia mea a communi discrepat, paulo uberius hac occasione data dicere liceat, quamvis a consilio huius scriptionis alienum videatur. Vicarios, quorum in medio aevo tam frequens mentio est, iudices inferiores Comitum fuisse, his locis comprobatur: Lex Langob. libr. 2. tit. 54. §. 22. *Volumus, ut comites nostri licentiam habeant inquisitionem facere de Vicariis et Centenariis, qui magis per cupiditatem quam propter iustitiam faciendam saepissime placita tenent et inde populos nimis affligunt.* Capitul. Carlomanni tit. 2. cap. 9. *Comes praecipiat suo Vicecomiti suisque Centenariis, ut reliquis reipublicae ministris,* inter quos erant etiam Vicarii. Etenim sicut Comitibus Missi Dominici cum pari ius dicendi potestate additi erant, atque etiamnunc in Anglia Aldermannis magistratus, quos Sherifs dicunt, adiunguntur; ac quemadmodum Comites placitis Missorum Dominicorum adesse tenebantur, Aldermanni placitis Sherifforum adsunt: ita Centenariis Vicarii cum pari ius dicendi potestate additi erant, ac Centenarii tenebantur placitis Vicariorum interesse. Quapropter Comitatus et Pagi non solum in centenas, sed etiam in Vicarias divisi erant, et vicariae nihil sunt nisi dioeceses iudiciales Missorum comitum sive Vicariorum. Walafridus Strabo de Rebus Eccl. cap. ult. *Centenarii (qui et Centenariones) et Vicarii, qui per pagos constituti sunt.* Concilium Cabilonense II. ann. 813. c. 21. haec habet de Comitibus: *sed et ministros, quos Vicarios et Centenarios vocant, iustos habere debent* etc. Gregor. Turonens. 10. Hist. 5. *hoc Aninodi vicarii dolo, qui pagum illum iudiciaria regebat potestate, factum fuisse.* Monach. Sangallens. 1. de Carolo M. 32. *fuit consuetudo in illis temporibus, ut ubicunque aliquid opus ex Imperiali praecepto faciendum esset — ea Comites per Vicarios et officiales suos exsequerentur.* Hincmar. Opusc. 15, 15. *Comites*

Digitized by Google

5. *De iudicibus iuratis (Scabinis sive Rachinburgiis).*

Comitibus iudices iurati aderant, qui plerumque Scabini

---

et Vicarii vel etiam Decani (i. e. Tungini) *plurima placita constituunt* etc. Vicarii non vices gerebant Comitum, qui abessent, sive aliis negotiis districti, sive munere Comitis vacante. Quod si ita fuisset, Vicarii pari iuris dicendi potestate cum Comitibus fuissent. Atqui Vicarios comprobari potest inferiorem iurisdictionem habuisse; velut non ius dicebant in causis criminalibus, de bonorum restitutione, de statu personae, sed, quemadmodum Centenarii, tantum de possessione. Capitul. Caroli M. I. ann. 810. cap. 2. et Append. II. c. 28. *ut ante Vicarium et Centenarium de proprietate aut libertate iudicium non terminetur aut adquiratur, nisi semper in praesentia Missorum Imperialium aut in praesentia Comitum.* Lex Langob. libr. 2. tit. 52. §. 7. *ut ante Vicarios nulla criminalis actio definiatur, nisi tantum leviores causae, quae facile possunt iudicari, et nullus in eorum iudicio in servitio hominem conquirat, sed per fideiussorem mittatur usque ad praesentiam Comitis.* Hinc usu venit, ut Vicarii Missi Comitum dicerentur, quia magistratus inferiores Comitum erant et vice Comitum iudicia Centenariorum spectabant, quemadmodum in iurisdictionem Comitum Missi Dominici inquirebant. Lex Allem. tit. 36. §. 1. *Conventus secundum antiquam consuetudinem fiat in omni centena coram Comite aut suo Misso aut Centenario.* Walafrid. Strab. de Reb. Eccles. cap. ult. *Comites quidem Missos suos praeponunt popularibus, qui minores causas determinent, ipsis maiora reserventur.* Adde Capitul. Caroli M. II. ann. 810. c. 15. Vicarii, quum Missi Dominici in provincias veniebant, cum Comitibus placitis Missorum Dominicorum interesse tenebantur. Capitul. Caroli M. 2, 28. Porro Vicariorum erat, in dioecesibus suis vectigalia colligere. Additio IV. Capitul. Ludovici Pii c. 83. Ab iisdem Vicariis in Francia iurisdictio media et inferior *vicaria* appellabatur. Erant autem Vicariis, quemadmodum Vicecomitibus Subvicecomites, Advocatis Subadvocati, hinc illinc Subvicarii constituti. Vicarii etiam *Ministri Comitum*, *Missi reipublicae* i. e. Comitis audiunt.

De *Sagibaronibus* quoque quia aliter, quam alii, qui mihi quidem innotuerint, sentio, liceat mihi, quamquam nihil ad Caesarem et Tacitum attinet, *ἐν παρέργῳ* disserere. Sagibarones ergo viri iureconsulti appellabantur, qui aliis in libris aliisque temporibus *Boni homines* (bones gens) dicuntur, itemque *probi homines* (prud'hommes), velut in Usaticis regni Maioricarum mss. apud Dufresn. in v. *Boni homines*, qui locus vel maxime factus est ad declarandum officium et munus eorum. Conf. Capitul. Caroli M. 1, 140. Pithoe. Legebantur partim ex *melioribus hominibus* i. e. ex hominibus loco, moribus ingenioque conspicuis (aus

Digitized by Google

(Schöffen) dicebantur, iique vulgari more septem." „Quum

den Notabeln, Honoratioren). Partim erant viri aetate provecti, multo usu rerum callidi, qui memoria retinerent, quae iudicia pristinis temporibus in causis vel eisdem vel similibus lata essent, unde explicari potest, cur cum senatoribus componantur. Vetus glossarium: *Sagibarones dicuntur quasi Senatores.* Neque alio sensu comparantur cum Aldermannis. Leges Inae regis c. 6. apud Spelmannum: *si quis in ecclesia pugnet*, 120 *solidis emendet, si in domo Aldermanni vel alterius Sagibaronis pugnet*, 60 *solidis emendet, et alius* 60 *pro vita.* Saxonica versio harum legum eos nominat vocabulo, quod convertunt *sapiens honoratus.* Sagibarones memorat lex Salica tit. 56. §. 2. *si quis Sagibaronem, qui puer Regis fuerit, occiderit.* §. 9. *si quis Sagibaronem, qui ingenuus est, et se Sagibaronem posuit* (i. e. der ein Freigelassener ist, und wenn er in seiner Verrichtung als Rechtsverständiger ist), *occiderit.* §. 4. *Sagibarones in singulis malbergiis* (id est plebs, quae ad unum mallum convenire solet) *plus quam tres esse non debent: et si causa aliqua ante illos secundum legem fuerit definita, ante Grafionem removere eam non licet.* Ex his locis apparet 1) praeter genus iurisconsultorum, qui in dioecesibus ex senioribus experientia et aetate edoctis viris legebantur, aliud genus inter iuniores aulicos (*pueros Regis*) et *ingenuos* (i. e. libertos) fuisse, qui cognitioni iuris operam darent, quemadmodum liberti Clericorum, qui *Tabularii* dicebantur et cum Scabinis partes in iudiciis agebant. Illi sunt *regis pueri*, qui appellantur in lege Burgundionum quoque tit. 56. §. 1. 4. *pueri nostri, qui iudicia exsequuntur.* 2) Uno die iudiciali vetantur amplius tres Sagibarones munere fungi. Solebat item definitus numerus scabinorum in iudiciis versari: in iudiciis Comitum plerumque septem scabinos, et duodecim universos assessores adfuisse, alibi declaratum est. 3) Memorantur his locis Sagibarones officio suo fungentes coram Tungino et Centenario, qui ius dicebant in causis a iurisdictione Comitum separatis. Iam quod Sagibarones cum Tunginis et Centenariis ac Scabinis iudicarunt, id Comiti, qui hic Gratio dicitur (neque id sine exemplo est), limites iurisdictionis suae ne transgrediatur, rescindere non licet.

Negavi Sagibarones alios esse, quam qui serius dicebantur Boni homines, qui cum Comitibus, Centenariis et Scabinis iudicia agebant. Formula iudiciorum haec erat: *Ibique residebat in placito N. Comes, et ibi sedebant de iudicibus NN. Ibique residebant cum eis de bonis hominibus NN.* Formula iudicii promulgandi haec: *Et nos, qui superius, N. Comes cum memoratis iudicibus et bonis hominibus iudicavimus* etc.

Verum etiam extra iudicia in vita communi et civili multa arbitrio tum Sagibaronum tum Scabinorum permittebantur. Assisiae Hierosol. apud Dufresn. in v. *Forismaritagium* col. 556. extr. (edit,

Digitized by Google

vero, ait Montesqu., ad plenum iudicium duodecim viri opus

Francof. 1710.) Se aucune vilaine vait de aucun cazal en autre, qui ne soit de son seignor, et le seignor dou leuë, où elle sera venuë, n'a pooir de li marier, et se il la marie, il doit donner à son seignor une autre vilaine en eschange, à la connoissance de bones gens sans faillir. Sic Scabini decernebant, num vir propter aetatem militiae vacationem habens virum in suum locum sufficere teneretur, nec ne: *nisi talis* (verba erant in quodam iure per consuetudinem recepto,), *quod possit mittere aliquem ad respectum Duodecim* (i. e. iudicum iuratorum) *vel maioris partis eorum* i. e. nach dem Ausspruch der Schöffen, sive ut alibi est: par l'esgard des Eschevins. Hic erat usus circa annum 1223. Alia exempla arbitrii Scabinorum extra iudicia sunt in Charta anni 1232. apud Dufresn. s. v. *Culcitrarium* col. 1415. *item si contingat nos Abbatissam in dicta villa iacere, homines villae tenentur nobis ministrare in qualibet hostisia culturam* (leg. *culcitram*) *et pulvinar ad petitionem Maioris vel alicuius Scabinorum, ubi viderit bona fide, quod haberi possit* etc. Synodus Coloniensis a. 1300. c. 10. apud Dufresn. v. *Testis* col. 1226. lin. 16. ab ult. *et illud inventarium fiet per probos viros et idoneos, videlicet per Presbyterum et duos Scabinos loci vel Synodales non suspectos* etc. et paulo inferius: *facto inventario in praesentia sacerdotis loci vel duorum vel trium Scabinorum vel Synodalium vel fide dignorum.* Qui hic nominantur Synodales, certi, a Synodo fide digni habiti et publice constituti testes erant, qui in negotiis ad arbitria facienda et testimonia ferenda assumebantur. Usum arbitrii Scabinorum Benorumque hominum extra iudicia hi quoque loci comprobant: Tabularium St. Stephani Lemoviensis ap. Dufresn. s. v. *Campi* col. 798. *et convenientia inter Icterium episcopum et Aymericum fuit, ut ambo venissent in burgo S. Iuniani causa amicitiae inter ipsos et per auctoritatem antiquorum hominum de ipsa villa vel de parochia perquisissent, et si ipsos credere noluissent, bellum inter duos homines cum scuto et baculo firmassent sine ira et sine deceptione* etc. Charta Philippi, regis Franciae, ibidem: *Philippus — Comitissae Trecensi salutem et dilectionem. Noveritis, quod Nos Consilio bonorum virorum et pro communi omnium utilitate statuimus, quod Campiones non pugnent de caetero cum baculis, qui excedant longitudinem trium pedum* etc.

Addo Sagibarones nullos alios fuisse, quam quos serius *legum dominos* vel *doctores legis* appellabant. Otto de S. Blasio c. 14. *Quod a principibus et legum dominis diligenter examinatum generali omnium sententia iudicatur.* Hi doctores legis frequentissime memorantur. v. Dufresn. s. v. *Doctor.* Chartae in Tabulario ecclesiae Carnotensis anni 1083 ibidem ante omnes nomen subscripsit *Rotpertus legis doctus.* Capitul. Carlomanni tit. 2. cap. 9. *et Comes praecipiat suo Vicecomiti, suisque Centenariis ac reliquis ministris reipublicae, nec non francis hominibus, mundanaq legis docu-*

Digitized by Google

erant, hunc numerum *Bonis hominibus* sive iureconsultis ex-

mentis eruditis, unde simul patet, Sagibarones in numero Ministerialium Comitum fuisse, quum Comites nunquam soli, sed semper cum Scabinis, saepe cum his et Bonis hominibus, interdum cum solis his iudicia haberent. Erant igitur Sagibarones viri in iure per usum et consuetudinem recepto versati, ut apparet ex his quoque: Chronicon Lichfeldiensis eccl. in Anglia: *Anno Guillelmus regni sui 4 apud Londinias consilio Baronum suorum fecit summoniri per universos Angliae comitatus omnes nobiles, sapientes et sua lege eruditos, ut eorum leges et consuetudines audiret.* In legibus Eduardi Confessoris c. 1. eadem verba sunt. Quum vero post Ludovicum Sanctum iudicia Balivorum (Baillis) instituebantur, iuris scientia implicatior fiebat, quo fiebat, ut viris in lege multum versatis et eruditis etiam magis opus esset, quo inde a tempore propterea Balivis eiusmodi viri docti sub nomine Prud'hommes addebantur. Statutum Ludovici Sancti a. 1255. c. 17. *emendas autem pro maleficiis seu debitis a Balivis nostris levari non volumus, nisi in foro aut iudiciario publice de Bonorum consilio fuerint iudicatae vel aestimatae, quamvis antea fuerint gagiatae.*

Sagibarones etiam Sages hommes appellantur in Vetere Iure Municipali Normanniae 1. part. Dissert. 5. cap. 6. apud Dufresn. s. v. *Assisa.* Assise est une assemblée de plusieurs sages hommes en la Court del Prince, en laquelle ceu, qui y sera jugié, doit avoir perdurable fermeté. Neque alia vis est nominis Sagibarones, quod duco a *Baro* et radice vocis, unde Gallica vox sage, Anglica sage, Italica saggio et Hispanica sage (sabio) derivatur. Neque alii viri fuerunt, qui additamenta fecerunt ad legem Frisiorum et Saxonum, ut Wlemar, Saxmund et alii eiusdem generis, quibus lex Frisiorum nomen *sapientum hominum* tribuit. Denique sunt *sapientes barones* in Capitul. Caroli Calvi tit. 15. *ea etiam, quae in Sparnaco de Episcopalibus capitulis cum inlustribus viris et sapientibus baronibus vestris observanda delegistis* etc. Iudicibus tales iureconsultos adfuisse, ne tum quidem novum erat, siquidem iam Spartianus in Hadriano *Quum iudicaret*, ait, *in consilio habuit non amicos suos et comites solum, sed Iureconsultos* etc. Invenio etiam in lege Baiuvariorum Comitibus tale genus assessorum additum esse. *Iudicem* i. e. Sagibaronem ea lex vetat alium creari, nisi virum aequum et iustum. Diebus iudicialibus ille iudex Comiti adesse, et Comes semper codicem legum ad manus habere iubetur. Lex Baiuvar. tit. 2. cap. 15. §. 2. *Comes vero secum habeat iudicem, qui ibi constitutus est iudicare, et librum legis, ut semper rectum iudicium iudicet.* Lex Allemannorum per omnia Baiuvaricae simillima vetat quemquam iudicem fieri, nisi qui a Duce consentiente populo iudex constitutus sit. Haec lex eundem iudicem i. e. iureconsultum virum significare videtur, quem lex Baiuvarica Comiti addit. Lex Frisiorum de eadem re haec verba habet: *Iudicium fiat publice*

Digitized by Google

plebant*). Interdum totum Comitum iudicium *Bonis hominibus* constitutum erat, nec ulli Scabini intererant**). Solemnem autem numerum Scabinorum, si conquirendo effici posset, duodecim fuisse, hinc manifestum est, quod Scabini sine ullo additamento *Duodecim* appellari solebant. Legebantur a Comite, ita tamen ut Missis Dominicis eos reiicere liceret, quo facto hi *consentiente populo* novos legebant ex illa provincia, in qua iudicaturi erant. Scabini *iudices proprii* vocabantur, quia de hominibus *paribus* i. e. sui quique loci et ordinis iudicia ferebant. Namque omnium omnino iudiciorum iudices ex ordine eorum legebantur, qui rei facti erant. Quapropter iudices iurati in iudiciis Vasallorum id ipsum (*Pares*) appellabantur. Apud Francos quoque iudicium ferebatur a septem viris e populo lectis per Comitem vel Sagibarones. Unicuique conventui et fortasse unicuique causae novi Scabini legebantur. Apud Francos (in lege Salica) Scabini sub nomine Rachimburgiorum veniunt***). Iudices iurati sive Scabini etiam Centenariis et Tunginis; Pares et Scabini iudiciis Advocatorum aderant.

---

in mallo; iudicium fertur a viris nonnullis. His viris in lege nullum nomen inditum est, sed dubitari nequit, eos Sagibarones sive Bonos (probos) homines, qui dicebantur, fuisse. Et ne numerus quidem horum virorum in ea lege editur. Iudex sub Comite vel iuxta eum memoratur etiam ab Hincmaro de Ordin. Palat. c. 10. *tales etiam Comites et sub se iudices constituere debet, qui avaritiam oderint et iustitiam diligant.* Quamquam fieri potest, ut hic Scabini, Vicarii, Centenarii, Tungini intelligendi sint. At de viro iureconsulto, Comiti addito, aperte quaestio est in Eginhardi Epist. 33. *Dilectis in Christo fratribus et amicis, N. Comiti, N. iudici, gloriosis Missis Domini Imperatoris Salutem.* Dufresn. s. v. *Iudex* col. 144. plures etiam locos affert, quibus talis iudex, Comiti assessor additus, memoratur. Tabularium Casauriense c. 233. *Ego Haribaldus Comes in vice Comitis Palatini ad singulas hominum iustitias deliberandas, residentibus mecum Lucinaldo et Erifredo et Cariprando bassis Domini Imperatoris, Adelberto, Ioanne, Marculfo iudicibus* etc. Qui postremo loco nominantur tres, proculdubio non alii sunt, quam Sagibarones sive Legum Domini etc.

*) v. Capitul. II. Ludovici Pii ann. 819. c. 2.

**) Plerumque iudicia cum septem Scabinis habita esse docent loci apud Dufresn. s. v. *Scabini.*

***) Vetus glossa: *Rachimburgii, Comitis assessores.* Glossae Keronis: *Rahcha, causa.* Etymon inter viros doctos controversum est. Savigny in Hist. Iur. Rom. per med. aev. Vol. I. p. 177. cum Ioh. Muellero nomen derivat a Reck i. e. gross, herrlich, vortrefflich.

Digitized by Google

6. *De Placitis.*

Comitia nationum, Francorum, Baiuvariorum, Allemannorum, Frisiorum etc. etiam post magnum regnum a Carolidis conditum habita in legibus Barbarorum, Capitulariis atque a scriptoribus medii aevi *Placita* dicuntur. Nam lex Baiuvariorum praecipit, ut populus statis diebus in placitis conveniat, et quidem omnes liberi ac Vasalli tum regis Francorum tum ducis Baiuvariae: qui non comparuerint, iis multa quindecim solidorum denunciatur. Eandem necessitatem lex Allemannica imponit, ac lex Frisiorum et ipsa placita nationis suae commemorat. Haec comitia nationum in provinciis imperante usque Carolo M. praeter Comitia Regni habebantur. Etenim decreta in Comitiis Regni, quibus de veteribus legibus Barbarorum, Salica, Ripuaria etc. aliquid derogaretur, videntur ad comitia nationum in provinciis lata esse, ut quicunque sub illis legibus

---

Eichhorn vocem interpretatur per *civis optimo iure.* Rachimburgios Savigny putat Bonos homines fuisse, eosdemque apud Langobardos *Arimannos* dictos esse. „Arimanni, ait, sunt homines liberi: apud Francos Rachimburgii nomen liberorum hominum est.“ Contra quem Ludenius dixit, in codicibus legum Barbarorum Ingenuos et Rachimburgios distingui: qui mihi videtur oblitus fuisse, *ingenuos* in illis codicibus libertos dici. Nomen Rachimburgiorum etiamsi liberos homines significet, tamen longe frequentius nomen *Francus* est, et falso Ludenius perhibet, nomine Franci semper Antrustionem sive Francum nobilem significari, et rationem hanc reddit, quod nusquam mulier *Franca* dicta esse reperiatur. At quid est, quin nomen Francus eo sensu usurpatum sit, qui cum ipso vel maxime convenit? Significet nobilem Francum, ubi ex adverso ponitur *debilior persona* vel tale quid, ubi per vim oppositionis sensus nobilitatis nomini additur. Quod ubi non fit, necesse est, nomen Francus virum eius nationis quemcunque significet, et proinde etiam Francum liberum, non secus atque Allemannus Allemannum, Suevus Suevum liberum significat. Adde quod mulier Franca reapse reperitur in Capitul. Caroli M. a. 803. cap. 8. *de servis, qui Francas feminas accipiant.* Savigny utitur lege Ripuaria tit. 32. §. 3 *ille ante Comitem cum septem Rachimburgiis in haralo iurare debet,* ubi Rachimburgios putat esse coniuratores (Eidhelfer). Mihi quidem Rachimburgii nec iureconsulti sive Boni homines, nec coniuratores fuisse videntur, quia vel numerus septenarius indicio esse debet, eos Scabinos fuisse; locum autem, quo Vir Summus utitur, ita accipio: vor dem Grafen *nebst* den sieben Rachimburgen oder Schöffen. Nam vocula *cum* iungenda est cum verbis *ante Comitem*, non cum *iurare.*

Digitized by Google

vetustis viverent, sive suffragia ferrent, sive quid in lege sua immutatum esset, edocerentur. Capitul. III. ann. 823. apud Baluz. I. p. 394. *Ut populus interrogetur de capitulis, quae in lege noviter addita sunt. Et postquam omnes consenserint* etc. *Legem* hic intelligo veteres leges nationum regno Caroli contributarum. Vigebant enim etiamtunc praeter Capitularia ex parte veteres leges, quas nationes quondam in suis quaeque comitiis tulerant; Capitularia autem per regem lex fiebant, *consentiente*, ut formula erat, *populo*, sed reapse consentientibus tantum proceribus regni, et sub Carolo M. ne his quidem *).

Ceterum *placitum* omnem conventum populi significat, idemque est sensus vocis *mallum*, quamquam hoc saepius intelligitur conventus iudicialis. In mallo sive Malbergo (Gerichtsstätte) scutum erigebatur, ubi Centenarius vel Tunginus iudicio praeerat; nam Comitis quidem insigne vexillum (das Banner) erat. Iudicia sub divo habebantur, in suaque quisque causa verba faciebat, nisi quod imbecillibus et imperitis causidici constituebantur. Placita diebus dominicis haberi vetatur Capitulis Caroli M. 2, 7. et Capitulo Compendiensi ann. 868. *Placita minora* dies iudiciales dicebantur, eaque apud Allemannos septimo quoque die, ac temporibus pacatis quarto

*) Luitolphus ad ann. 819. *Conventus Aquisgrani post Natalem Domini habitus, in quo multa de statu ecclesiarum et monasteriorum tractata atque ordinata sunt. Legibus etiam capitula quaedam necessaria, quia deerant, conscripta atque addita sunt.* Hincmar. in Admonitione pro Carolomanno apud Sparnacum c. 15. de malorum Comitum incapacitate: *Quando enim sperant aliquid lucrari, ad legem se convertunt; quando vero per legem non aestimant acquirere, ad Capitula confugiunt; sicque interdum fit, ut nec Capitula pleniter conserventur, sed pro nihilo habeantur, nec lex.* Postea Capitularia lex fiebant, abrogatis codicibus legum Barbarorum. Capitulare Ludovici Pii: *Generaliter omnes admonemus, ut Capitula, quae praeterito anno legi Salicae cum omni adsensu addenda esse censuimus, iam non ulterius Capitula, sed tantum leges dicantur, imo pro legibus Salicis teneantur.* Carolus Calvus in Conventu apud Carisiacum ann. 873. cap. 8. *Capitula patris et avi Nostri, quae Franci pro lege tenenda iudicaverunt et Fideles Nostri in generali Placito Nostro conservanda decreverunt.* Instituta, ne alia multa enumerem, re feudali et per hereditatem tantopere iam degenerata, receptaque religione Christi veteres illae leges ex simplici illa in silvis maioris patriae vita profectae non stare potuerunt.

Digitized by Google

decimo quoque die habebantur. Lex Allem. tit. 36. §. 1. *Conventus secundum antiquam consuetudinem fiat in omni Centena coram Comite aut suo Misso, aut Centenario. Ipsum placitum fiat de sabbato in sabbatum aut quali die Comes aut Centenarius voluerit* etc. Apud Baiuvarios iudicium habebatur primo quoque mensis die, aut, si opus videretur, bis mense. Apud Francos unum singulis mensibus iudicium sive placitum minus habitum esse videtur: quum opus videretur, Comes placitum minus extra ordinem habebat. Nam *placita maiora* sive Comitia pagorum, convocatis omnibus et liberis hominibus et Vasallis tum saecularibus tum clericorum, ter anno a Comitibus et Advocatis haberi solebant. Papias: *Mallum generale placitum dicebatur, quando totus conveniebat populus ter in anno.* Placita serius *Assisiae* dicebantur, itidemque vel maiores vel minores erant.

CAPUT III.

LOCI NONNULLI CAESARIS ET TACITI EX MORIBUS ATQUE INSTITUTIS MEDII AEVI EXPLICANTUR.

1. Tacit. Germ. c. 29. *Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Cattorum quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. Manet honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit.* Et cap. 43. *Gotinos Gallica, Osos Pannonica lingua coarguit, non esse Germanos, et quod tributa patiuntur.*

Victores Germani in distribuendis terris in provinciales partim liberales fuerant, nec minus liberaliter in erogandis vectigalibus agebant. Nam ut Germanis primo tributa pependerint (quod tamen dubium est), brevi haec necessitas tributorum pendendorum in officium militandi conversa est. Nisi quod Visigothi et Burgundiones in agrorum divisione hoc sanxerunt, ut provinciales tertiarum suarum nomine (nam binas tertias victores sumserant, singulas tertias debellatis reliquerant), vectigal in fiscum conferrent. Lex Visigothorum libr. 10.

Digitized by Google

tit. 4. §. 16. *Judices singularum civitatum, Villici atque Praepositi tertias Romanorum ab illis, qui occupatas tenent, auferant et Romanis sua exactione remanente sine aliqua dilatione restituant, ut nihil fisco debeat deperire*, i. e. die Grafen, Aufseher der Villen und Vorgesetzten sollen die Drittel der Römer denen, die sich dieselben angemasst, nehmen und den Römern mit Vorbehalt jedoch von deren Abgabe (oder Leistungen) ohne Verzug wieder erstatten, damit dem Fiscus nichts von seinen Einkünften entzogen werde. Unde sane clarum fit, provinciales vel vectigal pro tertiis suis solvisse, vel alia officia qualiacunque praestitisse; at Germani non item. Namque lex jubet tertias suas provincialibus relinqui, vetatque a Germanis retineri, ne quid fiscus damni faciat: unde cognoscitur, si Germani et ipsi vectigal pependissent, perinde fuisse nihilque fisci interfuisse, Germani an provinciales debitum vectigal solverent et debita officia praestarent. Hanc exactionem vectigalium provincialium Cassiodor. 1. Epist. 14. 2. Epist. 17 et 37. *tertiarum illationem et exhibitionem* vocat: nam verbo *tertiae* non significantur tertiae partes proventus et fructuum (quae postea non rebus naturalibus sed pecunia solutae sunt), sed *vectigal ex tertiis provincialium erogatum*. Idem Cassiodorus testatur, ex binis tertiis victorum ad fiscum vectigal contributum esse, et utrumque vectigal, tum victorum tum debellatorum, *exactionem binarum et ternarum* appellat. Addit, hoc vectigal pertinuisse ad *Comitis sacrarum largitionum officium* 3. Epist. 8. et 7. Epist. 20. 21. 22. Conf. Paul. Warnefrid. de Gestis Langobard. 2, 32. At illa scripta sunt de Ostrogothis, qui in multis a ceteris Germanis recedebant et Romanis similius agebant. Ceterum iam Odoacrum id immutasse constat ex testimonio Procopii, qui refert illum regem imperio Italiae potitum τὸ τριτημόριον τῶν ἀγρῶν (i. e. vectigal e tertiis perceptum) civibus remisisse, eoque pacto eorum animos sibi devinxisse. Etenim Rugii et Heruli sub Odoacro obtinebant tertiam partem terrae Italiae. Procop. 1. B. Goth. cap. 1. *Gothorum ope arrepta tyrannide Odoacer* τὸ τριτημόριον τῶν ἀγρῶν *Gothis concessit, et eo pacto eorum animos sibi devinxit.*

Quodsi igitur Provinciales primo pro agris vectigalia pependerunt, postea tamen brevi nulla eos solvisse videmus. Nisi quod Missis Dominicis et legatis publicis vel ad aulam vel ab aula venientibus, nec tamen Comitibus vehicula et currus ad

Digitized by Google

iter continuandum, et viaticum aliasque nonnullas res necessarias, adde hospitium, suppeditare tenebantur. Charta Ludovici Pii: *et Missis Nostris aut filiis Nostris, quos pro rerum opportunitate illas in partes miserimus, aut legatis, qui de partibus Hispaniae ad Nos transmissi fuerint, paratas* (sumtus hospitii) *faciant, et ad subvectiones eorum* (zu ihrer Weiterbeförderung) *veredos* (Wagen und Vorspann) *donent.* Capitul. Caroli M. 2, 16. *Qui legationes ad Nos directas in suis mansionibus aut male recipiunt, aut constitutam a nobis pecuniam non tribuunt, aut paravereda* (die Frohnfuhren) *dare nolunt* etc. Lex Baiuvarior. tit. 1. c. 14. de Colonis vel Servis ecclesiae §. 4. *Parafredos donent, aut ipsi vadant, ubi eis iniunctum fuerit.* Lex autem viatici, hospitii rerumque omnino necessariarum praebendarum *tractoria* dicebatur: apud Romanos *tractoria* dicebatur *diploma evectionis cursusque publici*, quo ius dabatur, equos, vehicula, viaticum et hospitium de publico petendi (Postpass und Einquartirung). Hunc usum Romanorum reges Francorum imitati sunt. Horum tractoriis praecipiebatur, quid Missis et legatis publicis illis, quae dixi, nominibus praebendum esset. Formula eiusmodi tractoriae est apud Marculfum 1 Formul. 11. sub titulo *Tractoria legatorum.* Eius hoc initium est: *Ille rex* (der König so oder so genannt) *omnibus agentibus. Dum et Nos in Dei nomine Apostolicum virum illum partibus illis legationis causa direximus, ideo iubemus, ut locis conveuientibus eisdem a vobis evectio simul et humanitas* (Verpflegung) *ministretur, hoc est veredos seu paraveredos tantos* (Vorspann auf Haupt- und Seitenwegen), *panis nitidi modios tantos* (Waizen so und so viel), *vini modios tantos* etc.

Has praestationes a provincialibus exigere Comitum erat, qui iidem homines vectigales i. e. Gallos Romanosque liberos in bellum ducebant *). Romani igitur et Galli non iam tot vectigalia tolerabant, quot sub Romanis, quibus indictiones, exactionem capitum, et omne genus onerum praestiterant. Vestigia quaedam reperiuntur, vectigalia ex tertiis provincialium iam medio, certe extremo Merovingorum regno abolita fuisse. Unde sequitur, provincialibus lucro fuisse, quod Germani apud se sedes fixerant, quum non solum vexationes mili-

*) Montesqu. Espr. des Lois 30, 18. p. 47.

Digitized by Google

tum et magistratuum, sed etiam post sumtus administrandae reipublicae sub novis dominis imminutos penuria reditnum publicorum cessaret. Hoc eo firmatur, quod nullum exemplum seditionis in Germanos post condita ab iis regna memoratur, cum non desint exempla provincialium, qui a Germanis se regi, at a Romanorum imperio liberari desiderarent. Simplices, pauperes, bellicosi populi, qui vitam plerique pastoriciam agerent, et per exiles casas fundis continerentur, duces suos sectabantur ad imperium Romanum evertendum, ut praedam agerent, non ut tributa vel solverent vel exigerent *). Germani igitur, liberi homines, nec in patria vectigalia pendebant, et minus etiam credendi sunt, cum victores in terris expugnatis agerent, tributa passi esse.

Quum ergo nec Germani nec provinciales vectigalia solverent, quaeritur, unde principibus reditus venerint. Apud Germanos antiquissimos omnes liberi homines in omni re ad ius pertinente aequalitate fruebantur, nec principibus alii reditus erant, quam privatis, si excipias dona gratuita, quae populus iis ferebat. Praeterea magistratus iusta quaedam in iudicio solvenda (freda et delaturam) et partim multarum tertiam plerumque partem, partim minorem earundem multarum portionem accipiebant. Omnes liberi homines i. e. omnes dominium fundi habentes census nomine a colonis suis partem proventus agrorum accipiebant: census ergo non erat reditus publicus sive fiscalis, sed privatus et rusticus. Accedunt tributa, quae in fundis alienis habitantia pro concesso domicilio varia hominum non liberorum genera solvebant. Verum aucto Francorum regno item vectigalia augebantur.

2. Tacitus Germ. cap. 12. *Proditores et transfugas arboribus suspendunt; ignavos et imbelles et corpore infames coeno ac palude iniecta insuper crate mergunt — sed et levioribus delictis pro modo poenarum equorum pecorumque numero convicti multantur. Pars multae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsolvitur.*

a. De Compositione.

Leges Germanorum praecipue eo tendebant, ut iniurias caverent, neve privatorum vindictae in infinitum continuarentur.

*) Ibidem 30, 12.

Digitized by Google

Omnibus delictis multa constituta erat, quae plerumque *Compositio* dicitur. At multa homicidii et caedis *Verigildum* appellabatur, etiam *Leudis* (Leutwerth) ac *Leudos* quidem invenitur in codicibus legum Barbarorum. In Salica lege uniuscuiusque vel criminis vel delicti multa *compositio* appellatur; homicidii autem multa sive *verigildum* sive *leudis*. Compositionem iniuria laesi accipiebant; verigildum propinqui, ubi vero nulli propinqui supererant, fiscus recipiebat. In lege Baiuvariorum nomen verigildi non legitur nisi de hominibus, qui vere liberi erant: in non liberis hominibus tam homicidii tum aliorum delictorum multa *compositio* dicitur, nec minus in nobilium duabus classibus, quae in ea lege supra liberos sunt. In lege Thuringorum nulla verigildi mentio est. Aliud pro verigildo nomen *Pretium* sive *Pretium nativitatis* erat, etiam *Pretium redemtionis*. Lingua Anglo-Saxonica *Wera* et *Forisfactura* (forfeiture) dicebatur. Aliud nomen *Recompensa* erat. Frequentissimum sane nomen *Weregeldum* (*Veregildum — Wargilda — Vergelt — Virgildum — Widrigild — Guidrigild — Weregelt*). Apud Anglo-Saxones etiam denominatio *Natalis Pretium* in usu erat. Novies sumta compositio *Niungildum* (a *niun*, neun) dicebatur, sive *Novigildum* (a *novem*). Novies compositio sumebatur in furtis et rapinis, cum pretium rei furto et rapina ablatae novies reddi debebat. *Trinungildum* compositio ter novies sumta, *Trigildum* ter sumta dicebatur. Compositio porro *Geldum* sive *Gildum* appellabatur. Simplex compositio *Angild*, duplex *Twigild*, triplex *Trigild*, octies sumta *Octogild*, novies sumta *Novigild* etc. appellabatur.

Praeter multam lege edicebatur, ne quis ipse iniuriam vindicaret, sive ne quis *faidam* (Privatrache) exerceret. *Faida* in lege Langobardorum voce *inimicitia* explicatur, interdum voce *vindicta*; verum vindicta proprie multa homicidii erat sive verigildum. Beatus Rhenan. 2. Rerum Germ. p. 95. *Faidam vocabant Franci simultatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani scribae Faidosum appellant, qui faidam exercet. Germanis notum nimis vocabulum est.* Videlicet Germanica vox Fehde est. At non quaelibet inimicitia *faida* dicebatur, sed tantum illa sanguinaria, quae apud Germanos et in Scandinavia tam saeve exercebatur, cum in inimicitia unius hominis privati omnes propinqui partem habere cogerentur, ut, si unus ex iis occide-

Digitized by Google

retur, omnes compositionem exigerent, vel faidam continuarent. Itaque in iudicio lex iubebat iniuria laesos vel propinquos eorum sive compositionem sive verigildum postulare. Etenim iam prius in maiori patria faida et compositio in usu erant. Tacit. Germ. c. 21. *Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est; nec implacabiles durant. Luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recipitque satisfactionem universa domus: utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem.* Nomen *satisfactionis* hoc sensu in medio aevo rarius fuit: semel tantum reperi in Concilio Wormatiensi apud Dufresn. s. v. *satisfacere.* Denique lex iubebat reum sive aggressorem, ut et ipse in iure compareret, et iudicium aequitatem spondebat. Verigildum a populis inventum est, qui faidas sive ultiones privatas prohibere cuperent.

b. Triplex modus definiendae et exigendae compositionis.

Compositio in decursu temporum triplici modo et definiebatur et exigebatur. Primo litigantium voluntario pacto definiebatur; quod quia ita fiebat, ut multae magnitudine definita litem componerent, multa *compositio* appellata est. Secutus deinde est modus multae per arbitros definiendae, quibus quum non satis potestatis esset ad exsequendum arbitrium, postremo iudices constituti sunt ea potestate, ut litigantes in iudicio suo acquiescere cogerent. Quod postremum priusquam factum est, multam iniuriae inlatae figere minus efficax fuit ad ultionem privatam prohibendam. Hinc ipsi magistratus quasi vice et loco eius, qui iniuria affectus esset, compositionem constituebant, qua adversarius satis habere cogebatur. Hanc differentiam imponendae multae animadvertit Rollandinus Summa Notariae c. 6, *differentia est inter arbitrum et arbitratorem: nam arbiter est, qui iudicis partes sustinet et qui cognoscit ordinario iudicio sicut iudex et ab eius sententia appellari non potest, et sententia eius dicitur arbitrium. Arbitrator est, qui non servato iuris ordine cognoscit et definit amicabiliter inter partes, et pronuntiatio eius dicitur laudum, et ab hoc potest appellari et illud peti reduci ad arbitrium boni viri* i. e. iureconsulti sive sagibaronis.

Ex Tacito intelligitur, in patria maiori compositionem tertio illorum trium modorum i. e. iusto iudicio magistratuum

Digitized by Google

impositam esse. Dicit enim cap. 12. *pars multae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsolvitur*, quae verba infra explicabuntur. Tametsi serius lex Frisiorum populum in conditione vel sumendae privatim ultionis vel multae suo arbitratu finiendae esse passa est, quo familiae, quae inter sese inimicitias susceperant, in statu naturae remanebant, quum nulla lege publica et civili prohibitis vindictam continuare liceret, donec ira expleta esset. Quamquam in eadem lege hoc temperamentum privatae vindictae praescriptum erat, ut ei, a quo vindicta exigebatur, in domo sua, in via ad ecclesiam et mallum securitas esset. Velut quum quis hominem per insidias percussoris in manus tradidisset, et percussor trans fines patrios evasisset, tertiam partem verigildi pro caeso pendere iubebatur. Sin percussor in patria remansisset, proditor ille nullam partem verigildi solvebat, sed sanguinis vindictae a propinquis expositus manebat. Ad haec Wlemar addidit: quisquis ab alio aliquid in manibus haberet, et id consulto sibi furto auferri sivisset, tertiam partem compositionis solvere debere, si fur aufugerit; sin minus, inimicitiae eius obnoxium esse, cuius res furto ablatae sint. Conf. Capitul. a. 779. §. 27. apud Baluz. I. p. 198. In additamentis *virorum sapientium* ad legem Frisiorum hoc est, ut homini privatae alicuius vindictae obnoxio securo agere liceat in ecclesia, in domo sua, in via ad ecclesiam et ab ecclesia, denique in via ad placitum et a placito. Qui hominem eiusmodi eo loco, ubi per legem tutus esse debeat, occiderit, verigildi triginta solidorum ut damnetur; qui vulneraverit, duodecim: utraque multa regi solvenda erat.

c. Dignationem hominis cuiusque magnitudine verigildi eius metiebantur.

Omnes leges Germanorum in figendis definiendisque compositionibus supra quam cogitari potest diligentes sunt. Subtiliter varii rerum casus discernuntur, status rerum expenduntur, legumlator totum se cogitatione quasi loco iniuria laesi ponit, et eam pro eo magnitudinem compositionis petit, quam ipse pro se aequo animo petiturus fuisset. Instituta lege compositionum nationes Germanicae relicto statu naturae civilem vitam ingressi sunt. Quaecunque excogitari et in vita ac societate hominum evenire potest iniuria, examinata et aestimata

Digitized by Google

est. Nulla lex capitalis: nam duo tantum crimina, ut saepius dixi, apud antiquissimos Germanos morte multabantur, omnia alia delicta et crimina ac vel caedes compositionibus luebantur, nisi quod apud Visigothos et Burgundiones caedes morte mactabatur. Gravissimum genus compositionum, quod et frequentissimum per illa tempora et criminis maximi poena erat, illud habendum est, quod homicida propinquis occisi solvere debebat.

Differentia loci et ordinis hominum effecit, ut etiam differentia compositionum in paribus delictis criminibusque esset, velut caedes Franci liberi 200 solidis, liberi Romani 100 sol., non liberi Romani 45 sol. luebatur. Verigildum Antrustionis sive regii Vasalli 600 sol. erat, Romani convictoris Regis 300 sol. In lege Anglo-Saxonica Edelingo verigildum 600 sol., liberae conditionis homini 200 sol., servo 30 sol. ponitur. Si homines coiissent ad Franci in domo ipsius aggressionem (quod crimen *Herireita — Harireita — haraidum* in codicibus legum Barbarorum, in iure Anglico Burglary appellatur), ac si Francus occisus esset, lege Salica poena erat 600 sol.; sin aggressio in domum Romani vel liberti facta esset, dimidia illa summa solvebatur. Eadem lege si Romanus Francum vinxisset, 30 sol. culpam luebat; sin Francus Romanum, dimidio. Francus, quem Romanus spoliasset, compositionem 60 sol. et dimidii; Romanus, quem Francus, tantum 30 sol. accipiebat. Ut paucis dicam, magnitudo compositionis et verigildi quasi quoddam dignitatis privilegium fuit, atque praeter existimationem tam violentis et male tutis temporibus securitatem hominum adiuvabat. In lege Baiuvariorum index familiarum Baiuvariae est, quibus duplex compositio erogabatur ut post Agilolfingos ordine proximis. Agilolfingi enim gens Ducis Baiuvariae erant, eorumque compositio quadruplex, quam Ducis verigildum etiam tertia parte excedebat.

d. Compositio aestimabatur ex sensu honesti et decori.

Iniuriae virorum longe minoris aestimabantur, quam furta, quia confidebant, virum fortem non passurum se impune iniuria affici. Equi furto abducti compositio 45 sol. erat, eademque nasi gladio abscisi. Apud Allemannos mulieris et pueri verigildum altero tanto maius erat, quam viri. Eandem ad normam iniurias non laesione sed dedecore metiebantur, ex eodem

Digitized by Google

honesti et, quod putabant, decori sensu. Velut lex Frisiorum compositionem dimidii solidi ei tribuit, qui baculo mulcatus esset, quum nulla tam levis iniuria esset, quin maiori compositione puniretur. Ex lege Salica liber, qui liberum ter baculo verberasset, singula verbera solidis luebat, sin simul sanguinem fudisset, poena eadem erat, ac si ferro vulnerasset: nam quindecim solidis luebatur, ac simul altitudo vulnerum explorabatur. Lex Langobardorum accurate poenam definit uni, duobus, tribus, quatuor etc. vulneribus. Ex lege Baiuvariorum compositio mulierum duplo maior erat, quam virorum. Sin mulier innata ferocia ut vir certamina suscipiebat, fratribus compositione par ponebatur *). Qui virum liberum dormientem spoliabat, lege Salica compositionem ad 100 sol. auctam solvebat, quum poena 62 sol. esset, si Romanus Francum aperte spoliasset, et tantum 30 sol., si Francus Romanum. Ignavia ergo rapinae iuncta poenam gravabat.

e. Aestimatio compositionum pecunia vel rebus, pro quibus pecunia solvitur, facta.

Omnes compositiones pecunia aestimabantur. Quum vero Germani, praecipue quamdiu in maiori patria versabantur, non multum pecuniae haberent, loco pecuniae pecora, fruges, arma, canes, falcones (Falken), agri etc. data esse putanda sunt, et hinc illinc legibus harum rerum pretium statuitur, unde ex parte intelligitur, cur in tanta paucitate pecuniae tot et tantae multae imponi potuerint. Consentaneum enim est, aurum et argentum apud Germanos non ita frequens fuisse. Apud populos ad mercaturam et artes excultos, quum terrarum potiti sunt, auri argentique vis in dies augetur: nam vel apud se lucrantur, vel ubicunque reperiri potest, contrahunt; contra evanescit, quum populi rudes et inculti victores facti sunt. Quapropter magna metallorum paucitas apud Gothos et Vandalos erat, itemque apud Turcas et Tataros, quum illi ab occidente, hi ab oriente imperium Romanorum infestassent **).

Quare, quum compositiones plerumque non pecunia solverentur, sed rebus, quarum pretium pecunia est, et certe

*) Eodem pertinent leges de furtis servorum et furum receptoribus, quas Montesqu. Espr. d. lois 15, 15. 26, 4. exponit.

**) Montesqu. Espr. d. lois 22, 4. p. 149.

Digitized by Google

maiores multae raro ipsa pecunia penderentur, vox *pecunia* saepe sensu rei, pro qua pecunia pendi solet, accipienda est: lege nimirum multae pecunia taxabantur, rei autem pecunia egentes multam pecore aliisque rebus naturalibus aestimatam solvebant. Ac reperitur aestimatio pecoris quaedam in lege Saxonica cum quadam variatione pro facultate videlicet et commoditate rerum varia in variis regionibus. Primum lex illa solido pretium statuit pecore: solidum binorum tremissium facit pretium bovis anniculi vel ovis cum agno; solidum ternorum tremissium bovis sedecim mensium *). Ex praeceptis Caroli M. in Saxonia decem solidi pretium bovis sunt. Apertum est, apud Saxones solidos variae aestimationis fuisse, et eosdem solidos aliis temporibus aliter aestimatos esse. In praecepto vetustiori eiusdem Imperatoris in Saxonia bos anniculus, ut hoc exemplo utar, unius solidi apparet. Capitul. Saxon. a. 797. §. 11. *bovem annoticum utriusque sexus auctumnali tempore, sicut in stabulum mittitur, pro uno solido. Similiter et vernum tempus; quando de stabulo exiit, et deinceps quantum aetatem auxerit, tantum in pretio crescat.* Ex duplici genere solidorum, levium et graviorum, tanta pretiorum differentia explicari nequit. Neque lex Salica concinit cum Capitulariis; nam ea lege casu quodam peculiari bos quadrimus duobus solidis taxatur, et in universum constituitur, ut leviori solido bos anniculus vel ovis cum agno, graviori solido bos sedecim mensium veneat **). Lex Frisiorum solidum ternis denariis aestimat tit. 9. §. 3. *solidos quatuor hoc est denarios* 12. Et in Salica quoque lege multae solidis denariisque computantur; nam ibi haec rerum aestimatio fit: taurus integer duobus solidis, vacca

*) Ibidem 22, 2. p. 147.

**) Lex Saxonica tit. 4. §. 6. *qui bovem quadrimum, qui duos solidos valet* etc. tit. 19. §. 1. *solidus est duplex: unus habet duos tremisses, quod est bos anniculus duodecim mensium vel ovis cum agno.* §. 2. *alter solidus tres tremisses i. e. bos sedecim mensium.* §. 3. *maiori solido aliae compositiones; minori homicidia componuntur.* Itaque si ex paragrapho postrema adscripta ratio solidorum inter se eiusmodi fuit, verigildum Edelingi, quod in Saxonia erat 1440 sol., et vero virginis nobilis, quod ibidem 2880 sol. erat, non enorme nequit videri. „Fortasse," ait Ludenius, „hae leges factae sunt turbulentis illis post Carolum M. temporibus, quibus seditio Frilingorum et Lazzorum contra Edelingos erupit. Edelingi terra expulsi sunt, nec res nisi vi armorum componi potuerunt."

Digitized by Google

integra uno solido, equus integer 6 sol., equa integra 3 sol., gladius cum balteo 7 sol., sine balteo 3 sol., lorica 12 sol., galea cum crista 6 sol., bonae ocreae 6 sol., scutum cum hasta 2 sol. aestimatur. Secundum legem Francorum in aliis solutionibus solidus 12 denariis aestimatur, at in verigildo Franci per Saxonem vel Frisium occisi 60 denariis *). Quod si liceret hanc computationem in verigilda omnium nationum Germaniae traducere, immensa magnitudo compositionum haud paulo minueretur. Vera enim aestimatio Edelingi Saxonici sic quater quinta parte minor futura esset, et pro 1440 sol. vere modo 288⅘ sol. solvebantur, quod ne Franci quidem liberi, dum in armis vel munere versatur, verigildum, nedum compositionem Antrustionis Franci exaequat. Qui vero Edelingus ex devicta natione pluris haberetur, quam vir nobilis inter Francos? „Solidus," ait Ludenius, „apud Germanos, certe apud Francos Salicos et Ripuarios aeque pretio fuisse videtur; at apud Francos Salicos continebat 40 den., apud Ripuarios 12 den." Pretium solidorum, non partitionem, apud Germanos aequale fuisse, hinc colligit, quod liberorum hominum par compositio fuerit. Hoc in Francis Salicis et Ripuariis verum est, etiam in aliis nonnullis. Apud Salios, Ripuarios, Thuringos et Anglo-Saxones verigildum liberi hominis par fuit. Quae apud Burgundiones et Visigothos liberorum aestimatio fuerit, non equidem novi, nec quae apud Langobardos. Verigildum liberorum hominum apud Baiuvarios, Allemannos, Saxones et Frisios non convenit cum verigildo eorundem apud nationes, quas modo nominavi, atque Allemanni Baiuvariique etiam a Frisiis et maxime Saxonibus verigildo liberorum hominum differunt.

f. Verigildum opera servili redimendum.

Qui non solvendo verigildum erat, opera servili redimere cogebatur. Qui hominem occiderat et *legem* i. e. compositionem solvendo impar erat, lege Salica tit. 61. tenetur, adiunctis

*) Capitula excerpta ex lege Langobardorum §. 15. apud Baluzium I. p. 351. *de omnibus debitis solvendis, sicut antiquitus fuit consuetudo, per duodecim denarios solvantur solidi per totam Salicam legem*, i. e. überall, wo man nach dem Salischen Gesetze lebt. *Excepto si leudes, id est si Saxo aut Friso Salicum occiderit, per sexaginta denarios solvatur.*

Digitized by Google

duodecim coniuratoribus, nihil sibi praeter ea quae tradidit in bonis esse, iureiurando confirmare. Tum propiores agnatos reliquum multae solvere iubet, postquam in eos bonorum suorum omnium cessionem fecit, hac cum rituum observatione: domum suam ingreditur et collectum de quatuor eius angulis pulverem digitis tenens ad limen revertitur, et in eo adstans, vulturque in interiorem domum converso sinistra manu pulverem propioris agnati trans scapulas digitis emittit. Quo facto domo nudus et sola camisia (Hemde) indutus, et palum manu tenens supra sepem salit. Sic agnati sive unus sive plures compositionem homicidii exsolvere tenebantur. Sin vero ne ipsi quidem solvendo sunt, aut ex illis aliquis, *iterum super illum Chrenecruda qui pauperior est iactat, et ille totam legem componit.* Unde colligunt, *Chrenecruda iactare* idem esse, quod collectum ex quatuor angulis domus pulverem super scapulas proximi agnati transmittere; at alii *chrenecruda* explicant per *grünes Kraut*, cuius tamen in lege nulla mentio fit. Wendelinus explicat per chrein, *purum*, et keuren, *probare*, ut sit *purificationis approbatio* et referatur ad iusiurandum duodecim coniuratorum. Utut est, Childebertus rex illam legem abrogavit in Decreto c. 15. *De chrenecruda lex, quam paganorum tempore observabant, deinceps nunquam valeat, quia per ipsam cecidit multorum potestas* i. e. quod multos cessione bonorum implicavit.

g. Poena eorum, qui accepto verigildo ultionem privatam continuabant, et eorum, qui verigildum non solvebant vel acceptare recusabant.

Cum compositio cuiusque delicti et criminis lege tam accurate constituta esset, accusatori non licebat legitimam multam excedere. Qui vero post acceptam compositionem privatam ultionem continuabat, duplex crimen committere putabatur, quo et auctoritas legum inuminuta et privatus homo violatus esset: nam quid id aliud erat, nisi legem civitatis contemnere et factam pacem rescindere? Legumlatores ergo Germani non omiserunt hoc duplex crimen poena afficere. Qui compositionem accipiebat, in terris quibusdam et quibusdam temporibus, velut ex lege Langobardorum et Capitulis Caroli M. ac Calvi, pacem cum adversario servandam iureiurando obligare, vel adversario, a quo compositionem accipiebat, scripto spondere tenebatur, non

Digitized by Google

amplius eum vindictae causa insectaturum *). Qui in ultione privata post acceptam compositionem perseverabat, eum punitum esse et ratio fert, et ita sancitur apud omnes populos, quibus faida cognita fuit. Mahometus quidem hanc legem scripsit, ut qui fratris sui necem condonat, dum ius talionis exsequi omittit, ei iniuriae expiationem ex bonis sontis petere liceret. Qui autem data satisfactione maleficum insectaretur, eum die iudicii tormenta gravissima et cruciatus maximi manere dicuntur. Apud Malaios, ubi nullae compositiones in usu sunt, percussori certo exspectandum est exitium a propinquis vel amicis eius, quem occidit: quare se totum furori dans vulnerat, necat, quidquid obvium fit **). Ceterum erant quaedam signa symbolica placationis, ut si quis filum ex veste avulsum humi proiiceret. Eigil in Vit. S. Sturmii abbatis Fuldensis c. 18. de Pipino rege: *tollensque manu sua de pallio suo filum proiecit in terram et dixit: Ecce in testimonium perfectae remissionis filum de pallio meo proiicio in terram, ut cunctis pateat, quod pristina deinceps annulletur inimicitia.*

Alterum in eo genere crimen erat eorum, qui vel legitimam compositionem exsolvere vel acceptare recusarent, quod et ipsum ne impune esset leges caverunt. Nam qui compositionem acceptare nolebant, in privata ultione perseverabant; qui non solvebant, adversariis ius ultionis privatae relinquebant. Utrumque probabile est primo litigantibus integrum fuisse; postea demum lege sancitum est, ut compositio et daretur et acceptaretur. Carolus M. a. 779 haec edixit: *si quis pro faida pretium recipere non vult* i. e. si iniuria laesus compositionem iudicio definitam accipere nolit et in privata vindicta pergat, *tunc ad Nos sit transmissus et Nos eum dirigemus, ubi damnum minime possit facere. Simili modo et qui pro faida pretium solvere noluit.* Hunc iudicii ordinem Carolus M. Capitul. II. a. 805. §. 8. *antiquam consuetudinem* appellat. Legitur apud Gregorium Turonensem 7. Hist. 47. copiosa litis expositio, in

*) Eiusmodi scriptae cautiones illae erant, quas lex Scotorum sub nomine letters of slanes habet. Vid. Roberts. Hist. Carol. V. Vol. I. p. 403. vers. Remer. ed. sec. a. 1772.

**) Montesqu. Espr. d. lois 24, 17. p. 24 sq. Angli hanc furiosam discursationem interfectoris saepe memorant sub nomine to run a-muck. Vid. Popli Opp. Vol. 4. p. 62. ed. Bas. et Huettner. in Engl. Miscell. 5, 2. p. 124.

Digitized by Google

qua alter litigantium recusata compositione, quia per se ipsum ius adipisci volebat, quamvis interea multa incommoda passus dimidium compositionis sibi adiudicatae perdit. Lex Allemannica permittebat, ut aliquis ipse poenam sumeret, si id e vestigio et primo animi impetu fieret *). In lege Allemannica causa est similis ei, quam Gregorius Turonensis narravit. Si canis, ait, hominem occiderit, dominus eius dimidium verigildum solvit; quod si facere recusat, omnes eius domus fores occluduntur praeter unam ianuam, per quam ei exeundum et intrandum est. Novem supra hanc pedibus canis suspensus manet, donec putredine solutus decidit. Quod si dominus canem removere, vel per alias fores exire tentat, totum verigildum exsolvere debet, quo dimidio prius se exsolvere potuerat. Una tantum causa ex vetere consuetudine exigebatur, per quam optio aut accipiendae compositionis aut continuandae faidae data erat. Qui despoliandi causa sepulcrum effoderat (quod crimen Wallraf dicebatur i. e. rapina cadaveris), is exlex societate hominum exterminatus ducebatur, donec despoliati hominis propinqui eum rursus recipi permittebant. Ante hoc tempus omnes mortales et vel uxor vetabantur vel panem porrigere vel tecto recipere. Itaque proscriptus erat, nec proscriptione nisi accepta per propinquos compositione liberabatur. Sanctitas causae legumlatores Salicos movit (nam ea lex Salica est), ut veterem morem optionis recipiendae satisfactionis aut ultionis privatae continuandae retinerent.

h. Homines sine verigildo.

Propinquis furis in manifesto facinore deprehensi et occisi nullum verigildum debebatur. Nec propter caedem latronis faida oriebatur. Synodus Ticinensis a 855. in Appendice c. 3. *si inter haec forte eundem latronem occidi contigerit, nulla ei, qui eum occidit, damnatione multetur, neque ullas inimicitias a parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo eius amico vel propinquo sustineat.* Nec propinquis mulieris, propter adulterium ad parentes suos remissae, compositionem debitam esse, lex Baiuvariorum docet. Quod si propinqui eius faidam inciperent, poena tenebantur. Praeterea sine verigildo *Campiones*

*) Praescripta aliarum legum ad hunc locum pertinentium habet Montesqu. l. c. 30, 19. p. 55. adn.

Digitized by Google

erant, qui mercede conducti in alienis causis iudicia duellica subibant, adulteri, fures pagorum, incendiarii et sacrilegi. Hos homines occidere impune erat. Vid. legem Frisiorum tit. 5. *De hominibus, qui sine compositione occidi possunt.*

i. Compositio actionum non voluntariarum.

Non raro in codicibus legum Barbarorum compositiones pro actionibus non voluntariis exsolutae memorantur. Lex Langobardorum, omnibus in rebus prudentissima, magnitudinem talis compositionis arbitrio eius permittit, qui facinus commiserat, propterea que multam pendere tenebatur. Propinquis vel iniuria laesi vel occisi faidam exercere non licebat.

k. Distributio verigildorum.

Salica lex, si caesus paterfamilias erat, filios dimidium verigildum accipere, alterum dimidium inter propiores propinquos, sive cognatos sive agnatos, distribui iubet. Si ab utraque parte propiores propinqui deessent, ad fiscum ea pars, quam illi propinqui accepturi fuissent, recidebat. Verigildum caesae mulieris vel caesi pueri maritus vel pater totum recepisse videtur: certe in lege nihil in talem eventum praeceptum reperitur. Inde Ludenius colligit, propinquos non obligatos fuisse verigildum pendere, cum crimen per uxorem aut liberos mariti aliquod commissum esset; qui enim totum fructum verigildi habebat, eundem consentaneum est totum damnum solvendi tulisse. Neque illi verigildum solvebant pro domino servi, qui caedis reus esset. Lex Allemannica memorat etiam caedem parentum, fratrum sororumque et propinquorum. Omnia bona eiusmodi parricidae publicabantur, et ipse publice in sacris poenitentiam profiteri cogebatur. Caede commissa ex lege Saxonum tertia pars verigildi a proximis cognatis pendebatur, binae autem tertiae ab ipso interfectore solvebantur, qui praeterea totum verigildum octuplicatum numerare tenebatur. Lex Ripuariorum praescribit, ut, si percussor mulieris solvendis 600 sol. non par esset, verigildum per tres deinceps aetates posterorum eius i. e. per filios, nepotes et pronepotes solveretur. In Scandinavia hae leges obtinebant: Andreas Suenonis 5. Legg. Scandiae c. 5. *secundum antiqua iura sic est personalitae pecuniae faciendo distributio, ut unaquaeque tertia principalis in tres tertias principales divisa per vices singulas una semper*

Digitized by Google

particulatim cadat in commodum haeredis occisi et agnatis secunda, cognatisque tertia debeatur. Sic per agnatos omnes et cognatos distributio pecuniae faciendu, ut semper prior gradus duplo maiorem partem quam posterior consequatur. At lege Langobardorum libr. 1. tit. 9. §. 18. compositio erat propiorum propinquorum, sive agnatorum sive cognatorum, vel uma tantum filia caesi superstite.

Certis quibusdam in causis compositio inter varias dioeceses iudiciales dividebatur. Decretio Chlotarii regis post legem Salicam apud Bignonium p. 182. *De fiscalibus, ut contra dominum censuimus, pro tenore pacis iubemus, ut in truste electi Centenarii ponantur, pro quorum fide atque sollicitudine pax praedicta servetur. Et quia propitiante Domino inter nos germanitatis charitas indisrupto vinculo custodiatur, Centenarii inter communes provincias licentiam habeant latrones persequi vel vestigia assignata minare, et in truste qua defecerint, sicut dictum est, causa remaneat. Ita ut continuo capitale ei qui perdiderit, reformare festinet et latronem perquirat, quem si in truste perinvenerit, medietatem sibi vindicet vel delaturam.* Paulo superius §. 3. haec sunt de latrone: *qui si in truste invenitur, medietatem compositionis adquirat et capitale exigat a latrone.* His locis *trustis* est dioecesis iudicialis Comitum. Haec *decretio* pars est pacti inter Chlotarium et Childebertum, praecipiens Centenarius, ut *in qualibet truste* i. e. in provinciis utriusque regni latrones insectentur, *ut si defecerint* i. e. si latrones in provincia alterius regni assecuti sint, in hac provincia malefici iudicium subeant, utque *trustis* i. e. terra ditionis regis, ubi capti sunt, compositionem dimidiam, altera *trustis* vero, unde Centenarius profectus est, alterum dimidium compositionis obtineat.

1. De parentela se tollere.

Per legem Salicam publice propinquitatem licebat renuntiare hoc consilio, ut pro nemine nisi pro se verigildum pendere tenerentur. Qualis si sine liberis mortuus esset, fiscus heres fiebat. Renuntiatio facta est ante Tunginum vel Comitem. Ante hos quatnor ramos super capite diffringebant, fractos humi proiiciebant profitentes se cedere omni iure et deponere omnia officia propinquitatis. Lege Ripuaria propinquitas quinto gradu tenus obligabat, ultra quem nec ius aut hereditatis aut verigildi,

Digitized by Google

nec officium solvendi erat. Voluntariam propinquitate cessionem lex Ripuaria non concedit. Illam renuntiare dicebant *de parentela* sive *parentilla se tollere* *). Renuntiatio fiebat in mallo publico coram iudice cum duodecim coniuratoribus, qui iureiurando confirmabant, renuntiationem optimo iure fieri. Is mos perdiu observatus est, ut patet inter alia e legibus Henrici I. regis Angliae c. 88. *si quis propter faidam vel causam aliquam de parentela se velit tollere, et eam foris iuraverit, et de societate et hereditate et tota illius ratione se separet, si postea aliquis de parentibus abiuratis moriatur vel occidatur, nihil ad eum de hereditate vel compositione pertineat. Si autem ipse moriatur vel occidatur, hereditas vel compositio filiis suis vel dominis iuste proveniat.*

m. De fredis.

Chlotarius II., rex e gente Merovingorum, edicto eos, quibus furto aliquid ablatum esset, vetuit clam et sine sententia iudicis compositionem accipere. Hanc legem Montesqu. vidit niti ordine iudiciorum Germanicorum, quem iam Tacitus verbis extremis loci supra adscripti memorat: *Pars multae regi vel civitati, pars ipsi qui vindicatur vel propinquis eius exsolvitur.* Etenim praeter compositionem, quae vel iniuria affectis vel eorum familiis obtingebat, iudici quaedam sportulae sive reditus iudiciales solvebantur, quae *freda* (Friedgeld) dicebant **).

Fredum ad fiscum redibat cum quadam detractione, de qua infra dicam. Nec tamen soli fisco sive Regi freda obveniebant, verum unicuique domino iudicii (Gerichtsherrn) i. e. senioribus sive laicis sive clericis. In iudiciis igitur Regis tantum freda ad fiscum redibant. De his iudiciis intelligendus est Flodoardus 4. Hist. Remens. 50. *Affirmavit, compositionem fisco debitam, quam illi fredum vocant, a se fuisse reis indultam.* Etenim fredum nihil aliud erat, nisi merces compo-

*) Ritus describuntur in lege Salica tit. 63., ubi v. Wendelin. in Glossar. v. *Aluinos fustes.* DUFR.

**) Addit Montesqu. Espr. d. lois 30, 20. p. 59. adn., haec iusta in iudiciis solvenda *faidam* appellata esse, quo tamen sensu vocem nusquam reperi: neque unquam illae sportulae iudicum *bannum* dictae sunt. Quamquam enim *bannitio* idem est, quod in ius vocatio, nunquam tamen *bannum* aliam multam, nisi per magistratus impositam significat. Praeterea Montesqu., ut multi alii, *freda* et *delaturam* confundit.

Digitized by Google

sitas litis et offensorum sive eorum ab ultione privata tutandarum, quia apud Germanos haec mira res evenit, ut ius diceretur ad reos ab ultione eorum, quos iniuria afficerant, muniendos. Quare ubi propinqui nullam vindictam sumere poterant, ne fredum quidem debebatur, quia, ubi nulla vindicta locum habebat, ne tutela quidem opus erat. Quare cum quis fortuito liberum hominem occiderat, lege Langobardorum compositionem solvebat, fredum non item. Cum enim facinus non voluntarium esset, familia vindictam exercere non potuit. Et cum quis ligno vel re manu hominum facta occisus esset, illa res vel illud lignum lege Ripuariorum quasi rea facta in usum propinquorum tradebatur, fredum non solvebatur. Itemque cum brutum animal hominem occidisset, lex Ripuariorum compositionem sine fredo imposuit, quia propinqui eius, qui occisus erat, offensi esse non poterant. Lege Salica puer infra 12 annos natus, cum crimen commisisset, compositione, non fredo multabatur, quia, cum arma nondum ferre posset, ultionem privatam ab eo petere non licebat, nec proinde tutela opus erat, nec fredum, tutelae merces, solvebatur.

Fredum solvebant, qui causa eciderant, eoque praecipua pars redituum eorum, penes quos iurisdictionis potestas erat, continebatur. Propterea a dominis urbium cives cogebantur, ut lites coeptas, etiamsi litem componere malebant, exsequerentur, videlicet ne fredorum iacturam facerent. Fredum plerumque tertiam partem compositionis exaequabat, nec compositione inclusum, sed praeter hanc solvendum erat *). Ratio

*) Pro varia tamen rerum ratione freda modo ultra hanc aestimationem aucta, modo infra eam redacta reperimus. Velut lege Allemannorum caedes liberi intra ecclesiam facta praeter usitatum verigildum 60 solidis ecclesiae, et alteris 60 solidis fisco fredi nomine solvendis luebatur. Porro lege Baiuvariorum verigildum diaconi erat 200 sol., presbyteri 300 sol. Ad hoc verigildum fredum 60 sol. accedebat. Incendia in bonis clericorum per servos facta manuum amputatione et oculis effossis puniebantur: praeterea dominus servi combustione deleta restituere tenebatur. Idem crimen liber homo luebat fredo 60 sol. aureorum, compositione 20 sol., restitutione rerum combustarum et verigildo duplici uniusculusque, qui igne perierat. Vides freda solemnem aestimationem et excedentia et interdum non attingentia. Nam presbyteri compositione 300 sol. usi fredum esse debebat 100 sol. Lex Frisiorum saepe compositionem novies auctam, et praeterea novies auctum fredum a reis erogat.

Digitized by Google

fredorum distribuendorum haec fuit: Comites et Advocati ut tertiam partem multarum (bannorum), ita tertiam fredorum retinebant: reliquae binae partes fisco et abbati vel quicunque potestatem iurisdictionis Clericorum habebat, reddebantur. Rursus inter dominos iurisdictionis id est Regem abbatemque etc. et Ministeriales Comitum atque Advocatorum id est Centenarios et Praepositos partitio binarum illarum fredi partium ita fiebat, ut Ministeriales decimam earum partem retinerent. Lex erat Ripuariorum, a Carolo M. restituta, huiusmodi: *Fredum autem non illi iudici tribuat, qui culpam commisit, sed illi qui solutionem recipit. Tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilisque permaneat.* Hic apparet legendum esse: *non ille iudici tribuat — sed ille qui solutionem recipit* etc. i. e. non qui causa cecidit, fredum iudici tradet, sed ille, qui *solutionem* sive compositionem accipit, et tertiam partem illius compositionis sive illud ipsum fredum, separate a compositione solvendum, is, qui causa vicit, coram testibus fisco i. e. praesidi iudicii tradet. Hoc ideo sancitum est, ne fredum a iudice prius erogaretur, quam compositio exsoluta esset, quod idem Carolus M. observari voluit.

n. De delatura.

Delaturae frequens mentio fit in furtis et damnis bonorum *). In lege Salica illud nomen quovis paene titulo repetitur: velut qui furatus est, *tot denariorum, qui faciant solidos tantos, culpabilis iudicetur, excepto capitali et delatura.* Glossarium vetus: *delatura, fredum.* Verum delaturam et fredum differre patet ex pacto legis Salicae tit. 14. *si puella, quae trahitur, in verbo regis fuerit, propter fredum* 2500 *denarios cogatur* (raptor) *persolvere, excepto capitali et delatura.* Et in lege Anglorum haec sunt tit. 7. §. 2. *qui scrovas sex cum verre furatus est, in triplum componat et delaturam sol.* 7 *et in freda totidem.* Adde §. 3. Cuiacius et alii delaturam putant fuisse multam, qua mora et dilatio rei furto ablatae vel damno affectae compensaretur. Invenerant enim *dilaturam* in Pithoei et Lindenbrogii editionibus legis Salicae, ubi in pacto legis Salicae legitur *delatura.* Itemque editio

*) v. Luden. Hist. Gent. Germ. Vol. 3. p. 739.

Digitized by Google

Ripuariae legis, ab Heroldo curata tit. 35. §. 3. *dilationem* habet, ubi Lindenbrogius *delaturam* habet: *et ille qui intertiavit, furtum et dilationem ab eo requirat, qui solvere coepit.* At §. 4. legitur *capitale et delatura.* Alii *delaturam* accipiunt expensas litis fuisse, easque aiunt a reo compensandas fuisse adversario. Qui autem in unis rebus furto ablatis vel damno affectis ea compensatio fieret? quidni item in aliis causis? unde denique expensae litium? quae nullae erant in antiquissimo jure Germanorum: neque enim quidquam scripto agebatur; scabinis nullae pecuniae diurnae dabantur, sed *servilio placiti*, ut reliquis Vassis, ita praescriptum erat munere suo fungi, ut ne verigildum quidem eorum, dum in munere versabantur, nugeretur, quod tamen fiebat aliis, dum in armis vel alio officii genere essent. Nec Comes aut Advocatus praeter tertiam partem multarum (bannorum, heribannorum) et fredorum quidquam ferebat, nec Ministerialibus praeter decimam suam bonum ullum, quod munus suppeditaret, erat. Itaque mihi quidem in Cuiacii sententia acquiescendum esse videtur.

3. Tacitus Germ. c. 26. et Caesar B. G. 6, 22. de arvis per annos mutatis.

Germanos non vagatos esse, ut Scythas, sed fixas sedes tenuisse, ni verum est, omnia, quae ex Caesare et Tacito cognita sunt, fallere necesse est. Et tamen illi narrant, a Germanis arva per annos mutata et agros quotannis repetita partitione gentibus cognationibusque hominum attributos esse. Caesaris verba haec sunt: *agriculturae non student, maiorque pars victus eorum in lacte, caseo, carne consistit: neque quisquam agri modum certum aut fines habet proprios, sed magistratus ac principes in annos singulos gentibus cognationibusque hominum, qui una coierint, quantum et quo loco visum est, agri adtribuunt atque anno post alio transire cogunt.* Apud Tacitum haec sunt: *agri pro numero cultorum ab universis in vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.* Hae sunt annuae vices partitionum. *Arva per annos mutant, et superest ager; nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent et hortos rigent; sola terrae seges imperatur.* Haec est arvorum annua mutatio, quam Horatius 3. Carm. 24, 14. illustrat. Ludenii sententia est, omnem agrum praeter

Digitized by Google

curtem sive *salam*, ubi dominus habitabat, publicum fuisse, hunc et partitione et cultura per annos ita mutatum esse, ut proximo quoque anno terrae partes, quas superiori proximo anno araverant, incultas iacere sinerent, et fortasse (addiderim) agri, qui superiori arati essent, proximo anno pascuis inservirent. Proinde etiam hobae sive agelli colonorum et servorum mutabantur, nec quidquam proprium erat et hereditatis iure relinquebatur, nisi *terra Salica*, quae dicitur in lege Salica, quamque Tacitus significat verbis: *suam quisque domum spatio circumdat.* Idque confirmari videatur lege Ripuaria, quae tit. 56. §. 3. eandem terram, quam Salica lex Salicam, *aviaticam* appellat: *sed dum virilis sexus extiterit, femina in hereditatem aviaticam non succedat.* In hac re tamen non unum est, quod dubitationes moveat: velut colonos novimus circa dominos, certe prope eos habitasse: atqui si per annos arva mutarentur et nova agrorum distributio fieret, aut colonos et servos saepe a dominis removeri opus erat, aut terra ipsa quoque Salica in partitionem venisse putanda est, neque eam exceptam esse aut Caesar aut Tacitus memoriae prodiderunt; imo ex verbis Caesaris: *gentibus cognationibusque hominum, qui una coierint* (i. e. familiis gentibusque), apparet, una cum suis patremfamilias quotannis migrasse. Neque terram Salicam in lege Salica, quae Montesquievii opinio est, agellis colonorum, sed tanquam alodia possessionibus feodorum lege concessis ex adverso poni existimo. Quod autem Ludenius partitionem annuam agrorum per dominos fundi inter colonos factam esse opinatur, neque ratio reddi potest, cur ea partitio fieret (neque enim eae rationes, quas Caesar a Germanis allatas esse narrat, de quibusque paulo inferius dicam, colonis conveniunt), et aperte auctoritas utriusque scriptoris Romani repugnat, qui partitionem per magistratus Germanorum factas esse disertis verbis testantur. Adde quod nulla satis idonea causa cogitari potest, cur Germani per annos arva mutaverint, nisi forte haec una, neque tamen illa sufficiens, quod, quum plerique vitam pastoriciam agerent et minus agriculturae studerent, plus soli opus habebant ad pascenda pecora et propterea multum agri cessare voluerunt, unde simul hoc commodi ceperunt, ut agri novales, quibus aliquamdiu pro pascuis usi essent, stercoratione ad futuram arationem meliores redderentur. Quod enim quidam existimant, ideo a Germanis quotannis

Digitized by Google

agris requiem datam esse, quod stercorationis rationem non magis nossent quam Scythae, id refellit Plinius H. N. 17, 4. 49, qui certe Gallorum, in his Trevirorum et Ubiorum rationem stercorandi et arandi laudibus praedicat, unde improbabile fit, finitimos illis transrhenanos populos ne initia quidem agriculturae cognita habuisse.

Si igitur et terra Salica et agelli colonorum in partitiones venerunt, negandum nempe erit, Germanis firmas sedes fuisse, sed eos nomadum more cum uxoribus et liberis, cum armentis gregibusque terras pervagatos esse, quod ita abhorret ab omnire Germanorum per scriptores veteres tradita, ut nihil magis. Adde quod cum libertate eius gentis minime convenit, eos qui nullos magistratus nisi iudices in pace agnoscerent, et ab eis in quaque re magis suadendi auctoritate quam iubendi potestate regerentur, se quotannis ab iisdem agris et possessionibus ac domibus amoveri passos esse, quum praesertim talium annuarum mutationum nulla necessitas esset et Tacitus eos *coluisse* dicat *discretos ac diversos, ut fons, ut campus, ut nemus placuerit.*

Quare videndum, ne his verbis Caesaris B. G. 6, 23. ad veram rationem earum arvorum mutationum ducamur: *civitatibus maxima laus est, quam latissimas circum se vastatis finibus solitudines habere. Hoc proprium virtutis existimant, expulsos agris finitumos cedere, neque quemquam prope audere consistere: simul hoc se fore tutiores existimant, repentinae incursionis timore sublato.* In eiusmodi vastatorum finium solitudinibus consentaneum est custodes impositos fuisse, eosque e iunioribus, quibus nulladum rerum domesticarum et uxorum liberorumque cura esset. Quae de Germanis Caesar memoriae prodidit, ea pleraque de Suevis Ariovisti, quos accuratius cognoverat, dicta esse putanda sunt: inde Tacitus hausit, quae de universis Germanis praedicat. Certe si de confiniis Suevorum per iuvenes custoditis dicta a Caesare Tacitoque intelligas, sponte apparebit, quare ab iis quotannis ager novalis relictus et nova agrorum distributio facta sit. Noluerunt enim solitudinem paulatim in cultos tractus converti, id quod vitari nequibat, nisi illis annuis mutationibus. Sed audiamus ipsos Germanos: *eius rei multas adferunt causas: ne adsidua consuetudine capti studium belli gerundi agricultura commutent, ne latos fines parare studeant potentioresque humiliores posses-*

Digitized by Google

gianibus expellant, ne adcuratius ad frigora atque aestus vitandos aedificent, ne qua oriatur pecuniae cupidilas, qua ex re factiones dissensionesque nascuntur, ut animi aequitate plebem contineant, quum suas quisque opes cum potentissimis aequari videat *).

Haec confinia Suevorum illi ipsi decumates agri erant, qui dicebantur, patebantque ad angulum, quem Almonus in Danubium influens efficit, et inter superiorem cursum Nicri ac Danubium, inter Rhenum et Nicrum, denique inter Rhenum et inferiorem cursum Moeni, de quibus agris Tacitus Germ. c. 29. sic: *non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans Rhenum Danubiumque consederint, eos qui decumates agros exercent: levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere; mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur* **). Et Caesar B. G. 4, 3. *Publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros: hac re significari, magnum numerum civitatium suam vim sustinere non posse. Itaque una ex parte a Suevis circiter milia passuum* DC *agri vacare dicuntur*, ubi cum Lipsio legerim *milia passuum* LX, Atque eiusmodi deserta confinia etiam in interioribus Germaniae fuisse, verba Caesaris initio adscripta docent. Quin Ludenius Chattuarios et Angrivarios et Ansibarios nihil esse putat nisi nomina custodum finium Cheruscorum partim contra Cattos (Chattuarios), partim versus Amisiam (Ansibarios), partim campos (Anger) versus (Angrivarios). In eis campis Chaucos habitasse dicit. Syllabas *uarii*, *varii*, *barii* ab eadem radice ducit, quae sit in voce Wehr (ger, war), et comparat Barones (Farones) i. e. bellatores. Haec eo confirmari addit, quod quo tempore Cherusci et Catti amicitia iuncti erant, nulli Chattuarii memorantur, contra Angrivarios prodire, qui pugnarent adversus Chaucos, qui cum legionibus Romanorum iuncti militarent. Unde colligit, universas illas tres nationes, quarum nomina illis syllabis terminantur, Cheruscos eosdemque Cheruscorum finium custodes fuisse ***). Addit Ludenius, eius-

*) Caesar B. G. 6, 22.

**) De hoc limite v. Wilhelm. Germ. p. 290 sqq.

***) Nec tamen in his omnibus cum Ludenio consentiam: neque enim omnia cum memoria rerum conveniunt. Et de Chattuariis

Digitized by Google

dem generis custodes finium Cattis fuisse *), eique in universum omnes germaniae, vel ab omni inde tempore vel ex quo a Romanis periculum imminebat, ad tuendos fines civitatum custodes collocasse videntur, qui primae hostium propulsationi sufficerent, donec pagi certiores fierent et sub ducibus congregarentur. Nam cum vici singuli dissiti et dispersi essent, et patresfamilias domesticis negotiis praeessent, prospici debuisse, ut spatium parandi belli fieret. Eodem ex genere custodum Marcomanni fuerunt, ut nomine ipso significatur. Hi inter Suevos semper in armis erant; pars agros colebat, unde omnes alerentur, pars arma gerebat. Idque per vices annuas omnes agebant, ut omnes utrique negotio apti manerent: quapropter nulli quidquam proprium erat. His quotannis denuo agri distribuebantur, hi per annos arva mutabant, et non ii, qui intra fines suos in pace agebant. Quod autem Tacitus dicit *secundum dignationem* agros distributos esse, puta prout quis e magistratibus principibusque, e liberis, vel colonus servusque fuit, denique pro sua quemque compositione (nam ea apud antiquos Germanos dignatio fuit) agri modum accepisse. Ait Caesar, *gentibus cognationibusque hominum* agros distributos esse: etenim ut omnibus antiquis populis, ita Germanis morem fuisse constat, tributim et familiis una cum liberis, colonis et servis quemque suis in acie collocari, itidemque vicos disposuisse atque agros assignatos habuisse putandi sunt. Denique magistratus, qui agros attribuebant, intellige eos, qui bellis praefuerunt i. e. praefectos pagorum et civitatum.

---

quidem v. Wilhelm. Germ. p. 189. 190. Angrivarios idem p. 162. demonstrat fere semper fidissimos Chaucorum socios et serius sub nomine Engern in foedere Saxonum fuisse. Proinde non, quae Ludenii sententia est, Chaucis oppositi finium custodes fuere. Neque serius post Angrivarios Chattuarios extitisse memoria rerum comprobatum reperio. Ansibarios utique Wilhelm. p. 134 sq. docet Cheruscorum clientes fuisse, ut putes eos Cheruscorum ὑπηκόους intelligendos esse, quos Strab. 7. p. 447. B. Alm. dicit. Serius sub Nerone a Chaucis repulsi Ansibarii in interiora terrae Cheruscorum se receperunt, et postea inter Francos comparent.

*) v. Tacit. Germ. c. 31. coll. Luden. Hist. Gent. Germ. Vol. I. p. 734.

Digitized by Google

4. Tacitus de Germ. c. 13. *Nihil neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt.*

„Rudes populi," ait Montesqu. *), „qui non admodum agriculturae student, nullos, si verum spectes, proprios agros habent, et magis iure gentium, quam civili vivunt, quo fit ut semper armati eant et Germanos Tacitus negat quidquam vel publicae vel privatae rei sine armis suscepisse. Plausus concussis frameis edebant, matrimonia inibant dotis loco oblatis armis, filios adoptabant traditis armis, armis manumittebant, quum armis ferendis idonei essent, in comitia inducebantur. Scuto frameaque ornati pueritia excedebant, non iam familiis sed reipublicae coniuncti **). Idemque mos servatus est per totum medium aevum. Aquilae, ait Theodoricus rex Ostrogothorum, teneris infirmisque foetibus cibos ore suo conferre desinunt, quam primum pennae et ungues eorum ad iustam magnitudinem creverunt. Tum non iam aliena ope egentes ipsi praedatum exeunt. Indignum nobis sit, iuventutem nostram, quae in exercitu est, aetate infirmiorem haberi, quam ut bona sua ipsi administrent et vitam moderentur. Fortitudo apud Gothos maturam aetatem affert. Sic Theodoricus. Childebertus II. quindecim annos natus erat, quum eum Guntramus avunculus et sui iuris esse et ipsum regnare posse declaravit. Intelligitur ex lege Ripuariorum, aetate quindecim annorum iuvenes et publice armis ornari et sui iuris esse coepisse. Mortuo, verba legis sunt, vel occiso Ripuario filius superstes, nisi quum annos quindecim expleverit, in iudicio ad arma nec provocare nec provocari poterit. Tum ipse causam suam defendet, vel Campionem sistet. Apud Burgundiones, qui et ipsi probatione per iudicium duellicum uterentur, matura aetas item a quinto decimo anno incepit. Agathias refert arma Francorum levia fuisse: hinc eo tempore mature sui iuris fiebant: postea arma graviora gerebant, idque iam Caroli M. aetate, ut patet ex Capitulariis et fabulis Romanensibus. Qui feudo fruebantur et proinde officia pro eo praestare (das Lehen*

*) Espr. d. lois 18, 26. 27. 28.

**) Tacit. Germ. c. 13. *sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit; tum eum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater, vel propinquus scuto frameaque iuvenem ornant. Haec apud illos toga, hic primus iuventae honos: ante hoc domus pars videntur, mox reipublicae.*

Digitized by Google

su bedienen) tenebantur, tum non sui iuris fiebant nisi viginti unum annos nati; qui sine feudo erant, usque quindecim annos nati plena aetate habebantur. Annos viginti unum natus Ludovicus Sanctus matura aetate esse coepit. Edicto Caroli V. anni 1374. haec res mutata est *)." Addit Montesqu.: „Ante maturam aetatem Germani concilium publicum non adibant. Ante hoc tempus familiae, non civibus in republica versantibus attribuebantur. Hinc liberi Chlodomiri, regis Aurelianensis, qui Burgundia armis potitus est, non prius reges proclamati sunt, quia tam tenera aetate nondum in comitia regni induci poterant. Non igitur reges fuerunt, sed fiebant, quum armis ferendis idonei declarati essent. Interea Chlotildis avia regnum gubernabat. Chlotarius et Childebertus avunculi faucibus eorum laqueo elisis regnum inter se partiti sunt. Hoc facinore effectum est, ut protinus non plena aetate filii regum reges proclamarentur statim post obitum patrum. Ita Gundeboldus Dux Childebertum II. ab immanitate Chilperici servatum regem quinque annos natum proclamandum curavit. Verum vel post hanc mutationem ex sensu nationis agebatur, ita ut acta publica non nomine regis, ut nondum sui iuris, fierent. Erat enim apud Francos duplex rerum administrandarum ratio, altera ad pupillum, altera ad regnum pertinens. Quapropter in re feodali quoque distinctio facta est inter tutelam et administrationem feodi (baillie). Quemadmodum autem apud Germanos matura aetas declarabatur ornatu armorum, ita armis adoptiones fiebant. Cum Guntramus Childebertum fratris filium sui iuris et simul filii loco esse vellet, data in manus Childeberti hasta, *hoc est*, ait, *indicium*, *quod tibi omne meum regnum tradidi* **).

*) Vit. Ludovici Pii a. 791. *Patri regi rex Ludovicus ad Ingelheim occurrit, indeque Renesburg cum eo abiit, ibique ense iam appetens adolescentiae tempora accinctus est.* A. 817. *Dominus Imp. filium suum Carolum armis virilibus id est ense cinxit, corona regali caput insignivit* etc. Nonnunquam plenae aetatis declaratio fiebat induendo plenam armaturam. Ordericus Vitalis libr. 8. de Henrico, serius rege Angliae eius nominis primo loquens; *Hunc*, ait, *Lanfrancus Dorobernensis episcopus, dum iuvenile robur attingere vidit, ad arma pro defensione regni suatulit, eumque lorica induit, et galeam capiti eius imposuit, eique ut regis filio et in regali gemmate nato. Militiae cingulum in nomine Domini cinxit.*

**) Gregor. Turonens. 7. Hist. 33.

Digitized by Google

Et ad concilium conversus, *Videtis*, ait, *Childebertum filium meum virum factum esse: cuius tam imperata obedienter facite.* Theodoricus, rex Ostrogothorum, regem Heralorum pro filio adoptaturus ad eum haec scripsit: Praeclare institutum est, quod per arma adoptiones fieri possunt; nam soli fortes viri digni sunt qui liberi nostri dicantur. Tanta in hoc ritu vis est, ut, in quo observatus sit, is mori malit, quam pudendum quidquam committere. Proinde more institutoque nationum, et quia vir es, te adoptamus per haec scuta, hos enses et equos, quos tibi mittimus *)."

Restat, ut quos Montesquievius omisit ritus matrimoniorum explicem. Oblata *veste bellica* antiquissimi Germani sibi uxores deposcebant. His armis procorum (Heergeräthe, Streitzeug) medium aevum varia nomina imposuit. Dithmar. ad Taciti Germ. p. 111. 185. 186. *Hariratdam*, rem coelo toto distantem, cum eo, quod Heergeräthe dicitur, confudit, et insuper hereditatem vestis bellicae dictam esse Heergewette sive Herwede falso adfirmavit. Res enim ita habet: quod patrio sermone Heergeräthe dicitur, id in lege Thuringorum *lorica* et *vestis bellica* audit. Lex Anglorum et Werinorum tit. 6. §. 5. *Ad quem hereditas terrae pervenerit, ad illum vestis bellica id est lorica et ultio proximi et solutio leudis debet pertinere.* Porro haec sunt in Constitutione Henrici III. Imp. de Iustitia Bambergensium Militum ap. Goldastum libr. 1. Constitut. Imperialium: *si absque liberis obierit et uxorem praeguantem habuerit, expectetur, dum pariat. Et si masculus fuerit, ille habeat beneficium* (das Lehen) *patris. Si non, proximus agnatus defuncti loricam suam vel equum, quem meliorem habuerit, domino suo offerat et beneficium cognati sui accipiat. In expeditionem iturus ex suo sumpte ad dominum veniat; deinceps ex eius impensa alatur. Si expeditio in Italia est, per singulas loricas unum equum det et tres libras.* Pro singulis igitur loricis i. e. familiis *senior* sive possessor feodi ad expeditionem Italicam equum et tres libras providebat. Aliud nomen armorum procorum erat *expeditoriae res*, velut in Speculo Saxonum. Lingua patria ipsa arma, et

*) Adoptare pro filio apud Francos licebat, si quis ipse liberis orbus esset. Serius adoptio fiebat facta ante regem vel Comitem et Scabinos vel Missos Dominicos cessione bonorum, ut intelligitur ex Capit. Caroli M. 6, 207. Pithoe.

Digitized by Google

non hereditas (Beerbung) eorum dicebantur Heergewette ab Heer et Gewett i. e. pignus sive quod in belli et militiae suscipiendae pignus heredi relinquebatur. Etenim heredis vestis bellicae erat, vindictam familiae exercere. Denique appellabatur eadem Herwede. v. Dithmar. ad Tacit. Germ. p. 111. 186. init. ibidemque locum Leibnitii. Illud officium heredum vestis bellicae antiquissimus mos fuit. Tacitus refert, non filium natu maximum vestem bellicam hereditate accepisse, sed robustissimum, validissimum, fortissimum. Facile ex moribus Germanorum explicari potest, cur ab iis hoc ius successionum receptum fuerit. Etenim in possessione vestis bellicae inhaerebat, ut dixi, officium vindictae propinquorum, et verigildi pro iis propinquis exsolvendi, qui ipsi non solvendo essent. Atqui cum dominio fundi lege Thuringorum, ut vidimus, heres vestem bellicam defuncti et officium illud vindictae ac verigildi accipiebat: dominum autem fundi, si alodium esset, militiae in germania sive exercitu regio; si feodum esset, in praesidiis senioris sustinendae obstrictum fuisse constat. Quod si igitur unus tantum heredum marium supererat, hic post plenam aetatem, sive cum quindecim annos explevisset, vestem bellicam obtinuit. Sin plures heredes masculi sexus superstites erant, antiquissimo more non semper natu maximus obtinebat, sed ita tantum, si idem robustissimus et fortissimus esse videretur. Nam ius natu maximorum (primogenituram) ea aetas nondum noverat: id demum post feoda hereditatis iure propagata evaluit; haec autem feodorum hereditas non ante Carolum Calvum publice lege constituta est. Sub prima familia regum Francorum nondum illam aetatis praerogativam agnoscebant. Sicut regna inter fratres dividebantur, ita inter se fratres alodia partiebantur. Feoda etiamtum renuntiari licebat, vel in vitas singulas mandabantur: unde sequitur, ea hereditate prodi nondum potuisse. Sub secunda familia regum Francorum titulus Imperatorius, quem Ludovicus Pius gerebat, et quem in Lotharium filium natu maximum contulit, effecit, ut filii natu maximi quasi quendam principatum inter iuniores fratres esse putarent. Hoc igitur titulus Imperatorius effecit: ius natalium Lothario esse nemini in mentem venit. Quum vero feoda hereditate relinqui coepissent, ius natu maximorum etiam in hereditate feodorum eodem modo, quo in successione

Digitized by Google

regnorum, evaluit: haec enim successio semper exemplum feodorum sequebatur, quum hominum opinione regnum quasi maximum feodorum esset. Vetusta lex partitionis hereditatum abrogata est. Pro feodis militia praestanda erat: possessorem ergo feodi oportebat ad militiam illam faciendam idoneum esse. Eo factum est, ut ius natu maximorum et praedia, quae unus natu maximus in familia possideret (maioratus), instituerentur, quod idem transiit etiam in successiones regnorum et vestium bellicarum, quas natu maximi filii obtinebant.

Itaque reperimus in legibus Henrici I., regis Angliae, loricam sive vestem bellicam hereditate ad filios natu maximos pervenisse, quia eiusdem erat in exercitu regis militare, et plerumque ea militia a natu maximo in familia certius exspectari poterat. Quod si filius natu maximus clericus factus esset, natu post eum maximus hereditatem illam accedebat. Quod si filii deficerent, inter agnatos natu maximus in eorum locum sufficiebatur. His quoque deficientibus ad *indicem* i. e. Comitem sive fiscum, ut omnis alia hereditas, cui nemo heres naturalis esset, ita lorica pervenit. Testamentorum enim usus in antiquiore Germania nullus erat; donatione autem loricam abalienare non licebat. Sic fiscus heres fiebat libertorum orborum; idem lege Baiuvariorum, ubi nulli septimo gradu tenus propinqui superstites, nec ab defuncto donatio facta esset. Porro qui liberum virum occidisset, verigildum propinquis occisi, si qui supererant, pendebat; sin occisus nullos propinquos reliquisset, interfector eadem lege multam sive compositionem Duci vel Seniori suo exsolvere tenebatur *).

Quum nova familia condenda esset i. e. si filius domo paterna relicta uxorem in matrimonium duceret, una cum foco recens posito nova lorica inferri debebat. Sponsa lege Ripuariorum viro dotem non offerebat, sed vir tum demum uxorem ambiebat, cum familiae condendae et vesti bellicae parandae par esset. Erat autem is mos antiquissimus, ut maritus sponsae praeter alias res instrumenta militaria afferret, teste Tacito de Germ. c. 18. *Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. Intersunt parentes et propinqui ac munera probant,*

*) Montesqu. Espr. d. lois 30, 22. p. 66 sq.

Digitized by Google

munera non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. In haec munera uxor accipitur, atque invicem ipsa aliquid viro adfert. Hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales deos arbitrantur. Ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur, venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque. Hoc juncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. Sic vivendum, sic pereundum, accipere se quae liberis inviolata ac digna reddat quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur *). Quod autem uxor marito afferebat, id medio aevo *Faderfium* i. e. bonum paternum (a *feod*, bonum, et *Fader*, Vater) dici solebat. Vox est Langobardica, quae in glossis Bretianis per vocabulum *dos* explicatur. Lex Langobardorum libr. 1. tit. 9. §. 12. *et si filios de ipsa muliere habuerit legitimos, habeant filii morgingap et faderphium suae matris.* libr. 2. tit. 14. §. 5. *tunc illa vidua, quae in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi morgengab et metkium: de fadergo autem, id est de alio dono, quantum pater aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulaverit, mittat in confusum cum aliis sororibus.* libr. 2. tit. 1. §. 4. *habeat ipsa mulier morgengab et quod de parentibus eius adduxerit, id est Phaderphium* **).

Alio loco (cap. 32.) Tacitus ita loquitur: (apud Tenchtheros) *inter familiam et penates et jura successionum equi traduntur* i. e. bei den Tenchtherern (die vorzüglich Pferdezucht trieben, und am liebsten zu Pferde stritten) waren ein vorzüglicher Theil des Heergeräthes Pferde. Verba *inter familiam et penates* convertenda sunt: im Familienrath, ut patet ex altero loco cap. 18. *dotem non uxor marito, sed uxori marilus adfert; intersunt parentes et propinqui ac munera*

---

*) Relativum *quae*, quod ante *nurus* est, a praegresso *digna* pendet; sensus autem hic est: die Bedeutung ist, dass sie erhalte, was sie ihren Kindern unentehrt und würdig überliefern soll, dass es einst (bei der Verehlichung des Sohnes, ihres Erben) die Schwiegertochter annehme und auf ihre Enkel fortpflanze.

**) Vid. Sibrandum a Sicama ad legem Frisionum tit. 15.

Digitized by Google

probant. Etenim parentes et propinqui coniugium assensu suo comprobare et sponsalibus interesse debebant *). Verba *et* (inter) *iura successionum* converto: unter dem zu vererbenden Gut, unter dem Erbe des Hauses i. e. hoc loco: unter dem Heergeräthe. Addit Tacitus de eo, quod maritus uxori dotis loco adfert in novam familiam: *hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos coniugales deos arbitrantur.* Ex his verbis cognoscitur, suppellectilis castrensis illationem necessarium coniugii legitimi signum ac documentum fuisse, sicut apud Atticos dos (προίξ), necessario ad coniugium legitimum, quod a concubinatu et contubernio differret, legibus patriis requirebatur. Tacitus praeterea dicit, oblatam vestem bellicam apud Germanos fuisse loco Romanae confarreationis (nam ea sunt *arcana sacra*, quae ex nostro usu loquendi dixeris Trauung und Einsegnung); et illis utensilibus bellicis illatis coniugium significat tanquam ritu sacro sancitum esse: *hos coniugales deos arbitrantur*, et paulo post hanc apparatus bellici oblationem propterea dicit *incipientis matrimonii auspicia.* Probabile mihi videtur, vesti bellicae suum in domo et proprium, illumque quasi sacratum locum fuisse, quem pollui et *hariraida* i. e. hostili irruptione violari causa videbatur, in qua existimatio patrisfamilias bellatoris ageretur, quod crimen adaucta compositione multatum esse saepe legitur. Eodem loco, de quo agimus, Tacitus mentionem facit hereditatis mulierum, quae ad filias familiae pertinebat, certe ex lege Thuringorum, Langobardorum, lege Salica, quae strictiori sensu dicitur, et aliis **). Ea medio aevo dicebatur *Rhedo*, *Gerada* i. e. Geräthe, itemque *Spolia colli.* Speculum Saxonum libr. 3. art. 15. §. 3. *qui expeditorias res hoc est arma bellica postulet, agnatus ex parte gladii* (des Mannes) *esse debet; ad utensilia vero seu Geradam cognatus id est ex parte fusi seu mulieris duntaxat admittitur.* Quod hic *Gerada* appellatur, in Iure municipali (Weichbild) Magdeburgi art. 23. 26. 57. 58. *paraphernae* dicitur: Paraphernas (ibi est) intellige *omnes vestes muliebres, incisos pannos et telam itidem caesam ad*

*) v. Dithmar. ad Tacit. Germ. p. 108.

**) De lege Salica adi Montesqu. Espr. d. lois 18, 22. p. 263 sqq. coll. Tacit. Germ. c. 20., qui locus egregie illustratur p. 267.

Digitized by Google

usum mulieris et ea quae pro ornatu deferre solent mulieres etc. Lex Anglorum et Werinorum c. 7. §. 3. *qui ornamenta muliebria, quod Rhedo dicunt, furto abstulerit* etc. Eadem lex tit. 6. §. 6. *mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filiae vero spolia colli, id est murenas, nuscas, monilia, inaures, vestes, armillas, vel quidquid ornamenti proprii videbatur habuisse.* V. Dithmar. ad Tacit. Germ. p. 111. 187. Nempe Gerada pars erat faderfii, quod dicebant.

Digitized by Google

ACCUSATIVI NOMEN QUID TANDEM SIBI VELIT:

SCRIPSIT

F. A. TRENDELENBURG

PH. DR. PROFESSOR PUBL. EXTRAORD. IN UNIVERSITATE LITERARIA FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI.

Digitized by Google

Ὅς ἂν τὰ ὀνόματα εἰδῇ, εἴσεται τὰ πράγματα. **Plato.**

Digitized by Google

Ab admiratione, quippe quae animum et excitaret et intenderet, veteres philosophi cognitionis originem repetiverunt. Admirationi autem consuetudine nihil est infestius. Usus enim quaerendi quasi stimulos ita obtundit, ut animos quotidiana nihil moveant, insolita tantum percellant. Unde quae pueris tanquam necessaria inculcata sunt, vix viri intelligimus. Adeo inveterarunt, ut quasi a natura innata per se patere putentur. Quorum in numero quum nonnullas ex grammatica notiones collocandas esse censeamus, nunc quidem accusativi nomen inquirendum proponimus.

Reliqui casus dum ex re appellantur, accusativi nomen tantis angustiis premitur, ut, quidni a quovis alio transeundi verbo tractum sit, non temere mireris. Quo enim iure accusandi notio quartum casum tanquam suum occupavit, eodem profecto tot fere sibi vindicare possunt, quot agendi potestatem habent ad res pertinentem. Accusativi vis dum latissime manat, nomine quidem suo arctissime cogitur. Qui casibus grammaticis nomen finxerunt, eorum in ceteris iudicii elegantiam et subtilitatem agnosces, in accusativo prorsus desiderabis. Errant enim, qui eiusmodi exemplis ducti nomina grammatica nihil nisi meros, quos vocant, terminos technicos esse voluerunt, tanquam signa adscita, non illa quidem ex rei natura depromta, sed extrinsecus rebus imposita. Sunt quidem alii, qui verba tanquam numos valere arbitrentur, ut, dum ne in vitae commercio recusentur, quid per se valeant, nihil intersit. Sed cum his, quoniam omnem verborum scientiam evertunt, non est quod pugnemus.

Accusativi nomen antiquitus traditum est. Iam enim Varro d. ling. lat. VII. 37. casum accusandi appellat. Accusativum tanquam rem notam affert Quintilianus inst. orat. VII. 9. amphiboliae genera percensens: „*Accusativi* geminatione facta amphibolia solvitur ablativo: ut illud, Lachetem audivi percussisse Demeam, fiat, a Lachete percussum Demeam.“ Isidorus (origin. I. 6.) vocis interpretationem in expedito habet; ait enim, „accusativus, quia per eum aliquem accusamus.“

Digitized by Google

Nihil quidem verius, sed etiam nihil insulsius. Etenim quid tandem est, quod per hunc casum non facias? ita ut ex innumeris hanc unam accusandi actionem tanquam nominis notam eligere absurdum esse videatur. Eodem fere modo Priscianus in lib. V. p. 671. ed. Putsch.: „Quarto loco est accusativus sive causativus, accuso hominem et in causá hominem facio.“ Diomedes, quem alioquin accusativum dicit, in accusandi vi detentus etiam inousativum appellat (lib. I. p. 296. Putsch.): „*Incusativi* idiomata, quae ex verbis nascuntur et per incusativum efferuntur, accuso adulterum, insimulo illum etc.“ Alcuinus in grammatica p. 2100. Putsch.: „Accusativus quartum sibi locum usurpat, quia ad inimicos saepius profertur.“ Quod genus ludit etiam Priscianus l. l. Martianus Capella (III. p. 55.) re festive inversa *laudativum* dixisse fertur. Scilicet nomen ita convenit, ut contrarium aeque quadret.

Rem igitur altius repetamus. Casuum nomina e Graeco in Latinum conversa sunt, idque, si reliqua contuleris, fere ad verbum. Ita πτῶσις casus, ὀνομαστικὴ nominativus, δοτικὴ dativus, ὀρθὴ rectus, πλάγιαι obliqui. Apud Aristotelem πτῶσις omnem terminationis mutationem comprehendit, ut nomini et verbo communis sit [1]). Nulla apud Aristotelem casuum diligenter inter se distinctorum certa documenta [2]). Apud Diogenem Laertium in Zenonis vita, quo loco universae Stoicorum doctrinae primae lineae ducuntur, casuum obliquorum nomina reperimus [3]). De casuum et recti et obliquorum genuina potestate Stoicos et Peripateticos dissensisse, Ammonius Hermiae auctor est [4]). In prima illa, quae nobis exstat, arte grammatica, a Dionysio Thrace, Aristarchi Alexandrini discipulo, haud dubie conscripta [5]), casus grammatici, quo solent, ordine enumerantur [6]). Apollonii Dyscoli temporibus (floruit

1) Cf. praeter locos a Io. Classen de grammaticae Graecae primordiis p. 64 sq. allatos Aristot. categ. c. 1.

2) Cf. d. interpr. c. 2.

3) Diog. Laert. VII. §. 65. *πλάγιαι δὲ πτώσεις εἰσὶ γενικὴ καὶ δοτικὴ καὶ αἰτιατική.*

4) Ad Aristot. d. interpret. c. 2. p. 19. ed. Ald.

5) Cf. quae argumenta Io. Classen de gramm. Gr. primord. p. 81 sqq. acutissime contulit.

6) Apud Fabric. in bibl. Gr. V. c. 7. ex ed. prior. VII. p. 30., apud Bekker. in anecdotis Gr. II. p. 636. *Πτώσεις δέ εἰσιν ὀνομάτων πέντε ὀρθή, γενική, δοτική, αἰτιατικὴ καὶ κλητική.*

Digitized by Google

autem Alexandriae Hadriano et Antonino Pio imperatoribus) casuum grammaticorum nomina adeo iam in communem vitae usum abierunt, ut apud hunc nominum definitionem frustra quaesiveris. Itaque qui accusativi nominis rationem perspicere voluerit, ad *αἰτιατικὴν* remittetur, eamque fortasse, si quidem casus Stoicis deberi videntur, e Stoicorum disciplina ducendam.

Αἰτιατικὴ igitur duplicem interpretationem admittit, alteram ab accusando, alteram a causae notione repetitam. Quarum priorem Latini secuti sunt, ita quidem, ut, dum casus potestas in amplissimo linguae ambitu regnat, nominis vim ab uno eoque remotissimo angulo traherent. Quam viam si tenere velis, uno certe argumento tueri possis. Neque enim aliter genitivum a gignendo, dativum a dando, utrumque ab una innumerorum verborum specie appellatum esse contendas. At vero utriusque nominis plane alia est ratio. Genitivus, quem Graeci *πτῶσιν γενικὴν* dixerunt, genus indicat, a quo quid ducitur, ut hoc nomine universus, qui nunc vocatur, genitivus attributi haud inepte significetur. Quo pertinent Dionysii Thracis verba (l. l.): *ἡ δὲ γενικὴ κτητικὴ καὶ πατρική*. Unde quidem antiquissimos grammaticos primam genitivi originem non a verbis, quae eiusmodi casum ex ipsarum notionis necessitate requirunt, sed a substantivis illis, quae casum secundum sibi adsciscunt, derivasse facile patet. Quod num recte fecerint, quaeri potest; nomini vero iustam potestatem nemo extorquebit. Dativus a dando, quemadmodum *δοτικὴ* a verbo *διδόναι*, appellatus est; quo quidem nihil ad rem accommodatius fieri potuit. Dativus enim, si accusativus in re, quae vel efficitur vel patitur, versatur, personae, ad quam verbi actio pertinet, indicandae inservit. Quod verbi actione quasi porrigitur et datur, id a persona, quae in casu dativo ponitur, tanquam suum accipitur. Unde nisi dandi et accipiendi notitia mutua societate tenerentur, casum acceptivum potius quam dativum dicere liberet. In qua personae accipientis notione dativus ita proprium habet domicilium, ut, ubi res in dativo collocantur, hominum instar vitam et voluntatem induant. Itaque genitivi et dativi nominibus suus stat honor eorumque conditio ad accusativum tuendum advocari nec debet nec potest. Audias alios accusativum ita defendentes, ut *κατηγορίας* ab accusatione ad alium plane logicorum usum translatas tanquam simillima exempla

Digitized by Google

obiiciant. Quorum ratio iam dudum explosa est. Tantum enim abest, ut logicorum *κατηγορία* ab infesta accusatione ducta sit, ut praepositio, quae inest, *κατὰ* nihil nisi meram referendi et praedicandi vim habeat.

Accedamus igitur ad alteram, quam supra significavimus, *αἰτιατικῆς* interpretationem. *Αἰτιατικὸν* ita a vocabulo *αἰτιατὸν* descendit, sicut *νοητικόν*, *αἰσθητικόν*, *γευστικὸν* et alia a vocabulis *νοητόν*, *αἰσθητόν*, *γευστόν*. Iam habes vocem *αἰτιατόν*. Haec autem id, quod a causa oritur, indicat. Ita Hesychius *αἰτιατὰ τὰ ἐκ τοῦ αἰτίου γινόμενα*. Scholastici eodem plane modo causatum dixerunt, neque hoc apud Latinos prorsus inauditum. Plin. hist. nat. praef. §. 8. „Quanto nos *causatius* ab aliquo iudice defendimur“ (h. e. maiore et causa et effectu). Hac significatione *αἰτιατὸν* apud Aristotelem primum invenimus, apud Platonem frustra quaesiveris. Aristot. analyt. post. II. 16. p. 98. Bekk.: *Περὶ δ' αἰτίου καὶ οὗ αἴτιον ἀπορήσειε μὲν ἄν τις, ἆρα ὅτε ὑπάρχει τὸ αἰτιατόν, καὶ τὸ αἴτιον ὑπάρχει, ὥσπερ εἰ φυλλορροεῖ ἢ ἐκλείπει, καὶ τὸ αἴτιον τοῦ ἐκλείπειν ἢ φυλλορροεῖν ἔσται. οἷον εἰ τοῦτ' ἔστι τὸ πλατέα ἔχειν τὰ φύλλα, τοῦ δ' ἐκλείπειν τὸ τὴν γῆν ἐν μέσῳ εἶναι. εἰ γὰρ μὴ ὑπάρχει, ἄλλο τι ἔσται τὸ αἴτιον αὐτῶν. εἴτε τὸ αἴτιον ὑπάρχει, ἆρα καὶ τὸ αἰτιατόν, οἷον εἰ ἐν μέσῳ ἡ γῆ, ἐκλείπει, ἢ εἰ πλατύφυλλον, φυλλορροεῖ*. Quo loco hoc quaeritur, an, quando effectus adest, causa quoque subsit et contra. Effectus qui *οὗ αἴτιον* dicitur, postea *τὸ αἰτιατὸν* vocatur, ut utrumque idem esse intelligatur. Qua vi *αἰτιατὸν* hoc loco, eadem apud Sextum Empiricum legitur, eadem apud Stoicos invaluisse videtur. Quod etiamsi, quae est monumentorum penuria, non demonstrare, tamen probare possis. Locum excitamus Simplicii ad Epicteti enchiridion tanquam testem. Simplicius enim, si universam loci rationem perpenderis, quoniam Stoicam *σχέσεως* divisionem enucleat, proprias Stoicorum voces adhibuisse censendus est. Simplicius ad Epict. c. 37. p. 195 sq. ed. Heins. 7) *σύνταξις δὲ φυσικὴ ἀνομοίων συναγωγὸς πατρὸς καὶ υἱοῦ πρὸς ἀλλήλους — — — ἀλλὰ τὸ ἀνόμοιον ἔχει ὡς αἴτιον καὶ αἰτιατόν*, et paullo infra: *σύνταξις δὲ προαιρετικὴ ἀνομοίων συναγωγὸς ἡ τοῦ*

7) De universo loco cf. Petersen philosophiae Chrysippeae fundamenta in notionum dispositione posita p. 135 sqq.

Digitized by Google

διδάσκοντος καὶ μανθάνοντος, ὡς αἰτίου καὶ αἰτιατοῦ. Quibus locis quo nexus modo causa efficiens et effectum tenentur, eodem αἰτία ad αἰτιατὸν pertinet. Grammaticis verbum aeque frequentatum fuisse, locus ostendit in schol. ad Dionys. Thrac. ap. Bekker. in anecdot. Gr. p. 659. κατὰ πᾶσαν λέξιν αἴτιον ὁρᾶται καὶ αἰτιατόν.

Quae quum ita sint, αἰτιατική, si ab αἰτιατῷ, ut debet, ducitur, is erit casus, qui ad actionis effectum indicandum natus est, ut eum non accusativum, sed potius *effectivum* reddi oportuerit. Qua vi quid ad quartum casum significandum aptius excogites? quid intimam et necessariam eius naturam elegantius exprimat? Inest enim verbis transitivis actio; actio autem causa continetur; quae res actionis causa efficitur vel in qua re causa tanquam efficiens cernitur, ea in accusativo poni solet. Adeo tertii et quarti casus discrimen ipsi nomini quasi insitum et innatum erit. Tertius enim casus, si eum ad homines et personas tanquam actionis vel commodum vel incommodum accipientes proprie pertinere disputavimus, ita quidem ut res inanimes, nisi persona induantur, non patiatur: αἰτιατικῆς profecto nomine — effectum enim nihil nisi mera res cogitatur eaque patiens — comprehendi non potest.

Haec origo si rei et nominis consensu et quasi concordia commendatur (in concentu autem veritatis numeri velut Pythagorici positi sunt): accedit vetus, opinamur, testimonium. Etymologica quidem Graeca nequidquam evolvimus. Sed Dionysius Thrax (apud Fabric. V. c. 7. p. 30. ed. pr. apud Bekker. in anecdot. Gr. p. 636.) ita scribit: λέγεται ἡ μὲν ὀρθὴ (πτῶσις) ὀνομαστικὴ καὶ εὐθεῖα — ἡ δὲ αἰτιατικὴ κατ' αἰτίαν. Quae verba accusativi quidem nomine occoecatus „ad accusationis modum“ convertas. Sed hoc ad rem ieiunum, ab ipso autem verbo, si opinione inveterata relicta simpliciter interpreteris, plane alienum. Itaque ἡ δὲ αἰτιατικὴ κατ' αἰτίαν nihil aliud significat nisi effectivum vel causativum (audere liceat vocabulum eo certe sensu, quo causatum finxerunt) ad causae rationem esse dictum. Scholii quidem auctor, τοῦ αἰτιατοῦ, quale apud philosophos legitur, haud memor, in idem ac Latini incidit vitium. Sed quum tam negligenter disputet, ut in illis Dionysii verbis exponendis αἰτιᾶσθαι et αἰτεῖσθαι confundat: isti non tantum tribuendum est, ut nos a recta via avertat. Haec enim affert (apud Bekk. p. 862.): κατὰ

Digitized by Google

αἰτίασίν φησιν ἤτοι αἰτίαν, ἐπείπερ αἰτούμενοι λαβεῖν τι ἢ αἰτιώμενοι ταύτην προφερόμεθα, ὡς ἂν εἴποις αἰτοῦμαί σε δοῦναί μοι βιβλίον· τὸ γάρ σε καὶ τὸ βιβλίον αἰτιατικῆς εἰσὶ πτώσεως. καὶ πάλιν αἰτιῶμαι Ἀρίσταρχον. Quibus missis, *αἰτίαν* in Dionysii Thracis casus accusativi definitione non accusationem, sed causam valere, ipsum Priscianum, dummodo in falsis veri vestigia sequaris, testem laudamus. Libro enim V. p. 670. ed. Putsch. nihil aliud agit, nisi ut, ipso Dionysii Thracis loco ducente, casus exponat. Quod apud Dionysium Thracem explicandi causa adiectum est, id apud Priscianum novi nominis vicem sustinet. Ita quidem apud Dionysium *ἡ δὲ γενικὴ κτητικὴ καὶ πατρική*, unde apud Priscianum genitivus etiam possessivus et paternus dictus esse perhibetur, apud Dionysium *ἡ δὲ δοτικὴ ἐπισταλτική*, unde Prisciani commendativus fluxit. Quid igitur accusativo factum est? *ἡ δὲ αἰτιατικὴ κατ' αἰτίαν.* Priscianus haec ita in suam rem convertit: „Quarto loco est accusativus sive causativus, accuso hominem et in causa hominem facio.“ Causativi nomini verum inest; exemplum autem ineptum et prope sensu cassum. Causativus, quod nomen tanquam legitimum ponitur apud Charisium in institut. gramm. lib. I. p. 6. Putsch. „causativus, qui et accusativus,“ ita a causato descendit, ut *αἰτιατικὴ* ab *αἰτιατῷ*. Habes igitur vestigium, fuisse inter veteres, qui *αἰτιατικὴν* ab accusando ad veriorem causae interpretationem traducerent. Quare confitendum est, qui ex antiquis hominibus *αἰτιατικὴν* accusativum reddiderint, eos ambigua vocis specie esse deceptos eorumque primum, ut fit, errorem per secula manasse. *Αἰτιατικὴν* si vel causativum, qua quidem diximus significatione, vel effectivum reddideris: iam nomen et res foedus inter se inibunt.

Leves has ad grammaticam symbolas noli spernere, lector benevole. Nominum enim quasi anima in notione cernitur; qua expulsa, inanes sunt umbrae; reddita vero, quasi ad vitam redeunt suam. Quod si vel minutissimae in lingua particulae contigerit, erit sane quod et accipiamus et teneamus.

Digitized by Google

FRANC. VOLCM. FRITZSCHII

PHILOS. DR. ELOQU. AC POES. IN UNIVERS.

ROSTOCH. PROF. P. O. ET SEMIN. PHILOL.

DIRECTORIS

COMMENTATIO

DE

DUABUS PERSONIS ARISTOPHANEIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

[Ex commentatione de personis Aristophanis.]

DE MATRE HYPERBOLI.

Aliud idque etiam illustrius exemplum personae iam a graecis interpretibus ignoratae mater praebet Hyperboli. Quam disputationem paullo altius repetere atque ab hoc Aristophanis loco ordiri placet, Nub. v. 551 sqq.

οὗτοι δ', ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Ὑπέρβολος,
τοῦτον δείλαιον κολετρῶσ' ἀεὶ καὶ τὴν μητέρα.
Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,
ἐκστρέψας τοὺς ἡμετέρους Ἱππέας κακὸς κακῶς·
προσθεὶς αὐτῷ γραῦν μεθύσην τοῦ κόρδακος οὕνεχ', ἣν
Φρύνιχος πάλαι πεποίηχ', ἣν τὸ κῆτος ἤσθιεν.
εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις ἐπώλησεν εἰς Ὑπέρβολον,
ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,
τὰς εἰκοὺς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι [1]).

---

1) Quoniam plerosque huius eximiae parabaseos versus iam alibi tractavimus (ad Daetalenses p. 7 sqq. et Quaestt. Aristoph. T. I. p. 113.), placet hic duo gravissimos locos indidem depromtos accurate exponere. Nam v. 516 sqq. haec leguntur:

Οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγὼ καὶ νομιζοίμην σοφὸς,
ὡς ὑμᾶς ἡγούμενος εἶναι θεατὰς δεξιούς,
καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν ἐμῶν κωμῳδιῶν,
πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, ἣ παρέσχε μοι
ἔργον πλεῖστον· εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν
ἡττηθείς, οὐκ ἄξιος ὢν κτλ.

Egregie accusativo *πρώτους* post Welckerum offensus est Hermannus Praefat. p. XXX sqq., cuius tamen emendationi *κωμῳδιῶν πρώτως* et sententia loci et forma parum attica *πρώτως* adversari videtur. Atqui ipse Hermannus verissime perspexerat, legendum esse *πρῶτος ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς*, sed nescio quo modo reiecit hoc atque damnavit, tum quod poeta de fabula iterum edita non de prima eius commissione loquatur, tum quia hoc tamen obscurius atque insolentius dictum sit. At de Nubibus II. haec intelligi

Digitized by Google

Primum carpendi sui ansam tum dedisse Hyperbolus videtur,

---

certe nequeunt, quoniam Comicus de iniqua iudicum sententia conqueritur; atqui fabulam victoria, non victoriam fabula tempore sequebatur. Quid igitur aliud verbis πρῶτος (sic) ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς inesse potest, quam hoc: *Nubes I. dignae fuerunt, quibus praemium decerneretur?* Id enim quum res ipsa poscit (vicerant enim Aristophanem Cratinus Amipsiasque), tum vero idem requirunt verba οὕτω νικήσαιμί τ' ἐγώ, deinde ἦ παρέσχε μοι ἔργον πλεῖστον, maximeque illa, quae loco corrupto opponuntur, εἶτ' ἀνεχώρουν ὑπ' ἀνδρῶν φορτικῶν ἠττηθείς. Neque hic loquendi genus inusitatum video. Quum enim adiectiva apud Graecos saepenumero vim habeant prolepticam, Aristophanes hoc significabit, οὕτως ἠξίωσ' ἀναγεῦσαι ὑμᾶς, ὥστε πρῶτος εἶναι, ita vobis Nubes I. quasi aliquem cibum apponere visus sum, ut omnium primus fierem. Denique in verbis ἀναγεῦσ' ὑμᾶς nemo haerebit, quippe quae ad usum comoediae plane respondeant. Scholiasta: διατάξαι τὸ δρᾶμα. ὡς ἐπὶ βρώματος δὲ εἶπεν. Male Ruhnkenius δεῖξαι, recte vero F. A. Wolfius in programmate quodam διδάξαι τ. δρ., nisi forte Schol. perperam de Nubibus II. cogitabat. Compara Vesp. 462. εἴπερ ἔτυχον τῶν μελῶν τῶν Φιλοκλέους βεβρωκότες. Gerytad. p. 112. ed. G. D. καὶ πῶς ἐγὼ Σθενέλου φάγοιμ' ἂν ῥήματα; (Paullo longius distat Pac. 1118. τὴν Σίβυλλαν ἔσθιε.) Thesmoph. II. ap. Athen. III, 117. f. Ἰὴ μέγα τι βρῶμ' ἔστιν ἡ τρυγῳδοποιομουσική. Acharn. 459. ἔστιχας; οὐκ εἶ καταπιὼν Εὐριπίδην; Quem locum imitari videtur Lucianus Iov. Trag. c. 1. — εἰ μὴ κωμῳδεῖν, ὥσπερ οὗτοι, δυνάμεθα, μηδὲ τὸν Εὐριπίδην ὅλον καταπεπώκαμεν —. Cf. etiam Diog. Laert. IV, 18. καθάπερ ἁρμονικόν τι τέχνιον καταπιόντα καὶ μελετήσαντα. Omitto alia; satis est enim locorum et exemplorum. Maiore etiam obscuritate hi versus premuntur, 533 sqq.

ὡς δὲ σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ'· ἥτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἦλθε ῥωψαμένη σκύτινον καθειμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχὺ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως·
οὐδ' ἔσκωψε τοὺς γαλακροὺς, οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν.
Οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων ἰᾶπη, τῇ βακτηρίᾳ
τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα,
οὐδ' εἰσῆξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ·
ἀλλ' αὐτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθεν.

Haec omnia quo pertinerent, iam antiqui grammatici usque eo ignorabant, ut nonnulli eorum Aristophanis ipsius dramata mente complecti auderent (Scholl. ad v. 538. et 539.). Quanquam Alexandrinorum ipsorum beneficio haec res facillime expediri potest. Singulos igitur audiamus. 535. ἵν' ᾖ γέλως] τοῦτο φησὶ διὰ τὸν Ἑρμιππον καὶ τὸν Σιμύρωνα τὸν τούτου ὑποκριτήν. Schol. MS. 537. οὐδὲ πρεσβ.] ὡς Εὔπολις ἐν τοῖς Προσπαλτίοις. ἢ ὡς εἰς τοῦτο τὸ μέρος εὐεπίφορον ὄντα τὸν Ἑρμιππον. οἱ δὲ Σιμύρωνα (ita Hermannus pro Σισύρμιον) τὸν ὑποκριτήν. (538. τύπτει τ. π. ἀφανίζων: haec delet Her-

Digitized by Google

quum in iudicium adductus paucis admodum sententiis absolu-

---

mannus), καὶ γὰρ ἐκεῖνος τοῦ γελᾶν χάριν τοὺς ἐγγὺς ἑστῶτας ἔτυπτε τῇ βακτηρίᾳ. Ib. ὁ Σιμέρμωνος Gloss. Cant. 3. Σιμέρμων τις ἕτερος κωμικὸς ἔν τινι αὐτοῦ δράματι εἰσῆξε πρεσβύτην τινὰ βακτηρίαν κρατοῦντα κ. τ. λ. Schol. Cant. 3. Igitur pro certo sumimus, primum versus 533 — 536. ἥτις πρῶτα μὲν — οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν, deinde etiam versus 537 — 540. οὐδὲ πρεσβύτης — οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ tam arcto inter se vinculo cohaerere, ut ad alium poetam prior locus, ad alium posterior referri debeat. Atqui e vetustis scholiis certissime apparet, alteros horum versuum ad Eupolidis comoediam Prospaltii, alteros vero ad Hermippum eiusque actorem primarum Simermonem spectare. Reliquum est, ut doceam, in priore loco Eupolin, Hermippum autem in posteriore notatum esse. Principio Aristophanes Eupolidi aperte iratior est, quam Hermippo. Quare infra etiam v. 549. 553. eodem utens ordine ab Eupolide transit ad Hermippum, non contra. Huc accedit, quod Eupolis et calvos irrisit in Baptis Ol. 91, 1. datis, fortassis etiam in priore quodam dramate, et idem in Maricante Ol. 89, 4. cordacem saltationem induxit. Aliquanto gravius est, quod scholiastae cum Hermippo histrionem eius Simermonem coniungunt. Id vero ad illum locum οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τᾶπη necessario pertinet; reliqua enim nihil attinent ad histrionem. Quocirca versus 534. 535. ad Prospaltios Eupolidis revocari debent. In his non dubitarat poeta ad phallum sive penem coriaceum confugere, cuius adspectu homines adolescentulos oblectaret. Deinceps v. 536. aliae eiusdem Eupolidis fabulae reprehenduntur. Iam novo velut initio sumto carpitur Hermippus. Namque hic senem, quem Simermo forte agebat, scipione adstantes percutere iusserat, quo melius a frigidis iocis populi animum averteret. Quid quod idem Hermo dictus esse videtur a Polluce IV, 88. Ἕρμων ἦν κωμῳδίας ὑποκριτής, quando nihil inter se discrepant Ἕρμων atque Σιμέρμων, sive is est σιμὸς Ἕρμων, sive potius Σίμων Ἕρμων, duplici nomine propter adoptionem conflato, ut apud nos *Krüger-Hansen* similia. Tum duae personae senum in nova comoedia nomen habebant Ἑρμώνειος et Ἑρμώνειος δεύτερος (Pollux IV, 143.), fortassis ab hoc ipso Simermone, qui videtur senes praeclare egisse, sicuti apud Hermippum; neque enim ut poeta, sic etiam actor eius Simermo hic vituperatur. Ac versum 553. comparanti non alia potius Hermippi comoedia videbitur intelligenda esse, quam Artopolides; tametsi hoc incertum est. Sed quaecunque illa demum comoedia fuerit, aut ad eandem, aut ad aliam Hermippi fabulam versus 539. pertinet, οὐδ' εἰσῆξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ: quanquam neque hic dramati eidem, neque v. 536. Prospaltiis videtur tribuendus esse. Utut est, tantum manifesto apparet, et Prospaltios Eupolidis et Hermippi Artopolides paullo ante Nubes II. h. e. ante Ol. 89, 4. vel 90, 1. in scenam productas esse. Et quoniam iidem

Digitized by Google

tus esset, de qua re post paullo nonnihil dicemus. Multos

Comici duobus in locis parabasis nostrae reprehenduntur, forsitan una cum Aristophanis Nubb. II. Eupolis atque Hermippus certaturi erant. Aemulos enim poetas in parabasi comica potissimum castigatos esse, praeter alia luculente demonstrat parabasis Pacis I., in qua Adulatores Eupolidei velut digito monstrantur. At, inquit, hoc est coniecturas capere admodum incertas. Quid vero, si historia loquitur, planeque clamat, versus 533—535. ad neminem unum nisi ad Eupolin eiusque Prospaltios revocari posse? Vehementer perturbatus est Aspasii locus ad Aristot. Ethic. Nic. p. 53, b. (p. 1123. Bekk.) *καὶ κωμῳδοῖς χορηγῶν*] *σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ* [*παραπετάσματα*] *δέρρεις ποιεῖν, οὐ πορφυρίδας.* [*μυρτίλος ἐν τιτανόπαισι τὸ, δεινῆς* (Codex MS. C. C. C. ap. Gaisf. ad Hephaest. p. 97. *δεινῆς* a p. m. sed *δεινῶς* ex em.) *ἀκούεις ῥάκλεις. τουτέστι σοὶ τὸ σκῶμμα ἀσελγὲς καὶ μεγαρικὸν, καὶ σφόδρα ψυχρὸν γελᾷς, ὁρᾷς τὰ παιδία.*] *διασύροντα γὰρ οἱ μεγαρεῖς ἐν κωμῳδίᾳ, ἐπεὶ καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτῆς, ὡς παρ' αὐτῶς πρῶτον εὑρεθείσης, εἶγε καὶ σουσαρίων ὁ κατάρξας κωμῳδίας μεγαρεύς. ὡς φορτικοὶ τοίνυν καὶ ψυχροὶ διαβάλλονται. καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ. καὶ γοῦν ἀριστοφάνης ἐπισκώπτων αὐτοὺς λέγει που, μὴ δ' αὖ γέλωτα μεγαρόθεν κεκλημένον. ἀλλὰ καὶ ἐκφαντίδης παλαιότατος τῶν ἀρχαίων ποιητής φησι· μεγαρικῆς κωμῳδίας ᾄσμα δείσμαι αἰσχύνομαι* (Codex *δείσμ' αἰσχυνόμην*) *τὸ δρᾶμα μεγαρικὸν ποιεῖν. δείκνυται γὰρ ἐκ πάντων τούτων ὅτι μεγαρεῖς τῆς κωμῳδίας εὑρεταί.* Ecphantidis locum ita restituo fere cum Meinekio ad Philemon. p. 382.

Μεγαρικῆς κωμῳδίας
ᾄσμ' οὐ δείμ' · αἰσχύνομαι
τὸ δρᾶμα μεγαρικὸν ποιεῖν.

Longe meliorem codicem secutus est, commode allatus a Gaisfordo, Io. Bernard. Felicianus in Versione Latina Venetiis edita 1589. fol. Ex eo constat, quae uncis inclusi, alieno loco posita esse. Scribe *καὶ πορφυρίδι χρώμενοι ἐν τῇ παρόδῳ, ὡς Μυρτίλος ἐν Τιτανόπαισι.* [*καὶ Εὔπολις·*] *τὸ δεινῆς — τὰ παιδία. καὶ γοῦν Ἀριστοφάνης κτλ.* Myrtilus enim non insulsos iocos Megarensium castigaverat, sed vestem stragulam riserat, qua in comoedias uterentur; id quod etiam e mendo vulgatae perspicuum est, *σύνηθες ἐν κωμῳδίᾳ δέρρεις ποιεῖν οὐ πορφυρίδας μυρτίλος ἐν τιτανόπαισι.* Ergo vel ob hanc causam fragmentum illud *τὸ δεινῆς — τὰ παιδία* Myrtilo assignari nequit. Enimvero illud primum est Eupolidis e Prospaltiis sumtum, deinde simul cum Aristophanis loco Vesp. 57. ab Aspasio prolatum erat. Utrumque intelligas e Schol. ad Vesp. 57. *Μεγαρόθεν*] — *Εὔπολις Προσπαλτίοις· τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν σφόδρα.* Quae quum ita sint, Eupolis in Prospaltiis in hunc fere modum locutus erat:

Digitized by Google

saepe Comicos, ut Eupolin, Hermippum, Platonem fabulas in Hyperbolum scripsisse, etiam aliunde constat (v. Spanhemium ad v. 558.). Hi igitur omnes, si fides est Aristophani, cum filio perdito perditam matrem coniunxerant (*τοῦτον — καὶ τὴν μητέρα*). Principio autem Eupolis, poeta Hyperboli inimicis-

---

Τοῦ δεῖνος ἀκούεις· Ἡράκλεις, τοῦτ' ἔστι σοι
τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ μεγαρικὸν, καὶ πάνυ
ψυχρὸν γελᾷ σφόδρ', ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία;

„Audin' spectatorem illum dicentem: Hercle, istud quidem inventum est lascivum et Megaricum, et oppido frigide rident, ut vides, adolescentuli.“ Possis etiam:

— τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς καὶ Μεγαρικὸν καὶ σφόδρα
ψυχρόν· γελᾷ δ' οὖν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία.

Ceterum subtilis est praeceptio Photii Lexic. p. 379, 18. *πάνυ σφόδρα*, non *σφόδρα πάνυ* dicendum esse monentis, cui favent Ar. Plut. 23. 745. Vesp. 1428. Plut. 57. 800. Philemon p. 381. M. varr. lectt. Acharn. 484. alia. Minus recte, ut puto, Dobreus ad Porsoni Tracts p. 384. legi voluit:

— καὶ σφόδρα
ψυχρὸν γελῶσιν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία.

Nunc tandem licet nobis ex istis tam minutis rebus liquidam percipere voluptatem et quo haec omnia tendant penitus intelligere. Quis enim punctum temporis dubitabit, Aristophanem, quum diceret in Nubibus:

ἥτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθεμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχὺ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως,

hunc ipsum Eupolidis e Prospaltiis locum in animo habuisse: *— τὸ σκῶμμ' ἀσελγὲς — γελᾷ δ' οὖν, ὡς ὁρᾷς, τὰ παιδία*, quum praesertim et scholiasta ad ipsas Nubes tradiderit, haec ad Prospaltios revocanda esse, et alio eoque certissimo auctore constet, Eupolidis fragmentum e Prospaltiis plane derivatum esse? Denique, quod summum est, ipsi loci natura sic comparati sunt, ut ad se invicem referri necessario debeant. Utrobique enim eadem res narratur atque risus adolescentulorum ad obscoenum phallum spectat in Eupolide pariter atque in Aristophane, quem singula paene Eupolidis verba retinuisse liquet. Merito autem Eupolin ab Aristophane reprehensum esse, inventumque istud, quo adolescentes caperentur, et genere toto turpissimum et alioquin inficeto rure inficetius fuisse, iam, uti spero, Eupolide ipso iudice evicimus. Sed cui semel recte crediderit, eidem in causa minus dilucida fidem habere constantiae est. Quum igitur grammatici veteres vv. 533 — 536. de Eupolide nihil mentiti sint, certe sequitur, eos vv. 537 — 539. de Hermippo etiam et Simmone veras res minimeque dubias prodidisse.

Digitized by Google

simus, Maricantem scripsit, ita tamen, ut partim Equites Aristophanis, partim Phrynichi fabulam compilaret. De Equitum imitatione in Quaestt. Aristoph. T. I. p. 145. exposui. At vero Eupolis demagogo isti anum temulentam adiunxerat, quae cordacem saltaret, postremo autem a bellua cetoque devoraretur, id est haud dubie ipsam matrem Hyperboli. Ceterum hanc fabulae partem rursus Phrynicho referebat acceptam. Sed operae pretium est, scholiastas audire: *Ἦν Φρύνιχος* j *φέρεται ὑπεύθυνος Φρυνίχου. μήποτε οὖν ἐκείνην φράζων, ὡς γραῦν ἐκκειμένην τῷ κήτει. καὶ ἴσως ἐν ὑπερβόλῳ ἂν λέγοι αὐτὸς, ὅτι τὸ κῆτος ἤσθιεν. Ἄλλως. εἰσῆγε γραῦν Φρύνιχος ὑπὸ κήτους ἐσθιομένην κατὰ μίμησιν ἀνδρομέδας, διὰ γέλωτα τῶν θεατῶν.* Plane nihil mutandum est, nisi forte *ἢ ἴσως* pro *καὶ ἴσως* scribendum. Nam grammatici veteres Phrynichi mentione magnopere vexati sunt. Et prior quidem scholiasta duas habet explicationes, iuxta ineptas, alteram, quam vidit Hermannus: fortasse dicit, Phrynichi Hypeuthynum, quasi aliquam anum, expositam esse ceto, Eupolidi, ut qui eam compilasset; alteram hanc: fortasse Phrynichus in Hyperbolo ipse his verbis usus est: *τὸ κῆτος ἤσθιεν*, atque haec ei subduxit Eupolis. Recte vero interpretatur alter scholiastes, qui monet, Phrynichum non in Hyperbolum fabulam scripsisse, sed tantummodo anum temulentam induxisse, quae ad extremum Andromedae instar a ceto devoraretur. Hoc inventum Eupolis impudenter Phrynicho surripuerat. Iam vero quidnam de hisce verbis: *φέρεται Ὑπεύθυνος Φρυνίχου* — ac deinceps *καὶ ἴσως ἐν Ὑπερβόλῳ* — sentiendum est? Hermannus *Ὑπεύθυνος* fabulae nomen fuisse affirmat, Meinekius autem (Qu. Sc. II. p. 8.) corrupta esse scholiastae verba (quibus nihil est sanius), neque *Ὑπεύθυνον* Phrynichi fabulis ullo pacto addi posse vociferatur. Nos utrumque V. D. nonnihil in iudicando sequutum esse remque omnino sic habere se existimamus. Grammaticus prior quum falso putasset, Phrynichum quoque in Hyperbolum comoediam scripsisse, diu eam frustra quaesivit ac postremo opinatus est, dici ab Aristophane fabulam *Ὑπέρβολος ἢ Ὑπεύθυνος*, quae non Phrynichi comoedia fuit, sed Platonis; attamen eius fabulae alterum titulum *Ὑπεύθυνος* ex h. l. lucramur, sane illum aptissimum, ut infra demonstrabo. Sed Hyperbolum, notissimam Platonis fabulam, a Phrynicho non scriptum esse, vel ex eo apparet, quod duorum testium,

Digitized by Google

Suidae et Anonymi, auctoritate constat, Phrynichum omnino decem fabulas docuisse, quas nominatim cognovimus, neque in eis tamen ullus Hyperbolus sive Hypeuthynus invenitur. Quamobrem scholiastes Phrynichum temere confudit cum Platone. Illud fieri plane potest, ut Phrynichus comicus Andromedam dederit eamque Eupolis tum imitatus sit. Suidas enim omnes IX tragoedias antiqui illius Phrynichi commemorat, Andromeda penitus omissa. Itaque Phrynichi Andromeda apud eundem Suidam atque Schol. Vesp. 1490. (1481.) comoedia fuisse comici videtur, quae forsitan inter decem illas comici fabulas latet altero titulo male obruta. Egregie igitur hic Hermannus Andromedam Phrynichi tragici miratur, Runkelius autem ad Eupolin p. 136. Andromedam Phrynicho comico prorsus adscribit. Optime enim in Andromedam et Aristophanis illud ἦν τὸ κῆτος ἤσθιεν convenit, et scholiastae quoque verba κατὰ μίμησιν Ἀνδρομέδας eodem videntur tendere. Similia comicorum inventa habes apud Platonem Cleophonte (Athenaeus VII, 315. b.), Amipsiam Conno (ibid. p. 327. d.), Aristoph. Thesmoph. v. 1062. In proximo versu Nubium libri omnes continent εἶθ' Ἕρμιππος αὖθις πεποίηκεν εἰς Ὑπέρβολον, errore nato e verbis antegressis, Φρύνιχος πάλαι πεποίηκ'. Restitui equidem ἐπώλησεν in Qu. Aristoph. T. I. p. 200., quod ipsum scholiastas legisse nunc ostendam. Εἶθ' Ἕρμιππος] Ἕρμιππος μέν, inquiunt, δρᾶμα οὐκ ἐποίησεν εἰς Ὑπέρβολον. ἔοικε δὲ τὸ πλείστας (scribendum est τὸ ἐπώλησε τὰς) Ἀρτοπώλιδας λεχθὲν κατ' αὐτοῦ σημαίνειν. Sed nondum ab scholiis illis, auro carioribus, dum eis prudenter utare, discedere possum. Haec enim scholiastes ad v. 548. memoriae prodidit: Καὶ τὴν μητέρα] τὴν ὑπερβόλου, τὴν δοκοῦσαν ἐν ταῖς ἀρτοπώλισι. πολλὰ κατ' αὐτοῦ εἶπεν Ἕρμιππος. Tum commode addunt Gloss. Victor. Μητέρα] ἀρτοπώλιδα. Hemsterhusii aliorumque coniecturas hic quoque praetereo. Dixerat autem homo doctissimus: τὴν Ὑπερβόλου, τὴν Δοκώ, οὖσαν ἀρτοπώλιδα. ἐν ταῖς Ἀρτοπώλισι πολλὰ κατ' αὐτοῦ εἶπεν Ἕρμιππος. Itaque mater Hyperboli Doco vocitata est, cum quo nomine Δωρώ, Δεξώ, Γοργώ, Ζηλώ, Χρυσώ, Ἐνδρομώ aliaque similia apud Albertium ad Hesych. s. Ἐμβλώ conferre licet. Ceterum in huius scholii emendatione frustra laboravit etiam Th. Bergkius meus, veruntamen hoc praeclare intellexit, mulierem Doco appellatam esse, testatus gravissimam Hesychii

Digitized by Google

glossam, *Δοκικῶ* (Codex *Δοκηκῶ*)· *ἀντὶ τοῦ δοκῶ. ἔπαιξε δὲ Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισι.* Recte Bergkius in literis ad me datis quum sic emendat: *Δοκικώ*: *ἀντὶ τοῦ Δοκῶ* —, tum etiam contendit, Doco in monstrum Docico propterea ab Hermippo mutatam esse, ut barbaram matrem filii barbari, Maricantis, naviter illuderet. Quod autem mater Hyperboli in glossa Victorii panes vendidisse dicitur, id non modo ab Hermippo videtur confirmari, qui in fabula *Ἀρτοπώλιδες* Hyperbolum cum matre exagitarat (*ἀρτοσιτεῖν* in Hyperbolo dixerat Plato in Bekk. Anecd. p. 447, 27.), verum etiam ex Maricante Eupolideo luculentissime apparet. Namque ad hunc Pluti locum v. 1037. *Γραῦς. διὰ δακτυλίου μὲν οὖν ἔμ' ἂν διελκύσαις. Χρ. εἰ τυγχάνει γ' ὁ δακτύλιος ὢν τηλίας* (ita enim recte legit Rav. pro *τηλία*), scholiastae hypomnematisiaeque inter alia tali modo commentantur: *τοῦτο τί ἐστιν, οὐκ οἶδα. ὅτι δὲ συμβάλλεται ἐν Μαρικᾷ Εὐπόλιδος, οἶδα. κἀκεῖ γὰρ τὴν Ὑπερβόλου μητέρα τηλίᾳ εἰκάζει τῇ πλατείᾳ σανίδι.* Deinceps alius homo ita pergit: *τηλία ἔχει μέν τι καθ' ἑαυτὸ ἄπορον· ἐὰν δὲ τὸ ἓν Μαρικᾷ προσέλθῃ, ἔνθα εἰς τηλίαν φησὶ τὰ τοῦ Ὑπερβόλου ὀστᾶ ἐμβεβλῆσθαι, ἀπορώτερον ἔσται. ζητητέον οὖν.* Multum hic frustra tricatur Hemsterhusius p. 143, 10. Primum scilicet pro *συμβάλλεται* rescribi vult *ἀμφιβάλλεται*, sententia graeculi neglecta, qui dicit, in scholiis ad Maricantem Eupolidis hunc Pluti versum comparari: et aptissime comparatus est. Deinde vir magnus duo scholiastas inter se pugnare arbitratur, quorum unus nihil aliud, quam Hyperboli matrem cum *τηλίᾳ* comparari faciat, alter vero Hyperboli Eupolidei ossa in *τηλίαν* conjecta esse narret, quam rem eo magis sibi miram videri, quum vivo etiamtum Hyperbolo Maricas scenae commissus fuerit; tamen sese suspicari, comicum aliquem iocum hic latere. Nobis quid videatur, exponam. Recte et prior grammaticus prodit, Maricantis parentem cum *τηλίᾳ* comparatam esse, et magis enucleate alter docet, Maricantis ossa in *τηλίαν* iniecta fuisse dici. Namque Eupolis Doco pistricem cum *τηλίᾳ* instrumento pistorio, et crassa quadam tabula, in qua panes sive coqui solerent, sive divendi, ob pinguitudinem sic comparaverat, ut ossa Hyperboli in hanc tabulam iniecta fuisse ostenderet, eo videlicet tempore, quo illa foetum conceptum in utero gestavisset. Tanto melius autem Pluti versus ad Maricantem allatus erat, quod primum anus libidinosa cum anu

Digitized by Google

meretrice mirum in modum convenit, deinde vero vetulae istae mulieres pingui corpore et ambitu prope immenso inter se certare poterant. Ita enim verissime Aristophanis versum scholiasta exposuit: *τοῦτο δὲ*, inquit, *ὡς παχείας αὐτῆς οὔσης, καὶ μὴ δυναμένης διὰ δακτυλίου ἑλκυσθῆναι, ἀλλὰ διὰ τηλίας.* Porro qui divinationis aleam subire voluerint, censeo dicant, Doco istam etiam in Senecta Comici perstrictam esse, nitanturque Athenaeo III, 109. f. *Κριβανίτην. τούτου μνημονεύει Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ· ποιεῖ δὲ λέγουσαν ἀρτόπωλιν, διηρπασμένων αὐτῆς τῶν ἄρτων ὑπὸ τῶν τὸ γῆρας ἀποβαλόντων· Α. τουτὶ τί ἦν τὸ πρᾶγμα; Γ. θερμούς, ὦ τέκνον. Α. ἀλλ' ἢ παραφρονεῖς; Γ. κριβανίτας, ὦ τέκνον.* Certe ob id ipsum lepidi illi non-senes *ὦ τέκνον* dixerunt, ut vetulam mulierem deriderent. Ceterum in tanta, quae tum Athenis fuit, pistricum multitudine nihil hac coniectura incertius puto. Vekit ipse Aristophanes aliam pistricem, nomine Myrtiam, in Vespis v. 1388 sqq induxit. Id genus hominum rixis deditum fuisse, patet e Ranis v. 858. Plutoque v. 428. Quam contemta autem anus mater fuerit Hyperboli, e Thesmoph. v. 840. perspicuum est:

τῷ γὰρ εἰκὸς, ὦ πόλις,
τὴν Ὑπερβόλου καθῆσθαι μητέρ' ἠμφιεσμένην
λευκὰ καὶ κόμας καθεῖσαν πλησίον τῆς Λαμάχου,
καὶ δανείζειν χρήματ', ἢ χρῆν, εἰ δανείσειέν τινα
καὶ τόκον πράττοιτο, διδόναι μηδὲν ἀψθριώπων τόκον,
ἀλλ' ἀφαιρεῖσθαι βίᾳ τὰ χρήμαθ', ὡσπόντας τοδί·
ἀξία γοῦν εἰ τόκου, τεκοῦσα τοιοῦτον τόκον.

Discimus igitur ex hoc loco, quem in commentario paucis exposui, Doco mulierem sat opulentam fuisse, quippe quae pecunias foenerari consuesset. Hic satis mirari non queo grammaticos Alexandrinos, quorum socordia me ad hanc levissimam disputationem impulit, scholiastamque Ravennatem ad v. 840. *πολλάκις εἶπεν, ὅτι προβάλλει ὁμηρικῶς ἐν τῷ πρὸς Πολύβιον προτατικῷ, τίς ἡ Ὑπερβόλου μήτηρ. οὐκ ἔχομεν δὲ εἰπεῖν. εἰ δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα ζητεῖν, ζητείτωσαν καὶ τὴν ἐξῆς, τὴν Λαμάχου· τὸν γὰρ πατέρα μόνον οἶδα Λαμάχου, Ξενόφαντον.* Repone *ὁ Σέλευκος εἶπεν* —, cl. schol. Rav. ad v. 1175. *ὥστε λελύσθαι τὴν Σελεύκου πρότασιν. προτείνει γὰρ ἐν τῷ πρὸς Ζήνωνα προτατικῷ τὸ Περσικὸν ὄχημα.* In hac una re grammatico inerti nunc quidem respondere non possum, quod

Digitized by Google

Lamachi matrem, quaenam fuerit, penitus nit nesciri. Negatur enim Suidas more solito: *Κοισύρα· γυνὴ Ἀθήνῃσιν εὐγενὴς καὶ πλουσία, μήτηρ Μεγακλέους καὶ Λαμάχου* —, ubi vide praeclaram L. Kusteri adnotationem. Quid, quod Lamachi matrem ignoravit iam Plutarchus Vit. Alcibiad. c. 1. *εἴγε Νικίου μὲν καὶ Δημοσθένους καὶ Λαμάχου — οὐδενὸς οὐδ' ἡ μήτηρ ὀνόματος τέτευχεν* —. Sed continuo falsum est, quod patrem eiusdem Lamachi nomen Xenophanti habuisse scribit. Imo Xenophanes ille appellatus est, consentientibus Thucyd. VI, 8. Schol. ad Acharn. v. 258. (269.) aliisque. Nimirum vir optimus Xenophanem, Lamachi patrem, cum Xenophanto, vel potius Xenophante, Hieronymi patre, nescio quo pacto confudit. Evolve Schol. ad Nub. v. 348. *ἄγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἱόνπερ τὸν Ξενοφάντου.* Ceterum in libro Veneto *οἱόνπερ τὸν Ξενοφῶντα* legitur, docta sane *παραδιόρθωσις* alicuius grammatici, qui huius Xenophontis libidinem sive aliunde nosset, sive e Cratino p. 20. Runk.

Φέρε νῦν σοι
ἐξ αἰθρίας καταπυγοσύνην μυὸς ἀστράψω Ξενοφῶντος.

Verum noster grammaticus quaestionem de matre Hyperboli a Seleuco propositam et ob tenuitatem male despexit (nihil enim in literis leve est aut contemnendum), et peius etiam propter obscuritatem nescio quam subterfugit: poterat autem tum Doco istam aliquanto facilius invenire, quam nos hodie in tanta bonorum testium paucitate. Si Doco, licet anus, meretriciis amoribus forte adhuc vacabat, referre ad eam licet illud Pollucis VII, 202. *Ἕρμιππος ἐν Ἀρτοπώλισί φησιν· ὡς σαπρὰ πασιπόρνη καὶ κάπραινα.* Quae tetrametri trochaici frusta esse dixeris: *ὡς σαπρὰν καὶ πασιπόρνην καὶ κάπραιναν* - *υ* -. Incertius etiam est, an ad Hyperboli matrem, aut omnino ad Maricantem attineat hoc fragmentum Eupolidis, ap. Schol. Pac. 782. (812.) *Εὔπολις· παρὰ τῇδε σὺ τῇ σοβάδι κατήγου.* Recepta codicis Veneti scriptura *κατηγάγου* leges: *παρὰ τῇδεδὶ σὺ τῇ σοβάδι κατηγάγου;* Non dubito, quin de matre Hyperboli, Doco, longe melius atque uberius disputare possem, si Eupolidis Maricantem, Pistrices Hermippi, Platonis denique Hyperbolum diligentissima cura, quoad eius fieri potest in fragmentis, pertractassem. Nunc autem improbae istius mulierculae causa multas res variasque moliri non est consilium. Quare unam tantummodo partem breviter attingamus, quae

Digitized by Google

non modo fabulas illas simul omnes complectitur, verum etiam argumenti earum communis intelligendi facultatem praebebit. Vereor tamen, ut omnia ac singula nunc quidem satis illustrare queam: facient id alii inventisque meis suo iure utentur. Datae autem sunt fabulae illae hoc potissimum ordine, primum Maricas Ol. 89, 4., deinde mox Pistrices, forsitan Ol. 90, 1., postremo Hyperbolus Ol. 91, 2. Nos id praecipue aperiemus, qui factum sit, ut demagogi istius dignitas sensim imminuta haberet. Namque Hyperbolus sive alio crimine publice accusatus, sive quod peculatum fecisset *), ipse quidem tandem aegre absolutus est condemnatusque illo ipso crimine Pisander, sicut equidem censeo. Schol. ad Avv. 1555. — *Εὔπολις ἐν Μαρικᾷ* —

Α. ἄκουε νῦν, Πείσανδρος ὡς ἀπόλλυται.

Β. ὁ στρεβλός; Α. οὔκ, ἀλλ' ὁ μέγας, οὐνοκίνδιος.

Cf. Schol. ad Lysistr. v. 490. Falso Meinekius (Qu. Sc. II. p. 20.) hic Pisandrum narrat tanquam mortuum commemorari. Quasi vero aut *ἀπόλωλε* dixisset Eupolis, aut non saepe a Graecis ei *ἀπόλλυσθαι* dicantur, qui in iudicio causa ceciderint. Quid, quod idem Pisander, homo sane tenuis, non certe ab Hermippo in *Ἀστροπώλισιν* tam graviter vexatus esset, nisi ipsius causa Hyperbolique arcte vinculo coniuncta esset. Fragmentum ipsum habet Schol. ad Avv. 1555. (ubi lectiones

*) Nunc plane existimo, furti accusatum esse Hyperbolum, nixus scilicet, quam opportune memini, Hesychii glossa hacce: *Παάπις (Παᾶπις)· οὗτος — ποτήριά τινα τοῖς Ἀθηναίοις ἔπεμψε δῶρα. Λεύκων Φρᾶτερσιν·*

Ἀτὰρ ὁ Μεγακλέους ὑστάτου Παάπιδος
Τπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Codex: *Παάπης — μεγάκλεες ὑσθάτου — κατεδήδωκε.* Tu leges:

Ἀτὰρ, ὦ Μεγάκλεες, οἶσθά που, Παάπιδος
Τπέρβολος τἀκπώματα κατεδήδοκεν.

Quamobrem Hyperbolus pocula quaedam a Paapide Aegyptio Athenas dono missa furatus erat. Mox vero furti reus factus quum id crimen in Pisandrum omne avertisset, non ipse, uti meruerat, sed Pisander condemnatus est. Huc accedit, quod tempora in hanc coniecturam bene conveniunt. Namque Phrateres Leuconis dati sunt una cum Pace atque Adulatoribus Ol. 89, 3. Dionysiis, archonte tummaxime Alcaeo, quum Hyperbolus recenti invidia furti flagraret; Maricam vero docuit Eupolis uno post anno, Ol. 89, 4. Aristione archonte. Itaque hoc illud est, quod in Nubibus dixit Aristophanes: *ὡς ἅπαξ παρέδωκεν λαβὴν Τπέρβολος.*

Digitized by Google

multum diversas Iuntina II. substituit), sed magnis vitiis obtectum. Porro Hyperbolum in ius vocatum esse, et Platonicae fabulae alter index, Ὑπεύθυνος, quodammodo significat, et Eupolis Hermippusque perspicuis verbis ostendunt, ille ap. Schol. ad Soph. Oed. C. 1596. *Εὔπολις Μαρικᾷ·*

ἀλλ' εὐθὺ πόλεως εἶμι· θῦσαι γάρ με δεῖ
κριὸν Χλόῃ Δήμητρι.

Hoc est: *sed versus Acropolin abibo: oportet enim me Cereri Chloae arietem sacrificare.* Loquitur autem hic Doco, mater Hyperboli, Cereri gratias actura triumphansque gaudio, quod filiolum suum iudices absolvissent. Eupolin imitatur Hermippus apud Bekkerum Anecd. p. 328, 25. *Ἕρμιππος Ἀρτοπώλισι·*

φέρε νυν ἀγήλω τοὺς θεοὺς ἰοῦσ' ἔσω,
καὶ θυμιάσω, τοῦ τέκνου σεσωσμένου.

Codex *οἵους ἐγώ*, sed *ἰοῦσ' ἔσω* emendavit Ruhnkenius. Eosdem versus servarunt etiam Suidas in *Ἀγῆλαι*, ubi *οἵους ἐγὼ* legitur, et Scholiastes ad Eurip. Medeam v. 1016., ubi plane *ἰοῦσ' ἔσω* scriptum est. Nemo dubitaverit, quin haec quoque mater Hyperboli locuta sit, filio tummaxime absoluto, itaque fragmentum nostrum etiam Th. Bergkius explicavit, qui tamen coniecturis suis *θύουσ' ἐγὼ* atque adeo *Δοκιχοῦσ' ἐγὼ* recte poterat supersedere. Nam quum omnino verba *σώζω* et *ἀπόλλυμι* crebro sibi opponantur, velut in Arist. Acharn. v. 71. Nub. v. 1177. Menandr. Fr. p. 272. M. (Latini similiter *servare*, et contra *perdere* vel *occidere*, Plaut. Curcul. I, 2, 44. Horat. A. P. v. 467.), tum etiam in re forensi *Πείσανδρος ἀπόλλυται* i. e. a iudicibus condemnatur, atque *τὸ τέκνον σώζεται* h. e. liberatur in iudicio. Quem dicendi usum in Vespis v. 410. librarii obliterarunt:

καὶ κελεύετ' αὐτὸν ἥκειν ὡς ἐπ' ἄνδρ' ὀλούμενον,
ὅστις ἄρα μισόπολιν
ὄντα λόγον εἰσέφερε,
μὴ δικάζειν δίκας.

Sed quamvis Hyperbolus iudicum sententia liberatus esset, tamen non solum infamiae macula semel nomini eius inusta diu haesisse videtur, sed etiam ipsum illud iudicium publice privatimque homini vehementer nocuit. Facile est enim, improbum virum, leviter modo labefactatum et quasi inclinatum, mox penitus evertere. Principio demagogus in Senatum Quingentorum legi non potuit, quum senatoria ei sors obtigisset, credo

Digitized by Google

propter id ipsum, quod illo tempore etiam ὑπεύθυνος esset ab initio litis sortitus, certe causa necdum diiudicata. Vide praeclarum fragmentum idque longiusculum ap. Schol. Rav. ad Thesmoph. v. 808. ἀλλ' οὐδὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν τῷ Ὑπερβόλῳ· λέγει γάρ τι περὶ τοῦ ἐπιλαγχάνειν τοῖς βουλευταῖς· Εὐτυχεῖς ὦ δέσποτα. τί δ' ἐστί; βουλεύειν ὀλίγου ἔλαχες πάνυ. ἀγαρόν. λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς. πῶς οὖν ἦν ἔχων νοῦν; ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ ἐπέλαχες ἀνδρί· οὐδέπω γὰρ ἐλευθέρῳ. καὶ ἐν ταὐτῷ· ἄπειρός· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα μὴ φράσω. Ὑπερβόλῳ βουλῆς γὰρ ἄνδρες ἐπέλαχον. Scribo equidem, coniecturis Hanovii Exerc. cr. p. 93. partim adiutus:

A. εὐτυχεῖς, ὦ δέσποτα.
B. τί δ' ἔστι; *A.* βουλεύειν ὀλίγου ἔλαχες πάνυ.
ἀτὰρ οὐ λαχὼν ὅμως ἔλαχες, ἢν νοῦν ἔχῃς.
B. πῶς νοῦν; ἔχω νοῦν. *A.* ὅτι πονηρῷ καὶ ξένῳ
ἐπέλαχες ἀνδρί· μηδέπω γὰρ ἐλευθέρῳ.

Et paullo post:

B. ἄπειρός· ἐγὼ δ' ὑμῖν τὰ πρᾶγμα δὴ φράσω.
Ὑπερβόλῳ βουλὴν γὰρ, ἄνδρες, ἐπέλαχον.

Clariorem haec lucem ab Harpocratione accipiunt s. Ἐπιλαχών· — ἐκληροῦντο οἱ βουλεύειν ἢ ἄρχειν ἐφιέμενοι, ἔπειτα ἑκάστῳ τῶν λαχόντων ἕτερος ἐπελάγχανεν, ἵν', ἐὰν ὁ πρῶτος λαχὼν ἀποδοκιμασθῇ ἢ τελευτήσῃ, ἀντ' ἐκείνου γένηται βουλευτὴς ἢ ἄρχων ὁ ἐπιλαχών αὐτῷ. ὑποφαίνεται δὲ ταῦτα ἐν τῷ Πλάτωνος Ὑπερβόλῳ. Alio tempore haec scripsimus. Neque ex Platone, neque ex Harpocratione patet, Hyperbolum etiam senatoris, ut hieromnemonis, munere mox rursus se abdicare coactum eoque motum esse: quod potuit verum esse, potuit etiam falsum, si in Platone is civis, qui Hyperbolo subsortitur, tantum pro bono omine accipit priorem sortem Hyperboli, qui antea hieromnemonis munere motus invitus ei locum concessisset, qui ἐπέλαχεν: nam de hieromnemonis munere res plane certa est. At neque certum scio, in hieromnemonis munere capessendo, ut in senatoris aliorumque magistratuum, subsortitionem usurpatam esse, et vero minime liquet, utrum ante sortem senatoriam, an postea hieromnemonis munus deponere coactus sit. Sequitur, ut alterum locum, qui de hieromnemone agit, diligenter exponamus, Nub. v. 623.

ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρβολος
τῆτες ἱερομνημονεῖν, κἄπειθ' ὑφ' ἡμῶν τῶν θεῶν

Digitized by Google

τὸν στέφανον ἀφῃρέθη. μᾶλλον γὰρ οὕτως εἴσεται, κατὰ Σελήνην ὡς ἄγειν χρὴ τοῦ βίου τὰς ἡμέρας.

Anna Fabri, docta mulier, interdum etiam faceta, quid de h. l. iudicaverit, ignoro. Sed I. H. Vossius fabulam narrat oppido ridiculam, Hyperbolo Delphis redeunti, quum urbi iam apprópinquaret, ventorum vehementia coronam de capite ablatam et huc illuc dissipatam esse. Imo vero Hyperbolus publice hieromnemon factus est, sed mox coactus, hoc magistratu honorisque gradu rursus abire. Quodsi illico se abdicare hieromnemonis munere iussus est, non sane cuiquam mirum videbitur, quod scholiasta prodit: *οὐδεὶς δ' ἱστόρησε κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ἱερομνήμονα εἶναι τὸν Ὑπέρβολον· οὐδέπω γὰρ διέπρεπε, Κλέωνος ἔτι ζῶντος* (haec postrema falsa sunt et nihili putanda) *). Haud absurde quaesiveris, cuinam viro Doco ista nupta fuerit. Quam tametsi omnes concedunt Hyperbolum (at qualem virum, qualem etiam demagogum) partu edidisse, tamen de patre Hyperboli ipsius iam antiquitus dubitatum est. Et Aelianus quidem hominem istum inveniri posse praecise negat, V. Hist. XII, 43. *Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος — οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας.* Equidem hanc rem acu tetigisse videor. Namque Schol. ad Pac. 664. (680.) *Χρέμητος δὲ υἱὸς ἦν Ὑπέρβολος, ἀδελφὸς δὲ Χάρωνος* —, vix ac ne vix quidem errare potuit, ut qui fratrem quoque Hyperboli, Charonem, cum parente coniungeret. Neque vero scholiastae ad Lucian. T. I. p. 154. 155. ed. Lehm. et Antiphanem et Chremetem pro patre Hyperboli venditant, neque omnino ibi repugnant sibi Androtio et Theopompus, sed pulcherrime scilicet conspirant. En tibi ipsa scholiastarum verba: *Ὑπέρβολος οὗτος, ὡς Ἀνδροτίων φησὶν, Ἀντιφάνους ἦν Περιθοίδης* —. Itaque ab Antiphane Perithoide

*) Plerasque trium fabularum reliquias, quae ad rem nostram nihil conferrent, omisi. Dicis causa nunc unum fragmentum Hyperboli Platonici attingam ap. Schol. Arist. Avv. 121. et Suidam s. v. *εὔειρον*. Satis recte igitur scholiasta, sed admodum corrupte Suidas. Versus sunt Glyconei:

καὶ τοσοῦτον εὐειρίας
ἀπολέλαυκεν Ὑπέρβολος,
ὥστ' αὐχμώτατός ἐστιν.

In *αὐχμώτατος* non offendo. Male Dobreus ad Nub. 518. metrum constituit Eupolideum.

Digitized by Google

adoptatus erat Hyperbolus, quem Perithoidarum pago adscriptum fuisse etiam Plutarchus in Alcibiade c. 13. et Nicia c. 11. testatur. Aliquanto post alius scholiasta, ἄλλως, inquit, ἔστι δὲ τῇ ἀληθείᾳ Χρέμητος, ὡς Θεόπομπος ἐν τῷ περὶ δημαγωγῶν. Naturali igitur patre Hyperbolus non Antiphane usus est, sed Chremete. Quum Antiphanes civitatis atticae ius obtinuerit, de Chremete loqui existimandus est Andocides ap. Schol. Vesp. 1007. (1001.) περὶ Ὑπερβόλου λέγειν αἰσχύνομαι· οὗ ὁ (σοι liber Venetus, i. e. ᾧ ὁ) μὲν πατὴρ ἐστιγμένος ἔτι καὶ νῦν ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ὁ δὲ ξένος ὢν καὶ βάρβαρος λυχνοποιεῖ. Andocide igitur auctore, ut recte Meinekius Qu. Scen. II. p. 27., pater stigmatias in publica moneta servili conditione habitus est. Cum hoc Andocidis testimonio de Chremete etiam id convenit, quod nunc dicemus. Neque enim satis habuerunt Comici, Hyperbolum istum Maricantem ut peregrinum hominem atque barbarum irridere, sed plerique omnes eum plane servum appellarunt. Huc pertinet, ut alia plurima omittamus, Maricantis Eupolidei Fr. XVI. Runk. Δούλων πόλις: quid, quod Polyzelus in Demetyndareo Hyperbolum natione *Phrygem*, Plato autem in Hyperbolo *Lydum* eundem dixerat (Schol. Lucian. l. l.). Iam vero quis ignorat, Lydos Phrygasque pro servorum ultimis vulgo habitos esse? Notum est illud Euripidis, quod in Avibus v. 1244. lusit Aristophanes, πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα —; Quum igitur Comici Hyperbolum Phrygem Lydumve vocarent, nihil aliud illi, iudice etiam Hemsterhusio ad Schol. Luciani, significare voluerunt, quam vile mancipium fuisse, servis parentibus natum: quales Lydi et Phryges fuerunt, notissima servorum nomina. Quocirca hoc iam novo patet argumento, Hyperbolum haudquaquam Antiphane, cive ingenuo, natum fuisse, sed potius Chremete, qui quum nota inustus esset et publice Athenis serviret, rectissime filius patris servi a Comicis ipse etiam servus appellatus est. Quae quum ita sint, gratulemur primum Doco nostrae matrimonium tali femina dignissimum, Chremetis servi (a quo tamen postea videtur discessisse): gratulemur etiam amplissimis parentibus filiolum, Mysorum potius ultimum, quam demagogorum, qui scilicet a parentum virtute nihil degenerarat. Sed quum Chremes non privatam servitutem, sed publicam in moneta servierit (ἐν τῷ ἀργυροκοπείῳ δουλεύει τῷ δημοσίῳ, ut supra Andocides): de caetero suspicamur,

Digitized by Google

Chremetem belli tempore captum Athenas venisse sive solum, sive iam cum Doco uxore Hyperboloque filio, id quod nescimus. Nobis enim nunc quidem satis est, Hyperbolum, virum fortem, a Chremete procreatum, ab Antiphane autem multo post adoptatum esse (*ἐποιήσατο αὐτὸν Ἀντιφάνης, Χρέμης δὲ ἐποίησεν*). Ex his cognosci potest, haud bene Meinekium l. l. in medio reliquisse, quonam Hyperbolus patre usus esset. Sed minus etiam Solani, viri caeteroquin acutissimi, sententia probari potest. Is enim ad scholia Luciani hunc in modum disputat: „— Atqui modo ex Androtione notatur, Antiphanis eum fuisse filium: suspicari licet, Antiphanem iocosa Comoediae libertate transformatum abiisse in Chremetem; quod Theopompum fallere potuit: nam Androtioni maior est in rebus patriis habenda fides.“ Nisi forte haec a magno Hemsterhusio scripta sunt: quoniam quidem dicendi genus non Solani potius facilitatem refert, quam ampullas T. Hemsterhusii.

DE CLISTHENE.

Ridiculus homo, sive, ut graece dicamus, *χρῆμα γέλοιον* fuisse putatur Clisthenes, de quo iam nobis erit *βραχὺς τορός θ' ὁ μῦθος, κατὰ τὸν Αἰσχύλον.* Hunc in omnibus paene fabulis exagitavit Aristophanes, primum quidem, ut videtur, in Acharn. v. 118 sqq.

καὶ τοῖν μὲν εὐνούχοιν τὸν ἕτερον τουτονὶ
ἐγῷδ' ὅς ἐστι, Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου.
ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε,
τοιόνδε δ' ὦ πίθηκε τὸν πώγων' ἔχων,
εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐσκευασμένος;
ὁδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δήπου Στράτων;

Scena totius loci haec est. Tres legati a rege Persarum scilicet reduces producuntur, de quibus Morychus oratoris, Pseudartabae Clisthenes, Strato denique alterius eunuchi agit personam. Scholiastes ad v. 61. *πρέσβεις δὲ οὗτοί εἰσιν οἱ περὶ τὸν Μόρυχον, ἐμπλησθέντες τρυφῆς.* Quae quum ex antiquo et egregio fonte derivata sint, de Morycho legato non magis dubitare licet, quam de Clisthene Stratoneque eunuchis. Principio quod hic Clisthenes Sibyrtii filius dici videtur, id ex rei veritate metiendum esse Elmsleius negat. Nam quum Sibyrtii palaestra

Digitized by Google

a Plutarcho Vit. Alcibiad. p. 193, A. c. 3. (*ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ*) commemorata sit, mollem atque effoeminatum hominem et a corporis exercitatione alienum, exercitatoris (*παιδοτρίβου*) filium iocose vocari. Paullo melius dixisset, Clisthenem masculae Veneris cupitorem in palaestris animos puerorum tentasse (Pac. 746.

αὐχὶ παλαίστρας περινοστῶν
παῖδας ἐπείρων);

nisi plane eximium virum opinio fefellisset. Etenim Clisthenem Sibyrtio patre natum esse confirmant etiam Suidas s. *Κλεισθένην ὁρῶ*, Scholl. ad Lysistr. v. 1092. et ad Ran. v. 48., quos omnes ab hoc uno loco, *Κλεισθένης ὁ Σιβυρτίου*, pendere, ut in homine notissimo, parum credibile est. Porro autem Comici non solum falsos patres ludibrii gratia ementiuntur, sed etiam veri patris nomen certa de causa saepe adiiciunt, ut una cum filio patrem quoque irrideant. Nunc vide mihi Stephanum Byzantium: *Σίβυρτος, πόλις Κρήτης. τὸ ἐθνικὸν Σιβύρτιος, ὡς Πολύβιος ἐν τρισκαιδεκάτῳ.* Ex his suspicor, patrem Clisthenis fuisse Cretensem et Sibyrto oriundum. Sic enim Clistheni, Sibyrtii f., quodammodo peregrinitas ab Aristophane exprobrabitur. Verisimile est autem, patrem Clisthenis *τὸν Σιβύρτιον* vulgo Athenis vocatum esse. Deinceps versu proximo paederastia hominis notatur. Atque etiam illorum verborum *τοιόνδε δ' — ἐσκευασμένος;* sententia clarissima est. Quum enim Clisthenes, homo alias barbam radere solitus, quo similior eunuchi esse videretur, ingenti barba larvam obvolvisset suam: Dicaeopolis, perverse tu quidem, inquit, simulas eunuchum, genus hominum imberbe, quod ipsa natura refers, non inepta arte debes imitari. Bene etiam Schol. ad v. 118. *οὗτος δὲ ὁ Κλεισθένης [ἀεὶ] τὸ γένειον ἐξυρᾶτο, πρὸς τὸ ἀεὶ φαίνεσθαι νέος. διὰ τοῦτο εὐνούχῳ αὐτὸν εἰκάζει.* Postremo egregie haec adduntur: *Hicce vero quis tandem est? nonne Strato?* Quum enim nihil Clistheni similius inveniri posset Stratone, ideo hi duo homines saepenumero coniuncti sunt. Scholiasta ad v. 122. *Στράτων] καὶ οὗτος κωμῳδεῖται ὡς λωβώμενος τὸ γένειον καὶ λειαίνων τὸ σῶμα, ὡς Κλεισθένης· ὥς φησιν αὐτὸς Ἀριστοφάνης ἐν Ὀλκάσι· παῖδες ἀγένειοι, Στράτων.* Quis non videt, in Holcadibus scribendum esse: *Παῖδες δ' ἀγένειοι, Κλεισθένης τε καὶ Στράτων.* Par nobile virorum dicam, anne feminarum in Equitibus quoque

Digitized by Google

consociatum est v. 1370. *Δη.* οὐδ' *ἀγοράσει γ' ἀγέντιος οὐδεὶς ἐν ἀγορᾷ. Αγ.* ποῦ δῆτα *Κλεισθένης ἀγοράσει καὶ Στράτων;* Ceterum iidem porro describuntur his verbis:

τὰ μειράκια ταυτὶ λέγω, τὰν τῷ μύρῳ,
ἃ στωμυλεῖται τοιαδὶ καθήμενα,

et quae sequuntur. Cur vero Clisthenes Stratoque concionari prohibentur? Quia non tantum pice barbam evellebant, sed etiam oratores erant impudici, *περαντικοὶ καὶ κρουστικοὶ*, h. e. puerorum amatores: hi enim, ut recte Dukerus, orationes ad populum habere antiqua lege vetiti erant. Tametsi Aristophanis aetate multi iuvenes huius farinae publice dicebant; vide Eccles. v. 112. Eqq. v. 877 etc. Sequatur locus Nub. v. 354. *καὶ νῦν γ' ὅτι Κλεισθένη εἶδον, ὁρᾷς, διὰ τοῦτ' ἐγένοντο γυναῖκες.* Hic Hermannus, quum de varia potestate verbi *ὁρᾷς* me olim disseruisse ostenderet, non bene tamen *ὁρᾷς;* edidit quod praesens tum in theatro Clisthenes monstretur. Miratus erat Strepsiades v. 340., quid ita tandem Comici Nubes, non etiam verae, mulierum similitudinem referrent. Cui Socrates more suo per varias quaestiones demonstrat, Nubes quum Protei instar in omnes se formas mutare, tum in eorum maxime hominum, quos modo conspexerint. Tum ita concludit, eas nunc viso Clisthene mulierum speciem induisse. Quare *ὁρᾷς* scribendum est, quod non ad oculos, sed ad animum refertur et argumentantis est, ut vernaculum *siehst du*. Transeamus ad Vesp. v. 1187.

μεγαλοπρεπεῖς,
ὡς ξυνεθιώρεις Ἀνδροκλεῖ καὶ Κλεισθένει.

Pares cum paribus veteri proverbio facillime congregantur. Ita Clisthenes, quem alibi cum Stratone Cleonymove consociatum videmus, hic socium habet non minoris scilicet auctoritatis virum, Androclem. Scholiastae enim haec tradunt: *ἐμφαίνει μὲν ὡς περὶ γενναίων τινῶν καὶ λαμπρῶν. Ἀνδροκλέα δὲ Κρατῖνος Σεριφοις (Σεριφίοις) φησὶ δοῦλον καὶ πτωχὸν, ἐν δὲ Ὥραις ἡταιρηκότα ἆρα τὸν αὐτὸν (εἴπερ ἄρα τὸν αὐτόν). Τηλεκλείδης δὲ ἐν τοῖς δυς (ἐν Ἡσιόδοις* cum G. Dindorfio) *καὶ Ἐκφαντίδης βαλλαντιστόμον. ὁ δὲ Κλεισθένης ἐπὶ μαλακίᾳ γνωριμώτατος. ἕτερος δὲ γενναῖος ἢ λαμπρὸς ἦ Κλεισθένης, οὐ πάνυ* (scr. *ἕτερος δὲ γενναῖος ἢ λαμπρὸς ἦν Κλεισθένης; οὐ πάνυ.*). *δέον δὲ εἰπεῖν αὐτὸν ἐπίσημα ὀνόματα, τούτους εἶπεν, ἵνα αὐτοὺς διαβάλλῃ.* Verissime. Ceterum duo illa

Digitized by Google

Cratini fragmenta aetatem tulerunt. Exordiamur a postremo Horarum, *Ὡραικῶς*. Bekk. Anecd. p. 394, 21. (sive Bachm. Anecd. T. I. p. 87, 10.) *Ἀνδροκολωνοκλῆς: ἀντὶ τοῦ ἠλίθιος. Κρατῖνος γὰρ Ὥραις, ἀντὶ τοῦ φάναι ἠλίθιον Ἐτεοκλέα, οὕτως ὑφ' ἓν καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἔφη, διὰ τὸ εἶναι ἐκ Κολωνοῦ.* Primum ridicule Eteocles nominatur pro Androcle, deinde explicatio ista, *ἀντὶ τοῦ ἠλίθιος*, non magis probari potest (docet enim auctor haud paullo certior, scholiasta, puerorum amorem in Androcle reprehensum esse), denique, ut in versu dactylico, *Ἀνδροκολωνοκλέης* scribendum est, h. e. Androcles Colono pago oriundus. Alterum fragmentum Hesychius servavit in *Διονυσοκουροπυρώνην: Κρατῖνος ἐν Σειριάσι· Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων Διονυσιοκουροπυρώνων*, e. s. p.: nam de hac glossa alibi disputavimus. Scilicet neque in prosodia (*πύ* pro *πῦ*) haereo, et sic quoque rescribi posse arbitror: *Αἰσχρῶν Ἀνδροκλέων, Διονύσων κουροπυρώνων.* De Androcle demagogo, homine Alcibiadis inimicissimo, nonnulla attulit Plutarchus Vit. Alcibiad. c. 19. Nunc ad Clisthenem revertamur. Hic vero iterum perstringitur in pulcherrimo loco Avv. 831.

καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔταχτος πόλις,
ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πανοπλίαν
ἕστηχ' ἔχουσα, Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

Quamvis enim scholiastae taceant, non magis, quam interpretes, tamen quovis pignore contendam, Euripidei loci parodiam hic nos legere. Nempe in Meleagro, fabula de melioribus, quod vel nunc intelligi possit, ac multis nominibus commendata, Atalante, Arcadica virgo, bellum venationemque appetere dicebatur, Meleagro, qui eam amore deperibat, per summam ignaviam domi desidente. Certum igitur habeo, haec e Meleagro detorta esse, ubi *κερκὶς* etiam in choris occurrerat, v. Ran. 1323. (1320—1324.), atque cum Frr. X. et XI (p. 227. 228. ed. Matth.) ordine perpetuo cohaerere. Primus versus ita legendus est: *πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν εὔταχτος πόλις*, cl. Eurip. Suppl. v. 447.

πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν ἰσχυρὰ πόλις,
ὅταν τις —;

sed nihil impedit, locum integrum adscribere.

Πῶς οὖν ἔτ' ἂν γένοιτ' ἂν εὔταχτος πόλις,
ὅπου γυνὴ γεγῶσα τὴν παγοπλίαν

Digitized by Google

ἑστηκ' ἔχουσα, Μελέαγρος δὲ κερκίδα;
εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν μέλοι πόνος,
γυναιξὶ δ' ὅπλων ἐμπόοιεν ἡδοναί;
Ἐκ τῆς ἐπιστήμης γὰρ ἐκπεπτωκότες,
κεῖνοί τ' ἂν οὐδὲν εἶεν, οὐδ' ἡμεῖς ἔτι.
Ἔνδον μένουσαν τὴν γυναῖκ' εἶναι χρεών
ἐσθλὴν, θύρασι δ' ἀξίαν τοῦ μηδενός.

In his Althaeam loqui, quae Meleagro filio amorem Atalantae exprobret, forsitan Matthiaeo crederem, nisi de Althaea scripsisset Apollodorus I, 8. αὐτὴ δὲ ἡνιόχει καὶ τὰ κατὰ πόλεμον ἤσκει: nunc alia quaedam mulier proloqui ista videtur. Sed duo certe fragmenta arctissimo vinculo copulata esse satis superque demonstrant illa verba: γυνὴ — τὴν πανοπλίαν et Μελέαγρος δὲ κερκίδα, et εἰ κερκίδων μὲν ἀνδράσιν et γυναιξὶ δ' ὅπλων, quibus nihil ne optari quidem concinnius potest. Apposuisse satis est Lysistr. v. 623.

καὶ πάνυ δέδοικα, μὴ
τῶν Λακώνων τινὲς
δεῦρο συνειληλυθότες
ἄνδρες ἐς Κλεισθένους
τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας ἐξαπαίρωσιν δύκῳ,
καταλαβεῖν τὰ χρήματ' ἡμῶν
τόν τε μισθὸν, ἔνθεν ἔζων ἐγώ.

Hic enim non ut proditor Clisthenes notatur, sed mulierum patronus, quod bene monuit scholiasta. Porro Clisthenes, homo cinaedus, propter mollitiem suam in eadem fabula deridetur v. 1092.

μὰ Δί' ἀλλὰ ταντὶ δρῶντες ἐπιτερψόμεθα,
ὥστ' εἴ τις ἡμᾶς μὴ διαλλάξει ταχύ,
οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ Κλεισθένη βινήσομεν.

Habebat id Aristophanes, credo etiam alios illorum temporum Comicos, ut certas personas in fabulis certis una pluribusve solito vehementius exagitaret. Quemadmodum igitur, ut hoc utar, Aeschines Selli f. in unis propemodum Vespis perstringitur, sic Clisthenes in Thesmophoriazusis et Ranis praecipue vexatus est. Et in illa quidem fabula non tantum leviter, ut mulier plane, irrisus est, v. 235. ὁρᾷς σεαυτόν; οὔ μὰ Δί', ἀλλὰ Κλεισθένην, verum etiam in longiore scena inde a v. 574. partes agit tali homunculo dignas. Indicat enim mulieribus suis, virum quempiam clam se in Thesmophorium in-

Digitized by Google

sinuasse, excutit deinceps Mnesilochum, curioseque sitne vir an femina inquirit, postremo manifestam rem ad prytanes curat deferendam. Initium scenae illius iuvat adscribere:

ΚΛΕΙ. *Φίλαι γυναῖκες, ξυγγενεῖς τοὐμοῦ τρόπου,*
ὅτι μὲν φίλος ὑμῖν, εἰμ' ἐπίδηλος ταῖς γνάθοις·
γυναικομανῶ γὰρ, προξενῶ θ' ὑμῶν ἀεί.
καὶ νῦν ἀκούσας πρᾶγμα περὶ ὑμῶν μέγα,
ὀλίγῳ τι πρότερον κατ' ἀγορὰν λαλούμενον,
ἦλθ' ὡράων τευτ' ἀγγελῶν θ' ὑμῖν, ἵνα
σκοπῆτε καὶ τηρῆτε, μὴ καὶ προσπίσῃ
ὑμῖν ἀῤῥάκτοις πρᾶγμα δεινὸν καὶ μέγα.

ΧΟ. *τί δ' ἔστιν, ὦ παῖ; παῖδα γάρ σ' εἰκὸς καλεῖν,*
ἕως ἂν οὔπω τὰς γνάθους ψιλὰς ἔχῃς.

Duo postremos versus Cheri ex quodam Euripidis loco petitos lenitérque inflexos esse, in Commentario demonstravi. Haec hactenus de illa quidem comoedia; venio ad locos Ranarum, e quibus aliquanto plus ad summam rei proficere licebit. Namque v. 422 sqq. haec leguntur:

τὸν Κλεισθένους δ' ἀκούω
ἐν ταῖς ταφαῖσι πρωκτὸν
τίλλειν ἑαυτοῦ καὶ σπαράττειν τὰς γνάθους·
κἀκόπτετ' ἐγκεκυφὼς
κἄκλαε, κἀκκικράγει
Σεβῖνον, ὅσις ἐστὶν Ἀναφλύστιος.
καὶ Καλλίαν γέ φασι
— ναυαγῶν —.

Igitur magna quaedam interpretum negligentia fuit, qui non viderint, Clisthenem in proelio ad Arginusas cecidisse, ac postea Athenis in Ceramico altero publice sepultum esse, quod et ex h. l. certissime apparet, et e Ran. v. 57. conici potest, ubi suspicio quaedam *de desiderio Clisthenis* iniicitur. Neque vero Clisthenes post tempus Ranarum unquam ab Aristophane commemoratus est. Nam, ut ad singula veniam, male VV. DD. deteriorum Codd. scripturam *τὸν Κλεισθένη* probant, profectam illam a correctoribus, qui Sebinum mortuum esse atque a Clisthene vivo conclamatum putarent: ita enim h. l. Schol. ad v. 423. exponit. Enimvero cum optimis quibusque libris scribendum est *τὸν Κλεισθένους*, i. e. amatorem potius, quam filium Clisthenis. Quis potissimum *ὁ Κλεισθένους* dictus sit, hodie ignoramus; certe falso Calliam significari putant quidam

Digitized by Google

in Cod. Veneto, τὸν καλλίαν / κλεισθένους, et in Gl. Cod. C., decepti versu 428., qui contrarium docet. Nihil etiam disci potest e Schol. ad Theocr. V, 43. καὶ Ἀριστοφάνης δὲ Βατράχοις φησὶ περὶ τοῦ Κλέωνος κτλ. Deinde ἐν ταῖς ταφαῖς significat in Ceramico exteriore, ubi cives, qui pro patria mortui essent, sepultos esse constat; vide Avv. 395. et I. Meursium de Ceramico gemino (Gronov. Thesaur. T. IV. p. 999 sqq.). Porro scelestus isto amator culi maxime sui solitudinem deplorabat (πρωκτὸν τίλλειν ἑαυτοῦ). Iam vero Σεβῖνον rectissime interpretatur scholiasta de Clisthene, monetque hunc hominem etiam a Platone Comico Sebinum vocitatum esse. Alio modo in nominibus Ἀναφλύστιος et Σεβῖνος lusit Aristophanes Eccl. v. 980. Tametsi Ἀναφλύστιος in utroque loco simul ad pagum Atticae referendum est. Sed Porsonus ad Eurip. Or. v. 1645. et post eum alii metri causa cum articulo scripserunt ὁστὶς Ἀναφλύστιος, sententia parum intellecta. Comicus enim cum acerbissimo ioco hoc dicit: Anaphlystii omnes cum clamoribus desiderarunt Sebinum (jeder Anaphlystier sobrie nach dem Sebinus, dem Clisthenes). Equidem conieci: Σεβῖνον, ὅστις ἔστ' ἀνὴρ Ἀναφλύστιος, etsi anapaestum non probo, nisi mediocriter. Postremo illa etiam verba: καὶ Καλλίαν γέ φασι — ναυμαχεῖν indicio sunt, in loco proximo superiore de proelio ad Arginusas recens commisso sermonem institui. Pauca, vel admodum nihil, dicere habeo de Ran. v. 57. Ἡρ. ἀλλ' ἀνδρός; Διον. ἀτατταῖ. Ἡρ. ξυνεγένου τῷ Κλεισθένει; Quum Bacchus ingenti quodam desiderio viri sit percussum esse dixisset, Hercules non sine malitia quadam suspicatur, eum olim cum Clisthene rem habuisse. Quoniam vero non vivos videntesque, sed absentes et paullo ante mortuos recenti desiderio prosequimur, Clisthenes haud multo ante diem suum obiisse necesse est. Articulum autem, τῷ Κλεισθένει, non solum optimorum Codd. auctoritas et malus ictus ξυνέγενον pro ξύνεγενον atque caesura versus commendat, sed etiam contexta oratio poscit; is enim eo, ubi primum huius Clisthenis mentio fit, ad v. 48. refertur. Tam luculente Clisthenes ab ano Aristophane descriptus est, ut iam, quid alii Comici de eo senserint, vix serio quaerendum esse videatur. Nam, ut alios omittam, risit eum Cratinus, utpote pulchellum puerum in Pytine his maxime verbis:

Digitized by Google

— ληρεῖς ἔχων· γράψ' αὐτὸν
ἐν Ἐπειοδίῳ· γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων
ἐν τῇδε τοῦ κάλλους ἀκμῇ,

quem locum tractavimus in Quaestt. Aristoph. T. I. p. 280 Denique attingam illud Pherecratis ap. Athen. IX, p. 395. c. Φερεκράτης — ἐν δὲ Πετάλῃ·

Ἀλλ' ὦ περιστέριον ὅμοιον Κλεισθένει
πέτου, κόμισον δέ μ' εἰς Κύθηρα καὶ Κύπρον.

Verissime enim *Κλεισθένει* pro *Καλλισθένει* reposuerunt Porsonus, Elmsleius, Dindorfius. Sed quum Clisthenes, omnino venereus homo, sicuti columba avis est amatoria, volare tamen certe nequiverit, naves autem saepenumero volare dicantur, plane videtur Pherecrates ambigaitate Comicis frequenti Clisthenem hominem cum Clisthene navi commiscuisse. Navi enim vectus interlocutor Cyprum proficisci debebat. Quin quidem Clisthenes nomen fuerit navis atticae, dubitari omnino non potest. Hoc enim intelligitur ex insigni loco Ar. Ran. v. 48.

Ἡρ. — ποῖ γῆς ἀπεδήμεις; Διον. ἐπεβάτευον Κλεισθένει.
Ἡρ. κἀναυμάχησας; Διον. καὶ κατεδύσαμέν γε ναῦς
τῶν πολεμίων ἢ δώδεκ' ἢ τρισκαίδεκα.

Omnino hic ad amores Clisthenis cinaedi alluditur; sed quaeso, unde tandem Hercules intelligit, Bacchum proelio navali ad Arginusas interfuisse? quod Bacchus deinceps, mendaciis etiam additis, vere dici confirmat? In oculos vero incurrit, navi cuidam atticae Clisthenis nomen impositum fuisse: quando naves etiam apud Graecos, ut hodieque fit, suum quaeque nomen certum habebant (vide Scheffer. de milit. navali III, 1. p. 173.). Hic quoque vera ratio interpretes fugit ad unum omnes, etiam antiquos illos, qui nescio quid ineptiarum mussitant de Clisthene, *ἐστρατήγησε δὲ νεωστὶ καὶ ἐνίκησεν οὗτος*: Hermannum meum non fugit, quippe qui ipse quoque in literis ad me datis rem acu tetigerit. Hic finita de Clisthene isto disputatione mea statim ad virum unum omnium haud dubie fortissimum, dico Cleonymum, transissem, nisi in tali genere scriptarae paullam discedere a proposito liceret. Nunc autem Clisthene navi omniumque interpretum incuria comminuti duarum praeterea navium, Cleocriti Cinesiaeque memoriam redintegrabimus. Namque in Ranis v. 1426 sqq. haec leguntur:

Διον. εὖ γ' ὦ Ποσειδον· σὺ δὲ τίνα γνώμην ἔχεις;
Αι. οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν

Digitized by Google

μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.
Διο. νὴ τὸν Δία τὸν σωτῆρα, δυσκρίτως γ' ἔχω·
ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.
ἀλλ' ἔτι μίαν γνώμην ἑκάτερος εἴπατον,
περὶ τῆς πόλεως, ἥντιν' ἔχετον σωτηρίαν.
Εὐ. εἴ τις πτερώσας Κλεόκριτον Κιννσίᾳ,
αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.
Διο. γέλοιον ἂν φαίνοιτο· νοῦν δ' ἔχει τίνα;
Εὐ. εἰ ναυμαχοῖεν, κἄτ' ἔχοντες ὀξίδας
ῥαίνοιεν ἐς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων.
ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν. *Διο.* λέγε.
Εὐ. ὅταν τὰ νῦν ἄπιστα πίσθ' ἡγώμεθα,
τὰ δ' ὄντα πίστ' ἄπιστα. *Διο.* πῶς; οὐ μανθάνω.
ἀμαθέστερόν πως εἶπὲ καὶ σαφέστερον.
Εὐ. εἰ τῶν πολιτῶν οἷσι νῦν πιστεύομεν,
τούτοις ἀπιστήσαιμεν, οἷς δ' οὐ χρώμεθα,
τούτοισι χρησαίμεθα, σωθείημεν ἄν.
εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς
τἀναντία πράξαντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν;
Διο. εὖ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σωρωτάτη φύσις·
ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες, ἢ Κηφισοφῶν;
Εὐ. ἐγὼ μόνος, τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν.
Διο. τί δαὶ λέγεις σύ;

Hic duo potissimum loci de antiqua interpolatione graviter suspecti sunt, primum versus 1427—1429. οὐ χρὴ — ὑπηρετεῖν. Incredibile memoratu est, quantopere haec verba doctissimos homines vexaverint, ut Meinekium Qu. Scen. I. p. 49., G. Dindorfium ad Ar. Frr. p. 25—37., ubi acutissime disputat maxime contra Suevernium Ueber A. Wolken p. 48 sqq., Raspium De Eupol. Demis p. 9., quorum partim iam usi sunt auctoritate G. Hermanni in Opusculis, et in Aglaophamo Lobeckii. Equidem ab omnibus VV. DD. mihi video discedendum esse. Apparet, hos versus ita certe, uti nunc est, coniungi nullo modo posse, recteque de eo iam inter plerosque conventum est, sed de origine tanti vitii et iusta emendatione dubitatur. Igitur expungendum esse primum versum: οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν, quippe qui male in Aristophanem ex Aeschylo redundarit, his maxime indiciis deprehendi. Primum scholiasta opportune haec tradidit: ἔν τισι δὲ

Digitized by Google

μετὰ τὸ πρῶτον (i. e. post versum 1427. οὐ χρὴ —) παρήγαγε γράφεται, ὥστε εἶναι τὸ μὲν πρῶτον ὁμολογουμένως Αἰσχύλου —. Codex Dindorfii: ἔν τισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παρήνεγκε γράμμα. Hermannus corrigebat: ἔν τισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παραγραφή (cf. Schol. Ven. ad Pac. v. 1298 sive 1333.), Dindorfius sintam.: ἔν εισι δὲ μετὰ τὸ πρῶτον παρήνεγκται γραμμή. At male scholiasta verbum παρήγαγε vel παρήνεγκε ad personarum vices retulit. Nempe in antiquis Codd. scriptum erat: παρὰ τὸ (Αἰσχύλου) „οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν" παρήγαγε sive etiam παρήνεγκε. Confer Schol. Ven. ad Pac. v. 91. παρενήνεκται ἡ λέξις παρὰ τὸ „τί θαλασσοπεπὲς καὶ πτερυγίζεις;" et alia huiusmodi. Scholiasta non amplius inveniebat παρὰ τὸ Αἰσχύλου, sed versum tantummodo cum παρήγαγε vel παρήνεγκε. Etsi de invento adhuc nomine Aeschyli nescio quam suspicionem excitat error graeculi scribentis: ὥστε εἶναι τὸ μὲν πρῶτον ὁμολογουμένως Αἰσχύλου. Itaque grammatici olim demonstraverant, duo Comici versus:

μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν,

ex hoc Aeschyli loco:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν,

tanquam e fonte suo promanasse. Neque vero posthac quisquam dubitabit, quin hosce versus primum ex aliqua tragoedia, deinde ex Aeschylo ipso, cuius ingenium unice referunt, verissime derivemus. Habet id autem Aeschylus Comici nostri, ut suis versibus nihil magnopere, certe non multum immutatis commode utatur. Huc pertinent quum multi alii Ranarum loci, tum etiam illa verba in paucis eximia v. 884. 885.:

Αἰ. Δήμητερ, ἡ θρέψασα τὴν ἐμὴν φρένα,
εἶναί με τῶν σῶν ἄξιον μυστηρίων.

Scholiasta: παρόσον Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον ὁ Αἰσχύλος ἦν, ἢ ὅτι ἐν τοῖς Ἐλευσινίοις ἐπιλεῖτο τὰ δράματα τοῦ Αἰσχύλου, ἴσως δὲ τοῦτο ἔπος Αἰσχύλου. Graeculus balbutit ille quidem, etiam A. l., doctioris grammatici sententiam parum assecutus; verumtamen vel ex ista tam tenui adnotatione certe sequitur, hos versus ex Aeschyli fabula ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΙ fluxisse, quam tragoediam ab his ipsis verbis Δήμητερ — μυστηρίων initium copisse existimo. Et fortasse Theseus apud Aeschylum sic erat

locutus. Huc accedit, quod Plutarchus Vit. Alcibiad. c. 16. Aeschyleum versum penitus omisit, ἔτι δὲ μᾶλλον, inquit, τῇ ὑπονοίᾳ πιέζων· Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ᾽ν πόλει τρέφειν· ἢν δ᾽ ἐκτρέφῃ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν. Nimirum Plutarchi aetate nondum versus tragicus e margine et scholiis contextum male occupaverat. At, dixerit quispiam, Codices Plutarcho illi quidem longe longeque recentiores, veruntamen antiqui, Venetus Bekkeri et tres Parisini ap. Brunck. alterum delent versum 1428. μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ᾽ν πόλει τρέφειν. Sed quicunque demum haec verba induxerat (nisi ea casu propter homoeoteleuton τρέφειν exciderunt), is bene senserat, versus οὐ χρὴ — et μάλιστα μὲν — coniunctos ferri nullo modo posse. Ceterum non librariolos aut summum aliquem grammaticum potius, quam Plutarchum, certissimum testem, nobis audiendum esse, et Aristophanis imitatio et exemplum Aeschyli demonstrant. Et Aristophanes quidem scribere necessario debebat:

Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ ᾽ν πόλει τρέφειν,
ἢν δ᾽ ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Nam et catulus leonis (λέοντος σκύμνος) prorsus abhorrebat ab Alcibiade viro XL amplius tunc annos nato, et formula μάλιστα μὲν multo quam οὐ χρὴ praestabat. Scilicet quum Euripides modo restituendum esse Alcibiadem negasset, Aeschylus contrariam professus sententiam ab initio Alcibiadem pancis reprehendit (volo maxime quidem leonem in re publica non ali omnino), tum vero iudicium tulit suum (sin autem alitus sit, ingenio eius obsequendum est i. e. Alcibiades censeo revocetur). Contra nihil certius est, quam Aeschylum in tragoedia ita plane dixisse:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
ἢν δ᾽ ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Praeclare enim catulus leonis atque leo adultus sibi invicem opponuntur. Falso igitur Plutarchus et fortasse scholiasta ἢν δ᾽ ἐκτρέφῃ τις legunt, qua scriptura apud tragicum praeclara oppositio deletur (λέοντος σκύμνον — ἢν δ᾽ ἐκτραφῇ τις), in Aristophane vero sine causa ab Aeschyleis verbis videtur discedi. Iam patefacta istius vitii origine non in eo morabor, quod numeri, verba, sonus, versus denique ipsi tragici loci parodiam nos legere ostendunt. Illud vero multis fortasse novum accidet, si dixero, Eupolin iam ante tempus Ranarum hos

Digitized by Google

Aeschyli sententiis in rem suam convertisse, quum quidem eos ad eundem Alcibiadem traduceret. Notissimus est autem locus Valerii Maximi VII, 2, 7.: Aristophanis quoque altioris est prudentiae praeceptum, qui in comoedia introduxit remissum ab inferis Atheniensem Periclem vaticinantem, non oportere in urbe nutriri leonem; sin autem sit alitus, obsequi ei convenire. Haec igitur non ad Ranas, sicuti vulgo existimantur, sed aliorsum pertinere, clarissime ex his verbis apparet, *remissum ab inferis Atheniensem Periclem vaticinantem*, quae omnia in Eupolin unice conveniunt. Contra apud Aristophanem nemo loquitur remissus ab inferis, sed inter ipsos inferos res agitur, neque haec Pericles dicit, sed Aeschylus, neque vero is vaticinatur, sed monet datque consilium. Tu vero repone, sodes, apud Valerium *Eupolin* pro *Aristophane*, quae nomina et alibi saepe permutantur et hic confundi facillime poterant ob versus illos Ranarum; tum habebis egregium quoddam Eupolidis *Δήμων* fragmentum. Vide Fragmenta IV—VII. p. 3. 21 sq. 46 sqq. Rasp., ubi Periclis umbra loquitur. Nempe Pericles Atheniensibus suadebat, ut accepta clade Sicula Alcibiadem, qui tunc plurimum et absens nocebat et revocatus prodesse posset, quantocius in patriam restituerent. Quodsi quid miro verbo *vaticinantem* tribui vis, Pericles apud Eupolin quasi vaticinia edebat, in quibus quomodo rei publicae succurrendum esset diceret. Tametsi vox illa *vaticinantem*, quae, Raspio meo monente, vix in oratorem, egregie in poetam tragicum quadrat, etiam ex Aeschylo resedisse potest, in quo vatem aliquem, ut Tiresiam sive Amphiaraum, haec locutum esse sumamus; certo quidem Valerio hic non nimis confidere licet. Qui si Comici locum recte transtulit, Eupolis ipsos Aeschyli versus retinuisse videtur; neque excipiam *λέοντος σκύμνον*, quamvis *leonem* habeat Valerius, idcirco quod Pericles semet ipse leonem, catulum vero dicere poterat Alcibiadem, quem in domo Periclis educatum esse constat. Quae si vere disputavimus, primum Aeschylus in tragoedia nescio qua scripserat:

Οὐ χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

tum iisdem verbis postea Eupolis utebatur in Demis; denique Aristophanes in Ranis ita haec immutavit:

Μάλιστα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν,
ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Digitized by Google

Adeo Aristophanes ille in loco non solum ab Aeschylo, sed quodammodo etiam ab Eupolide profecit. Nam Demos quidem Eupolideos optime vidit Raspius p. 11. statim post Siculam expeditionem Ol. XCII, 1. Callia archonte, Dionysiis magnis editos esse; Ranas vero sciunt omnes incidere in Ol. XCIII, 3. Callia post Antigenem archonte, Lenaeis. Difficiliores explicatus habet alter locus v. 1433 sqq. Hic enim Aristarchus, unicus ille Homeri sospitator, at malus interpres Comici, grassatus est obeloque suo versus aliquammultos confixit: quasi tum in Homero versaretur, ac non potius in Aristophane. Sic enim accepimus a Schoell. ad v. 1433. (1485.) *ἀθετεῖ δὲ τοὺς πέντε ἀφεξῆς στίχους ἕως τοῦ „ῥαίνουσιν εἰς τὰ βλέφαρα τῶν ἐναντίων“ Ἀρίσταρχος. ὅτι φορτικώτεροί εἰσι καὶ ἀτελεῖς διὰ τοῦτο ὑποπτεύονται. Ἀπολλώνιος δὲ οὐ διὰ τοῦτο, ἀλλ᾽ ὅτι οὐ πρὸς τὴν ὑπόθεσιν ἔχουσί τι. ἐρομένων* [immo *αἰρομένων*] *δὲ αὐτῶν ἑκάτερος μίαν γνώμην λέγει.* deinde ad v. 1436. (1488.) *ταῦτα δὲ ἠθετημένα μετρίως ἄν τις νομίσειεν ἐνθυσκευάσθαι· καὶ γάρ ἐστι φορτικά. τὰ δὲ ἑξῆς κείμενα πρέποντα καὶ τῇ ποιητῇ καὶ τῇ ὑποθέσει.* postremo ad v. 1448. (1500.) *συναθετεῖται τοῖς ἄνω καὶ οὗτος. μένων γὰρ ἀκυροῖ τὴν ἐκείνων ἀθέτησιν* —. Sequitur ex his, Aristarchum Apollonioumque spurios iudicasse hos potissimum versus, primum 1433 — 1437. (*εἴ τις — τῶν ἐναντίων.*), tum vero etiam vv. 1448. 1449. (*ταυτὶ πότερ᾽ — Κηφισοφῶν*). Nostri autem interpretes antiquum obtinendo etiam hic opinantur, non docent; Kusterum Aristarcho, ut equidem censeo, adsentitur, Brunckius Spanheimsque fidem antiquitatis quam Aristarchi coniecturam sequi malunt, G. Dindorfius l. l. duplicem adeo recensionem indagasse sibi videtur, et alios credo varia atque diversa sentire. Mihi certum deliberatumque est, totum illum locum a vanis suspicionibus Aristarchi defendere. Nam quum ne unus quidem locus in omnibus XI fabulis diasceuastae alicui histrionive debeatur, tum satis periculosum est, duo locos simul obelo configere, primum vv. 1433 — 1437., deinde vv. 1448. 1449.; haec enim non una quaedam sit, verum duplex potius, ut ità dixerim, interpolatio. Porro eiusmodi interpolator vix uteretur Cleocrite Cinesiaque (v. 1433.), viris Aristophani aequalibus, nec diceret, credo, *εἰ ναυμαχοῦεν* (v. 1436.), quod pugnam ad Arginusas paullo ante commissam in memoriam revocat, denique multo minus sciret, aut scire curaret,

Digitized by Google

Euripidem a Cephisophonte in scribendo dici adiutum esse; hanc enim vim habent vv. 1448. 1449. De hoc postremo ipse dixit Aristophanes Ran. v. 971. εἶτ' ἀνέτριφον μονῳδίας, Κηφισοφῶντα μιγνύς, ubi cf. Schol., et in fragmento super invento ap. scriptorem vit. Eurip. Ἐπεὶ δ' οὐκ ἐπιθε, κατέλιπεν αὐτῷ τὴν γυναῖκα, βουλομένου αὐτὴν ἔχειν τοῦ Κηφισοφῶντος. λέγει οὖν καὶ ὁ Ἀριστοφάνης·

Κηφισοφῶν ἔριστε καὶ μελάνιστε,
σὺ δὲ ξυνέζης εἰς τὰ πόλλ' Εὐριπίδῃ,
καὶ συνεποίεις, ὥς φασι, τὴν μελῳδίαν.

Hic eiusmodi quid addendum videtur: καὶ συνεποίου δ' Εὐριπίδῃ τὰ παιδία. In primo versu μελάνιστε haud sane mutem cum Seidlero (cf. G. Hermann. ad Schol. Vaticana p. 20.), in secundo ὡς τὰ πόλλ' rescribo, totum denique fragmentum ego post G. Dindorfium e Gerytade derivem. Praeterea consilium poetae sententiarumque nexus hunc locum retineri iubent. Bacchus enim eum ex his poetis secum ad superos videbatur abduturus esse, qui saluberrimum consilium rei publicae dedisset. Atqui supra (v. 1429 sq.) Bacchus de eo dubitaverat, utrius sententia, Euripidisne an Aeschyli, praestare videretur. Nunc vero, ubi novum consilium de rei publicae salute exspectatur, Euripides haerere debet, labare, primum ineptam ferre sententiam v. 1433 — 1437., tum obscure loqui et ambigue v. 1439. 1440. ac postremo mediocre quoddam consilium dare multis versibus 1442 — 1446. Contra Aeschylus paucis verbis eisque manifestis rem unam omnium longe optimam suadet v. 1459 — 1461. Itaque etiam ob hanc causam ad Athenienses reducitur Aeschylus, Euripides vero repudiatur. Pessimum igitur consilium, certe Aeschyleo longe deterius, effiere Euripides debet. Iam mihi aliquis versus illos expungat; valde scilicet mirabimur, Euripidem, haud mali profecto consilii auctorem, causa cadere. Sed nolo pluribus sic agere, ac potius alia generis eiusdem praetereo, ne quis forte in contrariam sententiam disputare incipiat. Quid vero, si dentis his versibus totius loci venustas perit, si denique versus ipsi Aristophanis auctoritatem testantur? Nam Aristarchus quidem, quum hos versus putidos esse ac prene insulsos diceret, in eundem errorem incurrebat, quem nostri interdum critici, nec dubitavit ea improbare, quae nullo pacto intellexisset. Magis speciosa Apollonii ratio est, qui h. l. ab argumento tota alienari

Digitized by Google

esse dicitur, ideo quod et Euripides et Aeschylus unum modo sententiam, non plures, dicere iussi fuerint: neque enim videbat, cur Euripides duplex consilium dare quam Bacchi imperio obedire maluerit. Sed omnino grammaticos Alexandrinos inversum sibi suspectorum interpretatione vehementer lapsos esse satis superque ostendunt scholia ad v. 1433. (1485.) de hominum volatu, ad v. 1448. (1500.) de vicibus personarum, ad v. 1449. (1501.), ubi Timotheus ridicule prorsus τὰς ὀξίδας pervertit. Minime vero illud ferendum est, quod ad primum locum ita scribunt: *φησὶν οὖν ὅτι εἴ τις ἀντὶ πτερῶν Κλεοκρίτῳ Κινησίαν παραβάλοι ὥστε φέρεσθαι μεταρσίους.* Capitalis error, quem adsciverunt Berglerus, Vossius et, si quaeris, caeteri ad unum explicatores. Non invideo ipsis eiusmodi nugas Comicorum principe tam interpretante facileque patior eos monstra loqui: *si Cinesias* (homo tenuis) *loco alarum applicetur Cleocrito* (homini pingui atque obeso), *ut sublimes in aere ferantur*: quamquam ne hoc quidem senserunt, Cleocritum, de quo vide Avv. v. 876., hominem non minus gracilem et procerum fuisse Cinesia. Sed cuicunque nec hominum volatus neque navalis pugna in medio aere commissa nimis placuerint, is intelliget, spero, Cleocritum atque Cinesiam naves atticas fuisse, idque sine ulla dubitatione e versu *αἴροιτ' ἐν ἀνδρὸς πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα* maximeque ex illis *ἱ ναυμαχοῖεν* concludet. Ex his porro Cleocritus navis longa fuit, ob gravitatem inhabilis (*ein Kriegsschiff*), at Cinesias fuit liburna quaedam (*ein Schnellsegler*), quae si Cleocritum remulco traheret, maiorem huic navi velocitatem additura esset; notum est autem, quid *πτερῶν ναῦν*, *ναῦς ἐπτερωκυῖα*, similia graece significent. Hoc unum concedo, Bacchum, quum diceret *γέλοιον ἂν φαίνοιτο*, inepte, ut est ipse, h. l. eodem modo, quo VV. DD., interpretatum videri. Quamobrem Euripides hoc consilium dare incipit: *Deducatur navis Cleocritus, adnexa ob maiorem celeritatem celoci naviculae Cinesiae; ambae igitur vento secundo solvant feranturque in altum; pugnam navalem cum hostibus conserant; acetum ex acetabulis inspergant in palpebras oculosque hostium* . . . . . Nunc demum videt Euripides, hoc consilium non posse aut ad exitum adduci aut omnino probari eodemque temporis momento tandem illud consilium, verissimum illud scilicet, animum eius percutit. Quapropter repente ab incepto desistit, priore sententia nondum

Digitized by Google

finita, et quum ultima verba *ῥαίνοιεν ἐς τὰ βλίφαρα τῶν ἐναντίων* . . . . . voce magis magisque cadente et summissa, diffidens sibi ipse meditansque locutus sit, proxima illa, *ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν* profert clarissima voce, magno quodam impetu, elatus laetitia, quasi diceret: *εὕρηκα, εὕρηκα!* Quid autem faceret Euripides? Neque enim mediocre quiddam, sed hoc agebatur, ipsene an Aeschylus ex inferis existere posset, et barbatus poeta lubenter, puto, suum factebat notum illud: *καίτοι φιλῶ γε τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγώ.* Iam vero certe apud Aristophanem Euripides homo est callidus (Thesmoph. v. 927. et saepe alias) mireque facetus (Acharn. v. 409. Thesmoph. v. 6 sqq. ibid. v. 35.). Quum itaque vidisset, hoc priore consilio nihil sane profectum iri, callide, ut est, mediam orationem abrumpit,* relinquit ipse malum consilium ac destituit, fingens, se more suo iocatum esse; subito enim palmarem sententiam invenerat. Quocirca sic loquitur: *ἐγὼ μὲν οἶδα καὶ θέλω φράζειν*, nihil tribuens priori consilio idque se tamen iam dare coepisse prudenter dissimulans. Namque a verbis *ἐγὼ μὲν* ordiri solebat, quicunque princeps interrogatus in eo esset, ut sententiam diceret suam; vide tantum Aesch. Agamemn. v. 1348. et Luc. Iov. Trag. c. 5. Et nescio, an hunc Comici iocum per transennam quasi adspexerit et a limine salutaverit Vossius, quum ita transferret: *Ich weiß, ich weiß was und erklär' es nun.* Verissime autem haec omnia a nobis dicta esse, illi versus certo plane argumento sunt:

Διο. εὖ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφωτάτη φύσις.
ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες, ἢ Κηφισοφῶν;
Εὐ. ἐγὼ μόνος· τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν.

Primum enim hic Palamedes alter ideo appellatus est Euripides, quod unam modo sententiam dicere iussus duas paene in medium attulisset. Deinde caetera iam praeclarissime excogitavit Aristophanes. Duplex autem consilium dederat Euripides, alterum sane frigidum atque infelix de navibus illis acetabulisque, alterum solerter inventum et perquam utile, de rectoribus ducibusque reipublicae quam primum ita mutandis, ut optimi viri pessimis succederent. His auditis Bacchus duplici consilio offenditur, quum praesertim sciat, Cephisophontis opera tragicum in scribendo usum esse. Interroganti igitur, utrum haec ipse invenisset, an Cephisophon, callidissime ita respondit Euripides, ut sibi bonum consilium attribueret de rectoribus

Digitized by Google

civitatis, malum vero illud de acetabulis Cephisophonti suo relinqueret. Et credemus Aristarcho, haec inventa, quae totum Aristophanis ingenium spirant, interpolatoribus absurdis deberi? Sed eo progressa est et nostrorum criticorum et fortasse iam Aristarchi Apolloniique temeritas, ut certissima quaeque vitia secure repeterent. Quid enim clarius esse potest, quam v. 1434. non *αἴροιν αὖραι παλαίαν ὑπὲρ πλάκα*, sed ita potius scribendum esse: *αἴροιτ' ἐν αὔρᾳ παλαίαν ὑπὲρ πλάκα*, quo etiam lectiones *αἴρει ἐν αὔρᾳ*, *αἴροι ἐν αὔρᾳ*, *αἴροιαν αὖραι* legentem perducunt. Deinde vs. 1445 sq. pro vulgatis:

εἰ νῦν γε δυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς
τἀναντία πράξαντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν;

nemo monitus dubitabit rescribere:

εἰ νῦν ἐδυστυχοῦμεν ἐν τούτοισι, πῶς
τἀναντί' ἂν πράξαντες οὐ σωζοίμεθ' ἄν;

Sed fuit adeo, qui hos duo versus tanquam Aristophane indignos eiiceret, quibus nihil sanius est in toto Aristophane. Nempe Euripides hic et multis et maxime perspicuis verbis uti debet, et quod mirabiliter invento suo gaudet, et vero etiam ob insignem Bacchi tarditatem v. 1440. 1441. Facile sit profecto, ea Aristophane indignissima dicere, quae tu nullus intellexeris, neque vero emendare corrupta queas; poteramque de h. l. paucis defungi, nisi magni facere solerem iudicium Aristarchi. Sed de navibus atticis, Clisthene, Cleocrito, Cinesia, haec hactenus, ut tandem aliquando ad Cleonymum mulierem, illud volui dicere, virum et paene heroa veniamus.

Digitized by Google

ANTONII WESTERMANNI

PHILOS. D. LITTER. GRAECAR. ET ROMANAR. IN UNIVERS. LIPS. P. P. O.

ANNOTATIONES IN ATTICA PAUSANIAE.

Digitized by Google

Digitized by Google

Graecia nunc demum in pristinam dignitatem restituta eiusque antiquitatis reliquiis, quae multorum saeculorum rudere cooperta iacuerunt, recludi iam et aperiri coeptis, vix est alius scriptor, qui magis oculos eruditorum in se convertat maioreque dignus sit studio atque pervestigatione quam Pausanias, quippe certissimus futurus dux per Graeciae diversas regiones. Itaque haud scio an operae pretium facturus sim, si ex eius descriptione Athenarum, quae ut olim erant ita futurae iterum sunt ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος, locos quosdam ad illustrandum mihi sumpserim, qui partim emendatione partim explicatione adhuc videntur indigere, praesertim cum neque Bekkeri acumine omnia persanata neque Siebelisii diligentia omnia explicata et ad liquidum perducta sint.

Lib. I. cap. I. §. 3. ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσης (καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω τοῦ λιμένος ἐστὶν ἑτέρα), τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσης στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. Ibid. cap. III. §. 2. ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεύς ἐστι γεγραμμένος καὶ Δημοκρατία τε καὶ Δῆμος· δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις, ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι. Ibid. §. 4. Βουλαίου δὲ ἐν αὐτῷ (τῷ βουλευτηρίῳ) κεῖται ξόανον Διός, καὶ Ἀπόλλων τέχνη Πεισίου, καὶ Δῆμος ἔργον Λύσωνος.

Quid his in locis Δῆμος significet non convenit inter viros doctos. Ac primum quidem locum Meursius in libro de populis Atticae ad Demum Atheniensem, Pyrilampis filium, amicum Periclis (de quo qui scripserunt laudatos vid. ap. C. F. Hermann. in progymn. ad Aristoph. Eqq. sched. I. p. 4, 1.), refert; quam sententiam Chandlerus in Travels in Greece p. 64. ita amplexus est, ut qui a Pausania Populi imagines memorari existimarent errare omnes diceret illosque omnes locos ad Demum istum Pyrilampis filium contenderet esse referendos. Sed haec tam inconsiderate disputata sunt, ut sponte corruant neque copiosa refutatione indigeant. Nec magis defendi potest Meursii sententia, quam iam Stuartus in Antiquitt. Athen. ed. Germ. t. II. p. 39. satis explosit. Quippe Leocharem enim statuarium, quem fere Olymp. CII. usque ad CXI. artem exer-

Digitized by Google

cuisse docet Sillig. catal. artiff. p. 238, Demi Pyrilampis filii, qui vixit Olymp. LXXX. et seqq., ad hoc hominis privati et ignobilis, statuam fecisse non est credibile. Itaque non est dubium quin aliud quid subsit voc. Δῆμος, verumque ii viderint, qui Pausaniam de Populi statuis loqui crediderunt. Populum ab artificibus imagine repraesentatum esse cum per se non absurdum et alienum est a more sensuque veterum Graecorum, tum ex locis statim afferendis elucebit. Verum in hac re disceptanda non satis viri docti ad diversas notiones, quae in voc. δῆμος continentur, animum videntur attendisse. Scilicet triplex inest notio: δῆμος est aut populus sive pagus Atticae, aut totus aliquis ac certus populus, aut populus in universum. Hoc tanquam fundamentum ponatur quaestionis.

Atticam in δήμους, populos sive pagos, divisam fuisse inter omnes constat; de qua re post Meursium, Sponium, Corsinium accurate egit C. L. Grotefend. Hi cum essent quasi civitates in civitate, certe collegiorum instar, singularibus iuribus, sacris, bonis instructi, aeque atque universae civitatis eorum quoque imagines condi potuisse plane non est quod infitiemur, neque cogitari nequit, quae fuerit harum imaginum ratio quique habitus. Fingas animo imagines mulierum atque virorum suo quamque signo peculiari insignitas; scilicet cum non fortuito extitissent δῆμοι, sed aut a deo aut ab inclyto heroe aut a genere pervetusto aut aliunde originem duxissent, non deerant quibus dignoscerentur insignia; itaque Apolloniatas ab Apolline, Marathonios ab heroe Marathone, Acharnenses a pisce, Alopecenses a vulpe, Rhamnusios a dumeto, alios aliunde insignia sua desumpsisse consentaneum est. Quanquam mihi quidem locus veterum scriptorum quo probem illud nullus suppetit. Certe quo iure huc primum Pausaniae locum retulerit Stuartus l. l. p. 40, qui populi Piraeei imaginem ibi significari arbitratur, non assequor; quanquam enim statua ista in Piraeeo posita erat, non magis de huius demi statua cogitandum, quam in reliquis locis de imaginibus demi eius, in cuius finibus erant positae. Multo minus etiam ferri potest alia coniectura Stuarti, qui l. l. p. 37. figuram olim in fastigio monumenti choragici Thrasylli, quod situm est sub muro arcis meridionali, positam ac pelle leonis pallioque muliebri vestitam (quae capite et brachiis privata nunc asservatur in museo Britannico) imaginem esse vult aut demi Deceleae, ex quo natus

Digitized by Google

erat Tarasyllus agonotheta, aut tribus Hippothoontidis, ad quam pertinebat Decelea. Chandlerus quoque turpi errore pro Nioba habuit imaginem, qua Bacchum repraesentari non est quod dubitemus. Cf. Stuart. l. l, p. 60 sq. C. O. Müller in Encycl. litter. t. VI. s. v. Attica p. 234. Demorum etiam nummi ap. Eckhel. doctr. num. t. II. p. 222 sq. iique magnam partem suspecti nihil auxilii afferunt. Sed tanquam demorum imaginibus affinem liceat in auxilium vocare repraesentationem Senatus, de qua re Dio Cass. hist. LXVIII. 5. *Τραϊανῷ δὲ ὅναρ ἐγεγόνει πρὶν αὐταρχῆσαι τοιόνδε· ἐδόκει ἄνδρα πρεσβύτην ἐν ἱματίῳ καὶ ἐσθῆτι περιπορφύρῳ, ἔτι δὲ καὶ στεφάνῳ ἐστολισμένον, οἷά που καὶ τὴν γερουσίαν γράφουσι κτλ.* Haud pauci supersunt variarum urbium nummi, in quibus senatus ut vir coronatus expressus est additis verbis *IEPA CYNKΛHTOC, ΘEON CYNKΛHTON,* SENATVS. Vid. Millin. gal. mythol. ed. Germ. tab. 177. nr. 665. tab. 182. nr. 666. (integra figura virgulam oleaginam atque scipionem tenens), adde Spanhem. d. praest. et usu numism. diss. 5. p. 411 sq. et qui laudantur in annot. ad Dion. l. l. t. VI. p. 605. ed. Sturz.

Altera classis imagines totius alicuius atque certi populi complectitur. Hoc quoque sensu Demum ab artificibus expressum esse clamant loci qui sequuntur. Atque in principio statim ponendus locus ex decreto quod legitur in Demosth. or. d. cor. p. 256. §. 91. a Byzantiis post Philippum Atheniensium ope feliciter reiectum horum in honorem lato, in quo praeter alia multa constituitur, *στᾶσαι καὶ εἰκόνας τρεῖς ἑκκαιδεκαπήχεις ἐν τῷ Βοσπορίχῳ, στεφανούμενον τὸν δᾶμον τὸν Ἀθηναίων ὑπὸ τῶ δάμω τῶ Βυζαντίων καὶ Περινθίων.* Qui locus olim mihi non ab omni dubitatione liber erat. Absurdum enim et nescio quo modo scurrile videbatur, tres statuas tantae magnitudinis ponere, quarum una coronaretur, altera coronaret, tertia nihil dum agens coronatura adstaret. Quam ut removerem difficultatem in eam incidi sententiam, ut tres populi Atheniensium coronati imagines diversis in locis Bospori (obscurum est enim quid sit *ἐν Βοσπορίχῳ*, quod iam H. Wolfius in *ἐν Βοσπόρῳ* mutandum esse suspicatus est, et ita a prima manu scriptum, quanquam ab eadem post correctum, invenit Reiskius in cod. August. quarto) collocatae intelligerentur, quarum in basi inscriptione quadam indicatum esset, hunc esse populum Atheniensium honoris caussa a populis Byzantio-

Digitized by Google

rum et Perinthiorum coronatum. Quanquam, ut fatear, haec quoque triplicatio mox displicuit. Verum mutavi sententiam cum intellexissem iam dudum amicissimum Funkhaenelium in Quaestt. Demosth. p. 42. rectissime *ἐν τῷ Βοσπορίῳ* aut potius *Φωσφορίῳ*, qui est portus Byzantii, oratori restituisse, cumque legissem apud Polyb. hist. V. 88. *ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων δείγματι στεφανούμενον τὸν δῆμον τῶν Ῥοδίων ὑπὸ τοῦ δήμου τῶν Συρακουσίων*, ubi pro loci, quod *δεῖγμα* (Bazar) dicitur, angustiis de pluribus Rhodiorum populi coronati imaginibus ibi collocatis plane cogitari nequit, sed cogitandum est de statua populi Syracusani coronante statuam populi Rhodiorum. Accedit quod iam multo ante artifices hoc argumentum sibi tractandum sumpserunt. De Alcibiade Athen. XII. p. 534. E. *ἀφικόμενος δ' Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας δύο πίναξας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφήν, ὧν ὁ μὲν εἶχεν Ὀλυμπιάδα καὶ Πυθιάδα στεφανούσας αὐτόν κτλ.* Adde de posteriore tempore Paus. VI. 16, 3. *Τίμωνος δὲ οὐ πόρρω τῆς εἰκόνος Ἑλλὰς τε δὴ καὶ Ἦλις παρὰ τὴν Ἑλλάδα, ἡ μὲν Ἀντίγονον τὸν ἐπιτροπεύσαντα Φιλίππου τοῦ Ἀμυντίου, τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν χειρῶν τὸν Φίλιππον στεφανοῦσα αὐτόν· ἡ δὲ Ἦλις Ἀμύντιον τὸν στρατεύσαντα ἐπὶ Σέλευκον καὶ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου στεφανοῦσά ἐστιν.* Alia quaedam addit Muellerus, Handb. d. Archäol. d. Kunst ed. II. §. 158, 5. §. 405, 3. Itaque noli dubitare quin Byzantia quoque trias ad hoc genus pertinuerit.

Sed ut ad populorum imagines revertar, a quibus condendis ne Spartani quidem (Paus. III. 11, 8. *ἀνάκειται δὲ καὶ δήμου τοῦ Σπαρτιατῶν ἀνδριάς*) et Romani (vid. Millin. gal. mythol. tab. 182.) abhorrebant, apparet eas sub humana specie atque figura repraesentatas esse. Genus femininum plerumque fuisse videtur Osanno ap. Stuart. l. l. p. 66, id quod ex similitudine aliarum imaginum allegoricarum atque ex consuetudine Graecorum abstracta, quae dicuntur, pro femininis habendi colligi possit. Verum haud scio an sic potius de ea re statuendum sit, ut harum imaginum genus femininum plerumque fuerit, si ipsae terrae, quae ipsae quoque exceptis paucis feminini generis sunt, atque urbes tanquam personae effingendae erant, contra masculinum, si populi. Quanquam ne hoc quidem modo artifices sibi constiterunt. Feminino quidem habitu praeditas videmus Antiochiam in Millin. gal. mythol. tab. 78. nr. 370,

Digitized by Google

Africam ibid. tab. 79. nr. 371, tab. 82. nr. 372, Alexandriam tab. 79. nr. 377, tab. 87. nr. 378, Arabiam tab. 49. nr. 373, tab. 84. nr. 374, Iudaeam tab. 87. nr. 375, Aegyptum tab. 87. nr. 376, Armeniam tab. 88. nr. 368, Hispaniam tab. 89. nr. 380, Asiam tab. 89. nr. 365, Asiam atque Europam tab. 90, sed masculino Cappadociam ibid. tab. 72. nr. 367, Phrygiam tab. 88. nr. 366. Cf. Mueller. l. l. §. 405, 1. At ubi δῆμος, ipse populus, praesertim civitatis liberae conditionis populus repraesentandus erat, nunquam genus masculinum non adhibitum esse credo; nulla enim feminarum in republica regenda auctoritas, nulla in re privata fides; contra viri bella gerebant, conciones habebant, omnia dirigebant atque peragebant; quis credat igitur populum, i. e. viros, admisisse ut sui imaginibus honoris caussa publice erigendis artifices virilem habitum detraherent, muliebrem induerent? Quare populi Atheniensium, Byzantiorum, Perinthiorum, Rhodiorum, reliquorum supra laudatas statuas viriles fuisse quovis pignore contendo. Accedit praeter Demum senem Aristophanis in Equitibus, praeterque genium populi Romani virilem, nummus Laodicensis post Eckhelium a Millin. l. l. tab. 61. nr. 225. et 363. repetitus, cuius in antica parte cernitur caput iuvenile coronatum, adscripto *ΔΗΜΟC*, in postica Iupiter recens natum Bacchum manu tenens cum hirculo, adscripto verbo *ΔΑΟΔΙΚΕΩΝ*. Cuius autem generis essent populorum imagines, quas ex Combii opere de nummis in Museo Britannico asservatis affert Muellerus l. l. §. 405, 4, vel data opera frustra quaesivi.

Iam vero ad Atheniensium populum quod attinet, cuius caussa haec omnia disputata sunt, de ratione qua illum artifices effinxissent multum disputandi occasionem viris doctis praebuit locus hoc nomine nobilissimus Plinii in hist. nat. XXXV. 36, 5, ubi de Parrhasio haec: „*pinxit Demon Atheniensium argumento quoque ingenioso; debebat namque varium, iracundum, iniustum, inconstantem, eundem exorabilem, clementem, misericordem, gloriosum, excelsum, humilem, ferocem fugacemque et omnia pariter ostendere.*“ De quo loco quae commenti sunt viri docti collegerunt A. G. Langius in Tübing. Kunstblatt a. 1820. nr. 11. p. 43 sq. et Raoul-Rochette in Iourn. d. savans a. 1830. Ian. p. 48 sqq. Haec autem omnia huc redeunt, ut aut Plinius ab hominibus fallacibus vel sua ignorantia in turpem errorem adductus sit nec unquam Parrhasius populum

Digitized by Google

Atheniensium hoc modo pinxerit, aut ut Plinius sive ex quo sua desumpsit auctor per ludum iocumque loquutus sit, aut ut pinxerit quidem Parrhasius, sed mirás istas animi diversitates magna copia figurarum in tabula sua expresserit, aut denique ut idem una figura effecerit. Suum quaeque harum quattuor sententiarum nácta est auctorem atque defensorem, ac prima quidem Eckhelium, doctr. num. t. IV. p. 190. et Boettigerum, Vasengem. II. p. 48 sq., altera Caylum, Mem. de l'acad. d. inscript. t. XXV. p. 164 sq., Abhandl. ed. germ. t. II. p. 28, tertia Durandum in vers. gallica Plinii, Depiles, cours de peint. p. 75, Delanauze, Mem. de l'acad. d. bell. lett. t. XXV. p. 244, Wielandium, Aristipps Briefe, Opp. ed. Lips. 1825. t. XXXVI. p. 249 sqq. 371 sqq., Grundium, d. Mahlerei d. Griech. p. 625, quarta Winckelmannum, Werke t. I. p. 202. t. II. p. 472, Iacobsium, Atheniens. Briefe t. I. p. 529, Anonymum in Meuselii Museo a. 1789. fasc. 8. p. 99 sqq., Hirt, Bilderb. fasc. 2. p. 188, Quatremère de Quincy, monumens et ouvrages d'art antiques etc. Par. 1826 sq., cuius libri censuram egit Raoul-Rochette l. l. Horum omnium argumentationes persequi longum est et a nostro consilio alienum; satis est extrema indicasse, Wielandii dico descriptionem fuse et copiose et omnibus electissimis verbis gravissimisque sententiis ornatam, qui ingeniose magis quam ad antiquae artis rationem accommodate concionem Atheniensium ait a Parrhasio repraesentari tripertitam, ita ut una pars figurarum fuerit circa demagogum ingentia molientem atque superbientem, altera circa quaestorem probata in perniciem reipublicae ratione gaudentem, tertia circa damnatum imperatorem; — tum quibus absurdius excogitari nihil quicquam potest Anonymi Meuseliani ineptias, qui diversissimos istos animi affectus ad unum omnes in una figura expressos vult hoc modo: „*Ungerecht, in schrüg stehenden Augen, so wie Falschheit in den heraufgezogenen Nasenflügeln, leicht èrbittlich durch sehr gerade Augenbrauen, die im menschlichen Gesichte den Willen des besänftigten Gemüths durch Verneinen und Bejahen anzeigen, Stolz durch stark hervorstehende Augenbrauen, Ruhmsucht oder hoher Sinn durch rund gewölbte Augen, die meistens mit stolzer Kopfbewegung, mit einer wohlgebildeten Nase und breitem Kinn verbunden seyn sollen, Unbeständigkeit durch Augenlieder, die etwa das Blinzen andeuten, Frech-*

Digitized by Google

heit durch vieles Weisse im Auge, Veränderlichkeit durch die Seitenwendung des Kopfes, Zorn durch eine runde Stirn, Güte durch weit auseinander stehende Augenbrauen und lächelnden Mund von sanfter, schöner Bildung, Mitleiden in dem unteren Theile des Mundes, Scheu durch Schamröthe; der Bildhauer kann diess durch schüchterne Vorstellung der Beine vorstellen; kriechend durch mehr oder weniger gebeugten Körper; die Hände können diess auch zum Theil sehr gut ausdrücken." Non minus mira sententia est quam proposuit Quatremère de Quincy, ut intelligerentur aut (verba sunt censoris l. l.) „*une suite de petites figures représentant le même personnage dans des attitudes et avec des expressions différentes, en rapport avec les diverses passions indiquées par Pline*," aut quod magis adhuc ei probatur „*une composition de plusieurs masques humains ou têtes d'animaux symboliques, groupés ensemble et opposés l'un à l'autre, dans le genre de ce qu'on appelle des grylles*" (grylli, vid. Plin. hist. nat. XXXV. 10, 37, adde Mueller. secundum quem in Archaeol. ed. I. §. 138, 2. idem Quatremère in commentatione a. 1822. in acad. praelecta, sed in ed. II. item in opere modo laudato t. II. p. 71 sqq., Parrhasii demum nihil aliud quam noctuam variis animalium capitibus praeditam fuisse dixit). Quae quanquam satis explosit censor sagacissimus, tamen silentio praeterire nolui, ut intelligerent lectores, quam turpiter foedeque nonnunquam prolabantur ei, qui in antiquitatem sua commenta inferre et omnia explicare malunt quam esse quod suam sagacitatem effugiat confiteri.

Verum de hoc artificio quo modo cunque iudicabitur, apparet multa licuisse pictoribus, a quibus prorsus esset statuariis abstinendum. Si veri quid subest verbis Plinii, ludens animi caussa potius quam publico monumento civitatem celebrare voluisse Parrhasius putandus est. Quanquam enim argumentum illud ab ipsa veritate minime distabat (cf. Demosth. d. fals. leg. p. 383. §. 136, Plut. vit. Demosth. cap. 26, al.), tamen praeter comicos vix erant qui, quod ignominiam ferret populo, omnibus publice conspiciendum proponere auderent. Sequitur ut multum distulerit inter istam Parrhasii picturam atque inter eas imagines populi et pictas et sculptas, quae honoris caussa in locis publicis affixae sive erectae erant. Has ab omni irrisione ludibrioque alienas fuisse atque summa potius maie-

Digitized by Google

state, gravitate, venustate excelluisse sponte apparet. Ceterum hae populi Atheniensium imagines quomodo comparatae fuerint non est difficile ad divinandum. Sexum virilem fuisse videri iam dictum est; aetas quoque virilis sive iuvenilis fuerit, non senilis, qua Demum induit ad singulare suum consilium accommodate Aristophanes; quippe nunquam populus senescit. Praeterea insignia quaedam accesserint necesse est, quibus Atheniensium populus ab aliis dignosceretur. Quemadmodum igitur Africa leone atque elephante, Arabia camelo atque struthione, Aegyptus sistro atque ibi, Phrygia mitra insigniebantur, ita populi Atheniensium insignia inprimis noctuam, oleastrum, tridentem fuisse ex nummis Atticis potest colligi. Iam si quaeritur, quaenam earum quas Pausanias Athenis vidit Demi imagines ad hanc secundam classem pertineant, non facile est iudicium. Licet enim suspicetur aliquis, imagines populi Athenis conditas et ab artificibus Atticis prolatas Atheniensium quoque populi imagines fuisse, tamen non solum Pausanias obstat, qui dum hasce Demi simpliciter imagines appellat, alio loco statuam *Δήμου τοῦ Σπαρτιατῶν* commemorat, verum etiam in ipsa re inest quo facile adducaris, ut eas omnes in tertiam classem reponendas esse censeas.

Atque hanc quidem eas diximus imagines complecti, quibus populus in universum repraesentatus esse videretur. Abstracta quae dicuntur saepe numero ab antiquis artificibus specie atque figura humana induta et efficta esse inter omnes constat; cuius generis sunt imagines Audaciae, Honoris, Sortis, Fortunae, Spei, Boni Eventus, Securitatis, quas proposuit Millin in gal. mythol. tabb. 49. 72. 79. 88. 89. 91. Pari modo, nisi fallor, Populum quoque abstracto sensu expresserunt, Popularitatem, ut ita dicam, i. e. intimam notionem populi, tanquam unitatem multitudinis, sive in populari imperio ipsum genium civitatis. Eandem notionem ut in imaginibus a Pausania allatis expressam esse credam, efficiunt loca in quibus erant positae; scilicet prima in foro Piraeeo (sic enim verba interpretor, ut porticus ab antica parte mare, a postica forum habuerit), tertia in curia, utroque in loco coniuncta cum statua Iovis; quippe utroque in loco summam populus exercet potestatem praesidente quasi summo rerum omnium rectore. In curia adiecta erat statua Apollinis, quem *πατρῷον* fuisse suspicor; ab hoc enim genus Athenienses deducebant. Quae si recte a nobis

Digitized by Google

disputata sunt, in secundo quoque loco non est quod cogitemus de populo Atheniensium. Theseus quidem Atheniensibus imperavit, sed eius tamen historia tam affinis est antiquis fabulis atque a poetis corrupta et exornata, ut ipsi veteres ei, quo etiam nomen ducit, notionem ordinatoris atque institutoris reipublicae in universum subiecisse videantur. Sed fortasse non est quod in Theseo offendamus, quippe cuius imaginem solitariam fuisse nec ullo nisi interno fortuitoque quodam modo cum imagine Democratiae Demique cohaesisse tam colligi potest ex verbis Plutarchi d. glor. Ath. cap. 2. *Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτοῦ τῷ Παρρασίου παρέβαλε λέγων κτλ.*, quod non fecisset Euphranor (is enim pictor erat harum tabularum, ut ait Paus. §. 3.), si Theseum cum Democratia Demoque coniunctum in una tabula descripsisset, quam ex Plinii hist. nat. XXXV. 11, 40, qui item Theseum solum Euphranoris commemorat, ita ut suspiceris errasse Pausaniam cum adderet verba: *δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ, Θησέα εἶναι τὸν καταστήσαντα Ἀθηναίοις ἐξ ἴσου πολιτεύεσθαι*, separatim igitur pictam esse Democratiam cum Demo, tanquam matrem cum filio. Sin autem verum vidit atque tradidit Pausanias, non obsto ne Demus hoc loco pro populo Atheniensium habeatur.

Restat ut quaeramus, quo modo Demus huius tertiae classis repraesentatus sit. Abstractarum notionum imagines non posse intelligi atque explicari nisi adiectis quibusdam symbolis sive insignibus, certissimum est. Quare Audaciam praeditam videmus Victoria et tropaeo, Honorem gladio cornuque copiae, Fortunam rota, Spem flore, Bonum Eventum spicis pateraque, Securitatem columna. Demi tamen quae fuerint insignia difficile dictu; coronam ei non defuisse pro certo affirmaverim; praeterea cogitari potest de cornu copiae (quo ornari solebat genius populi Romani), adde tesseram, scipionem, gladium, symbola quasi concionis, iudicii, belli. Quod si cui non sufficit, memento veteres haud raro imagines inscriptionibus illustrasse, ita ut omnis si qua superesset obscuritas plane evanesceret.

Cap. II. §. 4. *καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, ὅσοις τι ὑπῆρχε καὶ ὧν τις λόγος ἐς δόξαν.*

Siebelis ex Codd. Mosqu. et Monac. dedit *ὅσοις τε ὑπῆρχεν ὧν τις λόγος ἐς δόξαν*, Bekkerus ex Parisino suo (nihil enim varietatis adnotavit) *ὅσοις τι ὑπῆρχεν ὧν τις λόγος ἐς δόξαν*,

Digitized by Google

quocum consentit Vaticanus. Quae lectio aegre explicari potest confusione duarum enuntiationum relativarum, molestissima tamen in re simplicissima. Ad hoc idem ὅσοις τι ὑπῆρχεν et ὧν τις λόγος, ita ut alterum alterius caussa a grammatico adscriptum esse dixeris, dum modo fuisset in his verbis quod explicationis indigeret. Non minus molestum τε, quo cum simpliciter adiunctivo uti soleat Pausanias, ὅσοις alios significaret praeter istos viros ac mulieres, quos tamen verbis ὅσοις κτλ. accuratius describi certum est. Itaque haud scio an scribendum sit ὅσοις γε ὑπῆρχεν ὧν τις λόγος ἐς δόξαν.

Cap. IV. §. 5. *ταύτην τε δὴ τὴν Ἄγκυραν εἶλον καὶ Πεσινοῦντα ὑπὸ τὸ ὄρος τὴν Ἀγδιστιν, ἔνθα καὶ τὸν Ἄττην τεθάφθαι λέγουσιν.*

Vix possum me continere quin hunc locum mutilum esse dicam. Namque Strabo XII. p. 567. *Πεσσινοῦς δ' ἐστὶν ἐμπορεῖον τῶν τεύτη μέγιστον, ἱερὸν ἔχον τῆς μητρὸς τῶν θεῶν σεβασμοῦ μεγάλου τυγχάνον· καλοῦσι δ' αὐτὴν Ἀγδιστιν.* Tum paucis interiectis, *ἔστι δὲ καὶ ὄρος ὑπερκείμενον τῆς πόλεως, τὸ Δίνδυμον, ἀφ' οὗ καὶ Δινδυμηνή, καθάπερ ἀπὸ τῶν Κυβέλων ἡ Κυβέλη.* Itaque Agdistis non montis, sed deae nomen fuit. Errorem istum Facius, Claviger atque Nibby interpunctione tollere studuerunt, scribentes *ὑπὸ τὸ ὄρος, Ἀγδιστιν ἔνθα κτλ.* Quod etsi non prorsus alienum a Pausaniae quantumvis contorta atque tumida dicendi ratione, nimis tamen violentum est propter rei quae narratur simplicitatem, ut taceam de omisso articulo, qui legitur in libris omnibus. Multo minus probari potest ratio quam infit Mannertus in Geogr. t. VI. vol. 3. p. 63 sq. qui montem falso a Strabone *τὸ Δίνδυμον* vocatum esse, verum nomen *Δίδυμος (der Zwilling)* fuisse idque ei ab accolis ob formam in duo cacumina exeuntem inditum videri contendit; horum autem cacuminum alterutrum Agdistin appellatum esse. At quam inconsiderate incauteque hoc disputatum sit, consequitur ex multis scriptorum tam romanorum quam graecorum locis, quorum primi constanter montem Dindymum seu Dindyma (vid. Virg. Aen. IX. 615, X. 252, Ovid. fast. IV. 234. 249, Propert. IV. 22, 3, Valer. Flacc. Arg. III. 20.), item alteri deam *μητέρα Δινδυμηνήν* (vid. Herod. I. 80, Paus. VII. 17, V. 20, 2. VIII. 46, 2. IX. 25, 3, quibus adde Diodor. Sic. III. 58.) vocant. Neque locus Arnobii adv. gent. V.

Digitized by Google

p. 184. (p. 198. ed. Herald.) quem affert Siebelis rem conficit; ibi enim Acdestis (fort. Agdistis, cf. Paus. VII. 17, 5.) vocatur filius Iovis ex petra Phrygiae, cui nomen erat Agdus, genitus, quam Iupiter cum magna matre concubiturus semine forte effuso polluerat. Haec quidem mira est personarum confusio; sed si quid veri nominibus subest, ex illis verbis colligat aliquis, varia loca Phrygiae pugnasse inter se atque contendisse de magna matre; alii natam esse dixerunt atque commoratam circa Dindyma montem, unde *Δινδυμηνή* vocata est, alii circa montem Cybela, ex quo *Κυβέλη* (Strabo et Diod. ll. ll. Apollod. bibl. III. 5, 1.), alii circa Agdum petram, ex qua *Ἄγδιστις* appellata. Sed in tanta fabularum obscuritate atque confusione non ausim quioquam pro certo affirmare, nisi quod *Ἄγδιστις* non montis, sed magnae matris nomen fuerit. Sequitur ut mutilus sit locus Pausaniae, de quo restituendo etsi desperandum, tamen apparet tale quid fere excidisse: *ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Δίνδυμον· ἐνταῦθά ἐστιν ἱερὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν (καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἄγδιστιν), ἔνθα καὶ κτλ.*

Cap. VI. §. 5. 6. *τότε δὲ ἥκοντα Ἀντίγονον οὐχ ὑπομείνας Πτολεμαῖος ἀνεχώρησεν εἰς Αἴγυπτον. διελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος Δημήτριος πλεύσας ἐς Κύπρον Μενέλαον σατράπην Πτολεμαίου ναυμαχίᾳ καὶ αὖθις αὐτὸν Πτολεμαῖον ἐπιβάντα ἐνίκησεν.*

Hunc quoque locum mutilum esse paullo confidentius iam assevero. Res haec est. Demetrius, Antigoni filius, acceptam a Ptolemaeo in Syria cladem victoria de Cille Aegyptiorum duce reportata compensat, tum patrem arcessit ut una Ptolemaeum conficiant; Ptolemaeus vocato concilio dataque optione, utrum in Syria debellare an domum reversi ab Aegypto hostem propulsare malint, cum omnes domum redire iubeant, in Aegyptum exercitum reducit. Diod. XIX. 93. Haec acta sunt archonte Polemone Olymp. CXVII, 1. Diod. XIX. 77. Anno sequenti, Ol. CXVII, 2. archonte Simonide pacem faciunt cum Antigono Cassander, Ptolemaeus et Lysimachus ea conditione, ut Cassander imperet in Europa donec adoleverit Alexander e Roxane natus, Lysimachus in Thracia, Ptolemaeus in Aegypto, Antigonus in Asia, Graeci autem liberi sint. Diod. XIX. 105. Sed statim vetus odium atque aemulatio iterum erumpit, alter alterum iurgiis, defectione, ferro lacessit; variis turbis atque

Digitized by Google

certaminibus consumuntur anni Ol. CXVII, 3. 4. CXVIII, 1. archontibus Hieromnemone, Demetrio, Charino (Diod. XX. 2. 27. 37.); Ol. CXVIII, 2. archonte Anaxicrate (Diod. XX. 45.) demum Demetrius redactis in ditionem Athenis iussu patris Cyprum cum exercitu se confert ibique Menelaum Ptolemaei praetorem proelio vincit. Diod. XX. 47. Quis igitur est qui credat, haec omnia a Pausania, harum rerum accuratissimo enarratore, silentio plane praetermissa esse, quis quaeso qui credat, quinque annis inter Syriacam atque Cypricam Demetrii expeditionem interiectis scriptorem, quasi si nihil plane actum esset nihilque temporis interfuisset, a prima ad alteram verbis *διελθόντος δὲ τοῦ χειμῶνος* transsilire potuisse? Tam turpem errorem quovis modo a Pausania removendum esse censeo; itaque non dubito quin inter quintam atque sextam paragraphum exciderit quantumvis succincta descriptio earum rerum quae a Ptolemaeo quinque istis annis Olymp. CXVII, 2 — CXVIII, 2. gestae sunt.

Cap. XIII. §. 3. *Κλεομένους δὲ ἀποθανόντος ὕστερον ἐς ἀμφισβήτησιν κατέστησαν περὶ τῆς ἀρχῆς Ἀρεὺς ὁ Ἀκροτάτου καὶ Κλεώνυμος· ὅτῳ δὴ τρόπῳ μετελθὼν ἐπάγει Πύρρον εἰς τὴν χώραν.*

Hic quoque aliquid excidisse tantum non omnes interpretes intellexerunt. Loescherus *οὗτος ὅτῳ δὴ τρ.* scribi voluit, *ὃς ὅτῳ δὴ τρ.* cum Clavigero scripsit Siebelis, consideratius Bekkerus ex emendatione Porsoni [*καὶ Κλεώνυμος*] *ὅτῳ δὴ τρ. κτλ.* Quod licet tutissimum esse videatur, tamen maiorem lacunam his in verbis esse non vana est suspicio, cum paullo ante scriptum sit: *Κλεώνυμος δὲ οὗτος ὁ τὸν Πύρρον ἀπολιπόντα τὰ Μακεδόνων πείσας ἐς Πελοπόννησον ἐλθεῖν, Λακεδαιμόνιος ὢν Λακεδαιμονίοις στρατὸν ἐς τὴν χώραν πολέμιον ἐπῆγε, δι' αἰτίαν ἣν ἐγὼ τοῦ γένους ὕστερον τοῦ Κλεωνύμου δηλώσω.* Itaque absoluta iam genealogia paullo uberiorem narrationem ac dilucidiorem expositionem earum caussarum requirimus, ex quibus Cleonymus Pyrrhum arcessivit, requirimus etiam ut pro more suo Pausanias aliquo certe vocabulo (velut *οὗτος οὖν ὁ Κλεώνυμος κτλ.*) ad promissum supra respiciat. Sed nolo nimis esse suspicax, nec repugnabo si quis contendat, Pausaniam summam promissi sui complevisse verbis *Κλεομένους δὲ ἀποθανόντος ὕστερον ἐς*

Digitized by Google

ἀμφισβήτησιν κατέστησαν περὶ τῆς ἀρχῆς Ἄρεϊς καὶ Κλεώννμος, ex quibus colligi quodam modo potest, rixam cum Areo Cleonymo caussam occasionemque Pyrrhum arcessendi praebuisse.

Cap. XV. §. 1. *ἰοῦσι δὲ πρὸς τὴν στοὰν, ἣν ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς καλούμενος ἀγοραῖος καὶ πύλη πλησίον.*

Hanc *πύλην* non esse portam urbis, sed ostium fori docuit Muellerus Attic. p. 232. Tam enim portae urbis omnes a poecile stoa remotae erant, ut ad eam positae statuae *πύλη πλησίον* esse plane non posset. Verum num ab eodem Muellero plurimisque Pausaniae interpretibus iure huc insignis atque a lexicographis frequentatus de Mercurii statua locus Philochori referatur, caussa est quae meo certe iudicio ambigi vel maxime potest. Scilicet Harpocration s. v. *Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι· Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Εὐέργου καὶ Μνησιβούλου* (p. 1146. §. 26. *ὕστερον αὐτῷ περιτυχὼν περὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν πρὸς τῇ πυλίδι κτλ.*). *Φιλόχορος ἐν ε' Ἀτθίδος φησὶν ὡς οἱ θ' ἄρχοντες ταῖς φυλαῖς ἀνέθεσαν Ἑρμῆν παρὰ τὸν πυλῶνα τὸν Ἀττικόν.* Idem s. v. *πρὸς τῇ πυλίδι Ἑρμῆς· Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Εὐέργου. Φιλόχορος ἐν τῇ ε', Ἀθηναίων, φησίν, ἀρξαμένων τειχίζειν τὸν Πειραιᾶ οἱ θ' ἄρχοντες τοῦτον ἀναθέντες ἐπέγραψαν*

ἀρξάμενοι πρῶτοι τειχίζειν οἵδ' ἀνέθηκαν
βουλῆς καὶ δήμου δόγμασι πειθόμενοι.

Eadem Suidas et Photius lex. s. vv. iisd. His adiiciunt locum Hesychii atque Favorini s. v. *ἀγοραῖος· Ἑρμῆς οὕτως ἐλέγετο ὅντως. καὶ ἀφίδρυτο Κεβρίδος ἄρχοντος, ὡς μαρτυρεῖ Φιλόχορος ἐν γ'.* Hunc eundem atque illum *πρὸς τῇ πυλίδι* Mercurium esse post Meursium primum Corsinium in fast. Att. t. I. p. 332 sqq. evicisse dicit Siebelis in ed. fragm. Philoch. p. 49, in eamque sententiam quod sciam omnes, qui hanc rem tetigerunt, concesserunt, in quibus etiam Boeckhius, qui in comment. de archontt. pseudepon. p. 3. (cf. Leake topogr. Athen. ed. german. in addend. p. 452 sq.) his locis usus est ad historiam Atticam illustrandam. Scilicet statuam istam dedicaverunt archontes sub quibus Piraeeus muniri coeptus est; eorum nomina subscripta esse apparet ex verbis *οἵδ' ἀνέθηκαν*. Boeckhius igitur Olymp. LXXI, 4. archonte Themistocle

Digitized by Google

Piraeei munitionem decretam, Ol. LXXII, 1. archonte Diogneto inceptam, Ol. LXXII, 2. archonte Hybrilide a superioris anni archontibus Mercurii statuam dedicatam suisque nominibus insignitam esse existimat; quod ut confirmet, *Κεβρίδος* apud Hesychium et Favorinum corruptum et in *Ὑβριλίδου* mutandum esse censet, quem Ol. LXXII, 2. archontem fuisse constat ex Paus. VI. 9, 2. et Dionys. Halic. antiq. rom. VII. p. 1313. Quod etsi acute inventum est, non possum tamen facere quin fatear, multum illud mihi ab ipsa veritate distare videri. Ac primum Themistocles archon Ol. LXXI, 4. non solum auctor extitit Piraeei muniendi, sed ipse quoque manum operi admovit. Vid. Thucyd. I. 93. Tum emendatio nominis *Κεβρίδος*, ne dicam violenta, minime tamen necessaria est. Namque circumspicienti ultro sese offerunt Olymp. LXXIII, 2. et 3, qui in fastis Atticis archontibus suis carent, ita ut alteriusutrius Cebridem archontem fuisse haud absurdum sit suspicari. Neque est quod in eo offendamus, quod sic ponendum est, post inchoatam munitionem sex septemve annis statuam istam esse collocatam. Totum opus non uno anno absolutum est; ii quoque qui inchoaverant non habebant altero vel tertio anno quod de inchoato opere gloriarentur. Quid igitur, si sexto septimove anno Piraeei munitionem absolutam esse, ipsos qui absolverunt archontes in huius facti gloriam monumentum aliquod exstruxisse, tum eos quoque, quorum auspiciis coeptam opus esset, aemulationis caussa statuam suis nominibus insignitam collocasse ponamus? Tum certe lectio *Κεβρίδος* libris, fastis Atticis archon Olymp. LXXIII, 2. vel 3. assignandus servaretur. At his quoque argutiis minime opus esse demonstrare posse mihi videor.

Scilicet, nisi omnia me fallunt, prorsus alia fuit statua quam h. l. Pausanias et ll. ll. Hesychius atque Favorinus afferunt, *Ἑρμῆς ἀγοραῖος*, prope poecilen stoam collocata, atque *Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι* Harpocrationis. De utroque sermonem fecit Philochorus, et quidem de altero *ἐν πέμπτῳ Ἀτθίδος*, de priore *ἐν τρίτῳ*. Haec constans est scriptura librorum Hesychii atque Favorini, quam perperam Corsinius, ut cum Harpocratione illi in re diversissima (quod non vidit) conspirarent, in *ἐν πέμπτῳ* mutari voluit. Concidunt simul omnia, quae Boeckhius de Hybrilide nosque de Cebride disputavimus. Quippe in quinto libro Philochorus de Mercurii statua

Digitized by Google

loquutum esse certum est; idem tamen eum argumentum iam in tertio libro tractavisse cognoscitur ex Harpocrat. s. v. *τρικέφαλος ὁ Ἑρμῆς· ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς καὶ ἔχων ὑπογραφὴν, ποῦ μὲν αὕτη φέρει ἡ ὁδὸς ποῦ δὲ ἐκείνη. ἴσως δὲ πρὸς ἑκάστην ὁδὸν κεφαλὴν εἶχεν. ἔστι δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν τρικέφαλον Ἑρμῆν, ὡς Φιλόχορός φησιν ἐν τρίτῃ, Προκλείδης* (s. *Πατροκλείδης*) *Ἱππάρχου ἐραστής.* Haec quidem a Bekkero omissa sunt eorumque loco inserta haec: *τρικέφαλος· Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Εὐκλείδην „μικρὸν δ' ἄνω τοῦ τρικεφάλου παρὰ τὴν Ἑστίαν ὁδόν.“ τὸ πλῆρές ἐστι τοῦ τρικεφάλου Ἑρμοῦ. τοῦτον δέ φησι Φιλόχορος ἐν γ' Εὐκλείδην* (scr. *Προκλείδην* s. *Πατροκλείδην*: in errorem duxit Euclides Isaei) *ἀναθεῖναι Ἀγκύλησιν,* — sed habent Suidas, Photius, Apostolius prov. XIX. 51. In *tertio* igitur libro Philochorus retulit, statuam Mercurii *τοῦ ἀγοραίου* positam esse archonte Cebride; ibidem cum de Pisistratidis ageret, coniiciat aliquis, his fere sive proxime sequentibus temporibus Cebridem quendam gessisse summum Athenis magistratum, sed cum aliis multis eiusdem aetatis archontibus ex fastis Atticis prorsus excidisse. Accedit quod etiam Lucianus Iov. tragoed. cap. 33. hunc forensem Mercurium ut perantiquum describit.

Sequitur ex his omnibus, ut *πύλη*, ad quam item casu fortuito collocata erat statua Mercurii forensis, diversa fuerit ab ea porta, a qua nomen accepit altera eiusdem dei imago. Haec qualis fuerit non ausim pro certo dicere, sed haud scio an verum viderit Osannus, qui in annot. ad Lycurg. orat. in Leocrat. p. 31. portulam versus Piraeeum spectantem intelligit, id quod non solum eo perquam commendatur, quod Piraeei caussa haec imago collocata est, verum confirmatur etiam uno loco Xenophontis in Hellen. II. 4, 8. *τὸν δὲ ἀπογραψάμενον ἀεὶ διὰ τῆς πυλίδος ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐξιέναι*, duobus Lycurgi in Leocr. §. 17. *Λεωκράτης δὲ τούτων οὐδενὸς φροντίσας, συσκευασάμενος ἃ εἶχε χρήματα μετὰ τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τὸν λέμβον κατεκόμισε, τῆς νεὼς ἤδη περὶ τὴν ἀκτὴν ἐξορμούσης, καὶ περὶ δείλην ὀψίαν αὐτὸς μετὰ τῆς ἑταίρας Εἰρηνίδος κατὰ μέσην τὴν ἀκτὴν διὰ τῆς πυλίδος ἐξελθὼν πρὸς τὴν ναῦν προσέπλευσε καὶ ᾤχετο φεύγων*, et §. 55. *οὐκ ἐκ τῆς ἀκτῆς κατὰ τὴν πυλίδα ἐμβαίνουσιν οἱ κατ' ἐμπορίαν πλέοντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ λιμένος, ὑπὸ πάντων τῶν φίλων ὁρώμενοι καὶ ἀποστελλόμενοι.* Efficitur ut *ἡ πυλίς* portula (ein Pförtchen) fuerit,

Digitized by Google

quae duceret ad litus extra portum situm (*ἀκτή*), et quidem in parte urbis meridionali, versus orientem sive ad dextram intranti urbem ex Piraeeo, igitur intra portam Piraeeam et Itoniam; ibi enim praeternavigandum iis erat qui, ut Leocrates, Rhodum tendebant. Itaque fortasse ap. Harp. s. v. *Ἑρμῆς* vv. *τὸν Ἀττικόν*, omissa a Suida atque Photio, in *τὸν ἀκταῖον* mutanda, quod iam Corsinio in mentem venit, qui tamen *τὸν Ἀγοραῖον* etiam scribendum esse coniecit, ut idem esset hic Mercurius cum altero. Ceterum plures eius modi portulas Athenae habebant; *πυλίδα ᾗ ἡ Πάνοπος χρήνη* memorat Plato Lysid. init. p. 203. A, quae sita erat inter portam Aegei atque Melitensem, *πυλίδα οὗ ὁ οἶνος ὤνιος* in Ceramico, fort. inter Piraeeam et sacram portam sitam, Isaeus d. hered. Philoct. §. 20. Eius autem portulae, ad quam stetit Mercurius, proprium nomen *ἡ πυλίς* fuisse Maetznerus in annot. ad Lycurg. p. 108. ex Lycurgo quidem negat posse colligi, sed iam ex Harpocratione colligere debebat. Quod si cui mirum videtur, unum prae ceteris ostium hoc nomine insignitum esse, omnis opinor difficultas tollitur si ponamus, hoc praeter portas primum atque per aliquod tempus unicum fuisse, post additis aliis primo illud nomen tanquam proprium in perpetuum adhaesisse.

Cap. XVIII. §. 3. *πλησίον δὲ πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται καὶ Ἑστίας.*

Ad haec Siebelis: „*Estne haec Vesta ἡ Βουλαία in Aeschinis orat. d. fals. leg. p. 76. bibliothecae classicae?*“ Haec si fuit omnino, illam non eandem fuisse pro exploratissimo habeo. Quippe Aeschines d. fals. leg. §. 45. *ὡς γὰρ δεῦρ᾽ ἤλθομεν καὶ πρὸς τὴν βουλὴν ἐπὶ κεφαλαίων τὴν πρεσβείαν ἀπηγγείλαμεν καὶ τὴν ἐπιστολὴν ἀπέδομεν τὴν παρὰ Φιλίππου, ἐπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τοὺς βουλεύοντας καὶ τὴν Ἑστίαν ἐπώμοσε τὴν βουλαίαν συγχαίρειν τῇ πόλει, ὅτι τοιούτους ἄνδρας ἐπὶ τὴν πρεσβείαν ἐξέπεμψεν κτλ. Βουλαία* dicta a *βουλή*. Harpocr. s. v. *βουλαία· Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους ἐνδείξει „μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν τὴν βουλαίαν,“ οἷον τὴν ἐν τῇ βουλῇ ἱδρυμένην.* Itaque quae curiae erat propria, in prytaneo esse non poterat. Verum enimvero utroque in loco et ubicunque eius mentio fit non *Ἑστίαν*, sed *ἑστίαν* scribendum esse censeo, ita ut non Vestam

Digitized by Google

Bulaeam, sed aram senatoriam habeamus atque Demosthenes in senatu non iuraverit Vestam Bulaeam cum urbe, sed iuraverit per aram senatoriam, se gaudere. Quod ut contendam adducor potissimum loco Antiphontis in or. d. chor. §. 45. *ἐν αὐτῷ τῷ βουλευτηρίῳ Διὸς βουλαίου* (cf. Pausan. I. 3, 4.) *καὶ Ἀθηνᾶς βουλαίας ἱερόν ἐστι καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται κτλ.*, ubi si revera fuit Vesta quoque bulaea, per quam iurare solerent oratores, cur eius mentio facta non sit assequi non possum. Fuit igitur ara sive focus senatorius, uti focus domesticus ita in republica quoque locus sacratissimus, circa quem senatorius ordo instar populi ipsius conveniebat ac de summis rebus consultabat, quoque criminum capitalium rei supplices confugiebant. Hoc modo *ἑστίαν* intelligi velim apud Andocid. d. myster. §. 44. d. redit. §. 15, Xenophont. Hellen. II. 3, 52, Plutarch. vitt. dec. oratt. Isocr. p. 836. F.

Cap. XVIII. §. 6. *πρὶν δὲ ἐς τὸ ἱερὸν ἰέναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, Ἀδριανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τόν τε ναὸν ἀνέθηκε καὶ τὸ ἄγαλμα θέας ἄξιον οὐ μεγέθει μέν (ὅτι μὴ Ῥωμαίοις καὶ Ῥοδίοις εἰσὶν οἱ κολοσσοί, τὰ λοιπὰ ἀγάλματα ὁμοίως ἀποδείκνυται), πεποίηται δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ καὶ ἔχει τέχνης εὖ πρὸς τὸ μέγεθος ὁρῶσιν. ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ κτλ.*

Haec tam perversa sunt, ut vel in Pausania, aliis multis scriptoribus in verbis ordinandis multo perversiore, non toleranda, sed quovis modo persananda esse censeas; quanquam Siebelisio nulla visa sunt indigere emendatione. Quis enim dicat: antequam intras templum, Hadrianus illud ipsum dedicavit. Siebelisius quidem de duplici templo cogitavit; sed satis hanc coniecturam explosit Osannus in Stuarti Antiqq. Athen. ed. germ. t. II. p. 396 sq. Huic igitur vitio alii aliam medicinam afferunt. Winckelmannus in Opp. t. VI. 2. p. 350 sq. quid statuat nunc non memini. Haud absurda vero Leakii in topogr. Athen. ed. germ. p. 204. est coniectura, lacunam his in verbis esse atque quaedam excidisse, quibus dictum esset de arcu sive porta Hadriani, monumento praeclarissimo etiamnunc superstite, qua exeundum iis qui a prytaneo ad templum Iovis Olympii tendebant. Verum hoc ad divinandum quam ad demonstrandum est facilius. Contra Boeckhius in Corp. Inscr. Vol. I. nr. 331. p. 412. unum tantum vocabulum *οὖ* post *Ὀλυμ-*

Digitized by Google

πίου addi voluit, quam emendationem vehementer probavit Osannus l. l. p. 397, similiter scriptor addendorum ad Leakii topogr. ed. germ. p. 394, sed minus bene, ὃς post βασιλεύς, qui tamen, dum reliqua Boeckhius intacta relinquit, optimo iure ingeniosam Corais emendationem οὗ — ἀπολείπεται vulgato οὐ — ἀποδείκνυται praetulit. Namque ut taceam abruptum genus dicendi, quo vulgaris scriptura laborat, ut omittam nusquam Pausaniam voc. ἀποδείκνυσθαι hoc sensu usurpare, ut sit idem quod ποιεῖσθαι, ἐργάζεσθαι, quod eo magis mirum quo saepius loquitur de imaginibus: id pro certissimo ausim affirmare, Pausaniam illis verbis huius statuae prae ceteris magnitudinem significare voluisse. Quanquam tam magna est, ait, ut exceptis Rhodiorum Romanorumque colossis reliquas Iovis imagines omnes superet, tamen ἔχει τέχνης εὖ πρὸς τὸ μέγεθος ὁρῶσιν, i. e. quod propter ipsam eius magnitudinem non suspiceris, satis accurate atque artificiose facta est. Accedit ingens magnitudo ipsius templi (columnarum quae supersunt altitudo est pedum sexaginta, latitudo frontis fere centum et septuaginta, laterum ultra quadringentos), ad quam imago Dei accommodata esse debebat. Rem conficit locus Pausaniae II. 27, 2. τοῦ δὲ Ἀσκληπιοῦ (Epidauri) τὸ ἄγαλμα μεγέθει μὲν τοῦ Ἀθήνησιν Ὀλυμπίου Διὸς ἥμισυ ἀποδεῖ. Itaque non dubito quin ex Suevernii et Corais emendatione cum Bekkero hic locus sic scribendus sit: πρὶν δὲ ἐς τὸ ἱερὸν ἰέναι τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου (Ἀδριανὸς ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς τόν τε ναὸν ἀνέθηκε καὶ τὸ ἄγαλμα, θέας ἄξιον, οὗ μεγέθει μέν, ὅτι μὴ Ῥοδίοις καὶ Ῥωμαίοις εἰσὶν οἱ κολοσσοί, τὰ λοιπὰ ἀγάλματα ὁμοίως ἀπολείπεται, πεποίηται δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος καὶ χρυσοῦ, καὶ ἔχει τέχνης εὖ πρὸς τὸ μέγεθος ὁρῶσιν), ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ κτλ.

Ibid. §. 7. καὶ τέμενος τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας. Scribe καὶ τέμενος γῆς ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας, quod iam Claviger intellexit ex Thucyd. II. 15. et Plut. vit. Thes. c. 27, modo ne scripsisset γῆς τὴν ἐπίκλ. Ὀλ. Constanter enim Pausanias ἐπίκλησιν sine articulo ponit, uti apparet ex nube locorum a Letronnio allata et a Siebelisio novis quibusdam additis repetita in comment. p. 59.

Ibid. §. 9. Ἀδριανὸς δὲ κατεσκεύασατο μὲν καὶ ἄλλα Ἀθηναίοις, ναὸν Ἥρας καὶ Διὸς Πανελληνίου καὶ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν· τὰ δὲ ἐπιφανέστατα ἑκατὸν εἴκοσι κίονες

Digitized by Google

Φρυγίου λίθου. πεποίηνται δὲ καὶ ταῖς στοαῖς κατὰ τὰ αὐτὰ οἱ τοῖχοι. καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν ὀρόφῳ τε ἐπιχρύσῳ καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ, πρὸς δὲ ἀγάλμασι κεκοσμημένα καὶ γραφαῖς· κατάκειται δὲ ἐς αὐτὰ βιβλία. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ· κίονες δὲ καὶ ἐνταῦθα ἑκατὸν λιθοτομίας τῆς Λιβύων.

Haec omnia in Hadrianopoli i. e. meridionali parte urbis ab Hadriano nominata collocanda esse censet Muellerus Attic. p. 238. Quod etsi non abhorret ab omni verisimilitudine, tamen verum esse nec ordo rerum a Pausania enarratarum nec Hadriani nomen omni modo evincit. Hadrianum enim alias quoque partes urbis exornare aedificiis potuisse facile concedendum est, Pausaniam autem nonnunquam rerum ordinem mirifice turbare ex iis constat, quae a viris doctis ad lib. I. cap. 14. init. disputata sunt. Iam ut concedamus plura horum aedificiorum in illa urbis parte ab Hadriano exstructa esse, unum tamen liceat eximere, *θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν* sive Pantheon. Scilicet in parte urbis septentrionali repertae sunt reliquiae aedis magnificae, quae nunc Themistoclis seu Periclis palatium vulgo dicitur. Porticus est formae quadratae, longitudine pedum trecentorum septuaginta et sex, latitudine ducentorum quinquaginta et duorum, cubiculis instructa, cuius in medio aliud aedificium collocatum erat. Descripserunt has reliquias Stuart. Antiq. Ath. ed. germ. t. I. p. 173 sqq. Leake topogr. Ath. p. 193 sqq. Atque Sponius Whelerusque quidem turpi errore eas pro templo Iovis Olympii habuerunt, Stuartus pro poecile stoa, Leakius pro stoa Hadriani cum bibliotheca hoc loco a Pausania memorata, omnium denique rectissime secundus Editor Antiq. Ath. Stuarti ed. germ. p. 208 sqq. pro Pantheo; quanquam ibidem p. 209. germanicus ut videtur editor annotationem inseruit, qua eo audaciae progressus est, ut satis confidenter affirmaret, ex stoa ista, bibliotheca atque gymnasio peribolum templi Iovis Olympii constitisse inque eodem simul Iunonis Iovisque Panhellenii templa ac Pantheon ab Hadriano exstructa esse. Id quod neque ex Pausaniae verbis colligi potest neque per se quicquam habet verisimilitudinis. Nobis quidem qui sumus ab his locis remotissimi nec quicquam habemus praeter viatorum relationes easque inter se valde discrepantes auxilii, nihil iam reliquum factum est, quam ut aut de tali re iudicium nostrum retineamus, aut ex veteribus scripto-

Digitized by Google

ribus testimonium aliquod ad coniecturam nostram confirmandam excitemus. Verba Pausaniae *τὰ δὲ ἐπιφανέστατα* vulgo quidem ad aliud et ab antecedentibus plane diversum aedificium referuntur; ad speciem recte; sed Pausaniae inconcinnitas quamvis aliam explicationem admittit, praesertim cum perversum sit columnas pro porticu nominare. Itaque distingue et explica sic: *Ἁδριανὸς δὲ κατεσκεύασατο μὲν καὶ ἄλλα Ἀθηναίοις (ναὸν Ἥρας καὶ Διὸς Πανελληνίου*, quae quasi in transcursu ad explicanda *ἄλλα* dicta sunt), *καὶ* (praeter alia etiam) *θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν· τὰ δὲ ἐπιφανέστατα* (hoc in aedificio) *ἑκατόν εἰσι κίονες κτλ.*, quae tam sunt istis reliquiis accommodata, ut minime nimiae audaciae accusandi esse videamur, si ponamus aedem in medio positam templum deorum fuisse, centum columnas ad porticus adiacentes pertinuisse atque cubicula (*οἰκήματα*, zothecas) bibliothecam continuisse, totum autem locum pantheon vocatum esse. Accedit alius locus Pausaniae lib. I. 5, 5. *ὁπόσα δὲ θεῶν ἱερὰ τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς, τὰ δὲ καὶ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι καὶ κατασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἕλληνίσι, τὰς δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἔστιν οἱ πάντα γεγραμμένα Ἀθήνῃσιν ἐν τῷ κοινῷ τῶν θεῶν ἱερῷ*, quae de scriptis historicis an de publicis explices, sequitur ut pantheon aliis quoque praeter sacras res usibus destinatum fuerit.

Cap. XX. §. 1. *ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ πρυτανείου καλουμένη Τρίποδες· ἀφ' οὗ δὲ καλοῦσι, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι καὶ σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα.*

In verbis *ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι* interpretes tantum non omnes offenderunt; *οὐ μεγάλοι* scribi voluerunt Leake topogr. Att. ed. germ. p. 109 sq., Claviger, Editor secundus Antiq. Ath. Stuart. t. I. p. 166 sq., *εἰσὶν οὐ* (quod etiam Clavigero in mentem venit) vel *ἔστιν οὐ* Buttmannus apud Bekkerum pro *ἐς τοῦτο*, contra Siebelis, cui assentitur Muellerus in Leakii ed. germ. p. 454, nihil emendandum esse ratus distinguit hoc modo: *ἀφ' οὗ δὲ καλοῦσι τὸ χωρίον· ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο, μεγάλοι καὶ σφισιν ἐφεστήκασι τρίποδες.* Ubi licet *ἐς τοῦτο* tuearis quodam modo simili loco cap. 18, 9, tamen hac tota in re simplicissima loquendi ratione nihil est perversius. Nihilo minus ego quoque sana omnia esse censeo eodemque modo ex-

Digitized by Google

plicanda, quo voluit interpres german. operis Leakiani p. 219, quanquam ipse huic explicationi non multum tribuit. Sunt enim ναοὶ ἐς τοῦτο μεγάλοι templa in hunc finem magna. Confirmat rem τὸ φανάρι τοῦ Δημοσθένους, uti vulgo dicitur, sive, uti rectius ab archaeologis, monumentum choragicum Lysicratis, ipsum etiamnunc extans et in principio viae tripodum versus orientem positum prope prytaneum. Descripsit Stuartus l. l. p. 139 sqq. Rotundum est et sex columnis Corinthiacis distinctum, sed undique clausum; apertum ab hominibus auro inhiantibus nihil obtulit nisi spatium sex pedes latum; supra in epistylio inscriptio legitur, diazoma ornatum est anaglyptis ad historiam Bacchi pertinentibus, tecto denique flos impositus inque eius superficie reperta foramina tripodi sustentando destinata, ita ut non sit dubium quin tale aedificium habeamus, cuiusmodi in via tripodum Pausanias multa invenit. Altitudinem habuit imposito tripode fere quadraginta pedum. Ex quo efficitur ut recte Pausaniae fuerint ἐς τοῦτο μεγάλοι, i. e. per se quidem templa non admodum magna erant; alia enim multo maiora, uti Olympieum; sed magna profecto dicenda, si reputes nulli alii usui eos inserviisse quam tripodibus in culmine ferendis. Verum quae sequuntur etiam verba, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα, aliquid dubitationis habent. Scilicet tripodem, rem vulgarem et inartificialem plerumque, in summo aedificio ex longinquo conspiciendum collocatum esse (Andocides dedicavit tripodem ἐφ' ὑψηλοῦ, columnae impositum opinor, Plut. vit. dec. orr. p. 835. B; duas huius modi columnas prope monumentum Thrasylli vidit et descripsit Stuart. ed. germ. t. II. p. 31.) non habet quod offendat; ex contrario ibidem intra pedes tripodis splendidissima artificia posita et ita oculis admirationique et iudicio eruditorum plane erepta esse vix tibi persuadeas. Quod sentientem Muellerum Attic. p. 238. scripsisse puto, quanquam non accommodate ad verba Pausaniae, tripodes in templis collocatos fuisse. Magis etiam a veritate aberrat interpres Stuarti germ. t. I. p. 167, qui tripodes non in summo aedificio stetisse, sed anaglyphos lateribus adhaesisse existimat, ita ut quae in ipsa aede condita essent recte tripodes περιέχειν dicerentur. Sed ἐφεστάναι hoc sensu nusquam usurpatur. Accedit quod revera nonnunquam artificia intra pedes tripodis collocabantur; vid. Pausan. III. 18, 8. IV. 14, 1. cf. Thiersch Epoch. d. bild. Kunst, ed. 2. p. 148.

Digitized by Google

Verum constat etiam, non omnes tripodes in superficie aedium, sed etiam in ipsis templis esse positos, uti in Pythio (Isaeus d. hered. Dicaeog. §. 41. Suid. s. v. *Πύθιον*), in Lenaeo (Isaeus l. l. Plat. Gorg. p. 472. A. Plut. vit. Nic. c. 3. vit. Aristid. c. 1.). Quid igitur, si ponamus hic quoque verba quaedam excidisse atque Pausaniam praeter istas aedes, in quarum culmine tripodes collocati erant, alias quoque ibi sitas commemorasse, *in* quibus tripodes *χαλκοῖ μέν, μνήμης δὲ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα*. Sed nolo hoc diiudicare, satis habens hanc dubitationem peritioribus disceptandam proposuisse.

Cap. XXI. §. 4. 5. *ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ. Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ καὶ Ἄρτεμις τοὺς παῖδάς εἰσιν ἀναιροῦντες τοὺς Νιόβης.*

Hic locus cum re tum interpretum commentis consimilis est modo antecedenti. Pausaniam loqui de antro, quod sub muro arcis meridionali post monumentum Thrasylli situm eoque a theatro ascendentibus clausum quasi et obtectum est, inter omnes convenit. Erant autem qui antrum cum hoc ipso monumento confunderent, mirantes opinor Pausaniam aedificium illud satis memorabile silentio transire, de antro cum tripode, rebus admodum vulgaribus, sermonem facere. Qui sciant, multa Pausaniam in descriptione sua praetermisisse, quae nobis quidem, quoniam etiamnunc exstant, pretiosissima sunt, ut monumentum Lysicratis, arcum Hadriani, alia, illi tamen infinita rerum splendidissimarum copia quasi laboranti prae aliis satis exigua atque mediocria videri potuerunt; praeterea etsi damus, Pausaniam in eligendo non esse felicissimum, nosque fortasse, si eius personam egissemus, aliter hoc munus expleturos fuisse, tamen propter humani ingenii varietatem, ex qua tibi memorabile est quod mihi tritum ac vulgare, plane deest norma ad quam delectus dirigatur. Sunt quidem monumenta quae supersunt dignissima ut pervestigentur; sed in Pausania explicando facere non potest quin interdum aberret a veritate, qui omnes ruderum acervos, quibus nostri temporis Athenae abundant, ex eius descriptione illustrare vult. Itaque nihil aliud ex eius verbis nisi quod inest eliciamus. Verba *τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ* non satis accurate a quibusdam, in quibus

Digitized by Google

Clarkius, Visconti us, alii, ita explicantur, ut tripus *in* antro fuerit. *Ἐπεῖναι* autem alii, quorum sententia affertur in Stuarti ed. germ. t. II. p. 61, cum intellexissent non posse dici nisi de re in summo loco posita, eo sunt progressi audaciae ut crederent, hunc tripodem stetisse in gremio eius statuae (Bacchi, vid. supra p. 163.), quae posita esset in fastigio monumenti Thrasylli tripodisque sustentandi caussa in gremio foramen incisum haberet. Quam vanam et absurdam esse opinionem non est quod multis demonstrem. Antrum illud cum monumento Thrasylli nihil omnino commune habet. *Τρίπους ἔπεστι τούτῳ*, i. e. *τῷ σπηλαίῳ*, positus est in supera parte antri, in superficie, in fronte super introitum. Eundem fuisse atque eum quem descripsit Philochorus lib. 6. apud Harpocr. s. v. *κατατομή* (*Αἰσχραῖος Ἀναγυράσιος ἀνέθηκε τὸν ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τρίποδα καταργυρώσας, νενικηκὼς τῷ πρότερον ἔτει χορηγῶν παισί, καὶ ἐπέγραψεν ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας*), alii iam intellexerunt. Quae sequuntur etiam verba, *Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ κτλ.*, non recte ab iis accipi, qui hic quoque de more modo memorato imagines intra pedes tripodum ponendi cogitarunt, res ipsa pene clamat. Quis enim credat unum tripodem tantam copiam imaginum complexum esse? Alii somniarunt de figuris anaglyphis in lateribus tripodis expressis; quod quomodo fieri potuerit non assequor. Verum his argutiis haudquaquam opus est, modo referamus *ἐν αὐτῷ* ad *σπήλαιον*: in ipso eo antro, cuius in superiore parte tripus eminet, imagines sunt Apollinis atque Dianae liberos Niobes necantium; quod tam de pictura quam de opere anaglypho intelligi potest.

Cap. XXVI. §. 6. *ἔστι δὲ καὶ οἴκημα Ἐρέχθειον καλούμενον· πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν, πέμματα δὲ θέντες οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. ἐσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνος, ἐφ' οὗ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἐκ τοῦ μαντεύματος, καὶ ἥρωος Βούτου, τρίτος δὲ Ἡφαίστου. γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοίχων τοῦ γένους εἰσὶ τοῦ Βουταδῶν. καὶ (διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα) καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα· καὶ γὰρ ὅσοι μεσόγαιαν οἰκοῦσιν, ἄλλοις τε ἔστι καὶ Καρσὶν Ἀφροδισιεῦσιν· ἀλλὰ τόδε φρέαρ ἐς συγγραφὴν παρέχεται κυμάτων ἦχον ἐπὶ νότῳ πνεύσαντι. καὶ τριαίνης ἐστὶν ἐν τῇ πέτρᾳ σχῆμα. ταῦτα δὲ λέγεται Ποσειδῶνι μαρτύρια ἐς τὴν ἀμφισβήτησιν τῆς χώρας φανῆναι.*

Digitized by Google

Hunc locum plus ad illustrandum Erechtheum conferre, quam opinati sunt qui de eius structura disputarunt (satis est laudare Stuarti Antiq. Ath. ed. germ. t. I. p. 470 sqq., Leakii topogr. Ath. p. 298 sqq., Muelleri Minervae Poliadis sacra etc. Gotting. 1830. 4, Boeckhii Corp. Inscr. t. I. nr. 160. p. 261 sqq.), persuasum habeo, quanquam non is sum qui mihi tantum sumam atque arrogem, ut omnes removeam atque ingentes difficultates, quae huius prae ceteris omnibus templi explicationi obstant. Pausanias in Erechtheo describendo sic versatus est ut, qui aliis caret adminiculis, veram eius imaginem animo fingere plane nequeat. Quippe ille enim oppressus quasi mole rerum describendarum anxietate quadam prorsus agitur et abripitur; *δεῖ δέ με ἀφικέσθαι τοῦ λόγου πρόσω, πάντα ὁμοίως ἐπεξιόντα τὰ Ἑλληνικά* (§. 5.). Sed quo gravius est crimen negligentiae, eo accuratius verba eius pervestiganda sunt, ne ipsi simile crimen contrahamus, sed ut videamus potius num quid de eius culpa detrahi possit.

Διπλοῦν οἴκημα fuisse dicit Erechtheum, id quod de duplici templo vulgo accipiunt; nec possunt aliter; sed huic ipsi duplioni duplex subest notio. Quae enim duo in unum coalescunt ita cogitari possunt, ut alterum alteri aut a latere aut ab imo adhaereat. Atque Erechtheum quidem priore sensu duplex a Pausania dici quod sciam omnes existimant, neque hoc ad usum loquendi scriptoris accommodate fieri nego. Namque sic plane Id. II. 10, 2. *ἐντεῦθέν ἐστιν ὁδὸς ἐς ἱερὸν Ἀσκληπιοῦ. παρελθοῦσι δὲ ἐς τὸν περίβολον ἐν ἀριστερᾷ διπλοῦν ἐστὶν οἴκημα· κεῖται δὲ Ὕπνος ἐν τῷ προτέρῳ, καὶ οἱ πλὴν τῆς κεφαλῆς ἄλλο οὐδὲν ἔτι λείπεται. τὸ ἐνδοτέρω Ἀπόλλωνι ἐνεῖται Καρνείῳ*, idem VI. 20, 2. *ἐν μὲν δὴ τῷ ἔμπροσθε τοῦ ναοῦ (διπλοῦς γὰρ δὴ πεποίηται) τῆς τε Εἰλειθυίας βωμὸς καὶ ἔσοδος ἐς αὐτό ἐστιν ἀνθρώποις· ἐν δὲ τῷ ἐντὸς ὁ Σωσίπολις ἔχει τιμάς κτλ.* Ex quo minime tamen sequitur, nostrum locum eodem modo intelligendum esse; immo Pausaniam non illo priore sed altero sensu Erechtheum *διπλοῦν* vocasse efficitur hisce argumentis. Primum non erat duplex a latere, sed non numerato prostylo quincuplex; prostylon enim excepit cella anterior, Erechtheum proprie dictum, in quo altaria Neptuni, Butae, Vulcani, hanc cella media, penetrale cum statua Minervae, hanc cella posterior, Pandrosium, versus occidentem spectans, prioribus multo angustior, huic ab utra-

Digitized by Google

que parte adiecta porticus, maior versus septentrionem sex columnis, minor versus meridiem, in qua ara Iovis Hercei atque oleaster (ἡ πάγκαρπος), sex Caryatidibus uti vocantur exornata. Has partes non temere sic et ad arbitrium ab archaeologis dispositas esse docet inscriptio ap. Boeckh. l. l., quae archonte Diocle Olymp. XCII, 4. facta est ab eis, quibus commissum erat ut de partibus huius aedificii nondum absolutis deque materia ad eas absolvendas parata ad populum referrent. Ibi tertia pars τὸ Πανδροσεῖον, quarta ἡ πρόστασις πρὸς τοῦ θυρώματος, quinta ἡ πρόστασις πρὸς τῷ Κεκροπίῳ nominatur, prostylon ἡ πρόστασις ἡ πρὸς ἕω, quam quasi sextam partem dixeris; prima et secunda aliunde satis confirmatae sunt. In his offendit τὸ Κεκρόπιον, quod quid sibi velit non explicat Pausanias. Aliquid lucis affert Arnobius adv. gent. VI. p. 193. (p. 242. ed. Herald.) „*in historiarum Antiochus nono Athenis in Minervio memorat Cecropem esse mandatum terrae.*“ Cf. Theodoret. Therap. VIII. t. IV. p. 908. ed. Schulz. Aliud accedit ex Clement. Alex. protrept. p. 13. ed. Sylb. ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ ἐν τῇ ἀκροπόλει τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου, Ἀθήνησι δὲ ἐν ἀκροπόλει Κέκροπος, ὡς φησιν Ἀντίοχος ἐν τῷ ἐννάτῳ τῶν ἱστοριῶν. τί δὲ Ἐριχθόνιος; οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; Duo igitur habemus sepulcra in Erechtheo, Cecropis et Erichthonii, quae in parte aliqua subterranea fuisse iam Hirtius ap. Boeckh. l. l. feliciter coniecit. Addamus tertium, puteum illum de quo loquitur Pausanias; hunc enim item in inferiore parte (ἔνδον) fuisse clamant pene verba quae supra adscripsimus. Cur enim, nisi hoc voluit Pausanias indicare, non statim ab initio, sed nunc demum, cum ad puteum pervenit, duplex esse dicit aedificium? Aedificium duplex a latere an simplex esset, ad puteum plane nihil pertinebat; plurimum contra refert ad eius locum eruendum ut sciamus, duas partes fuisse, quarum altera alteri superimposita esset. Praeterea nec puteum in ipsa templi cella fuisse, nec ibi saxum, cui tridens incidi posset, comparuisse consentaneum est. Utrumque igitur subter cellam relegemus, ita ut in subterranea parte sub Erechtheo puteum ac tridentem (cf. Herod. VIII. 55. Apollod. bibl. III. 14, 1. Strab. IX. p. 396.), sub Minervio sepulcrum Erichthonii, sub Pandrosio sepulcrum Cecropis habeamus. Rem conficit opinor situs aedificii; scilicet Erechtheum, Minervium, Pandrosium cum porticu meridionali in

Digitized by Google

loco octo pedes altiore exstructa erant, quam porticus septentrionalis; quod non forte casuque factum esse sequitur ex supra laudata inscriptione, eo consilio factum, ut introitus de plano haberetur in partes subterraneas, haud absurda coniectura est. Ceterum huic quoque rei suo tempore non defore lucem optatissimam spem faciunt quae communicavit amicissimus Rossius, antiquitatum hoc tempore in Graecia supremus conservator, in Tübing. Kunstbl. a. 1835. nr. 78. p. 321.

His iam dudum scriptis atque ad describendum typographo traditis, C. O. Muellerus, V. Ill., rogatus benigne ad me litteras dedit, quibus quae supra pag. 161 sqq. disputavi de Demi imaginibus aliqua ex parte confirmata sunt. Simul certior factus sum, in Combii opere laudato imagines non Atticorum populorum, sed urbium maximam partem Asiaticarum, et quidem ex imperatorum Romanorum tempore, repraesentatas esse.

Digitized by Google

THEODORI BERGKII

PHILOS. DR. ET COLLABORAT. SCHOL. LAT.

HALENSIS

DE SCOLIO PINDARI

IN

XENOPHONTEM CORINTHIUM

DISSERTATIO

ET CONIECTURAE IN POETAS GRAECOS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Cum A. Westermannus et C. H. Funkhaenelius, viri amicissimi, me rogarent, ut scriberem aliquam dissertatiunculam, quae Actis Societatis Graecae insereretur, susceperam de scolio carmine apud Graecos commentari. Sed quoniam ille locus latissime patet, otii autem mihi fuit parum, non potui illud, quod aggressus eram, consequi. Nolui tamen viris honestissimis iusta praesertim et praeclara rogantibus deesse, quare partem commentatiunculae, quam inchoaveram, ad illos misi. Agitur autem de scolio, quod Pindarus in victoriam Xenophontis Corinthii composuit. Sed quo melius perspici possit totius carminis ratio, Athenaei locus, qui l. XIII. p. 573. E. hoc scolium servavit, adhibendus est. Ita autem describam carmen illud, uti Boeckhius vinculis numerorum inclusit.

Ὑπάρχοντος οὖν, inquit Athenaeus, *τοῦ τοιούτου νομίμου περὶ τὴν θεὸν Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος ἐξιὼν εἰς Ὄλυμπίαν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα καὶ αὐτὸς ἀπάξειν ἑταίρας *) ηὔξατο τῇ θεῷ νικήσας. Πίνδαρός τε τὸ μὲν πρῶτον ἔγραψεν εἰς αὐτὸν ἐγκώμιον, οὗ ἡ ἀρχή·*

Τριςολυμπιονίκαν ἐπαινέων οἶκον.

Ὕστερον δὲ καὶ σκόλιον τὸ παρὰ τὴν θυσίαν ᾄσθὲν, ἐν ᾧ τὴν ἀρχὴν εὐθέως πεποίηται πρὸς τὰς ἑταίρας, αἳ παραγενομένου τοῦ Ξενοφῶντος καὶ θύοντος τῇ Ἀφροδίτῃ συνέθυσαν· διόπερ ἔφη·

(*Ἐπ. β'*) *Ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτ' ἐς ἅλσος φορβάδων*
Κουρᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις
Ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.

Ἦρξατό δ' οὕτως τοῦ μέλους·

(*Στρ. α'*) *Πολύξεναι νεάνιδες, ἀμφίπολοι Πειθοῦς ἐν ἁφνειῷ*
Κορίνθῳ,
Αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶτε

*) Manifestum est Pindarum scripsisse *ἐπάξειν ἑταίρας*: eodem enim verbo usus est, quo ipse poeta:

Κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις
Ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.

Digitized by Google

Πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν πτάμεναι νόημα
ποττὰν Ἀφροδίταν,
Υ̓́μμιν ἅ τ' ἄνωθεν ἀπαγορίας
Ἔπορεν, ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς
Μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι· σὺν δ'
ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν.

Ἀρξάμενός θ' οὕτως ἐξῆς φησιν·

(*Ἐπ. α'*) *Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται*
Τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου
Ξυνάορον ξυναῖς γυναιξίν.

Δῆλον γὰρ ὅτι πρὸς τὰς ἑταίρας διαλεγόμενος ἠγωνία ποῖόν τι φανήσεται τοῖς Κορινθίοις τὸ πρᾶγμα· πιστεύων δὲ, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτῷ πεποίηκεν εὐθέως·

(*Στρ. β'*) *Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ.*

Sic igitur Boeckhius numeros huius carminis in ordinem redegit, ut prima stropha inde a verbis *πολύξεναι νεάν* continuaretur usque ad ista: *σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν*, ut sex versus complecteretur. Tum igitur antistropha interciderit necesse est: hanc deinde excipit epodus prima: *Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λέξοντι κτλ.* Integram vero hanc epodum esse parum est probabile: aequabilis enim lex carminis, quae diligentissime a Graecis poetis solet observari, non facile patitur tam dispari ambitu strophas et epodos esse. Et perisse quaedam in extrema epodo credit etiam Boeckhius, qui his verbis *Ἀλλὰ θαυμάζω* et *Ὦ Κύπρου δέσποινα* primordia epodorum contineri statuit. At quominus epodos istas fine truncatas esse censeamus prohibent ipsa illa Athenaei verba, qui cum dixerit: *πιστεύων δὲ, ὡς ἔοικεν, αὐτὸς ἑαυτῷ πεποίηκεν εὐθέως*, satis superque significat istum versum, qui stropham inchoaverit necesse est,

Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ,

continuo excepisse eum, qui praecessit:

Ξυνάορον ξυναῖς γυναιξίν.

Quapropter alio modo disiecta illa membra carminis ad legem revocanda sunt.

Et primum quidem ea forma stropharum, quae placuit Boeckhio, mihi aliena esse ab hoc genere carminum videtur; longior est enim ista stropha iustumque modum excedit. Convivalia autem carmina, quoniam sunt leviuscula, ludicra, remissa, ex paucioribus brevioribusque articulis composita esse debent: atque videtur Pindarus in reliquis omnibus scoliis minu-

Digitized by Google

tiores strophas conformavisse. Sic arbitror illud carmen, quod Thrasybulo scripsit, ex versibus sex non ita proceris constitisse. Ita autem initium illius scolii restituendum est:

Ὦ Θρασύβουλ', ἐρατᾶν. ὄχημ' ἀοιδᾶν
Τοῦτό τοι πέμπω μεταδόρπιον· ἐν ξυνῷ κεν εἴη
Συμπόταισί τε γλυκερὸν καὶ Διωνύσοιο καρπῷ
Καὶ κυλίκεσσιν Ἀθαναίαισι κέντρον·
Δείπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλιον
Καίπερ πεδ' ἄφθονον βοράν.

Coniungenda enim in unum sunt duo ista fragmenta.

Non igitur credo hic Pindarum strophae proceriore illa forma usum esse, quae gravi ac severo argumento convenit, abhorret ab huius carminis levitate. Neque id videtur probandum esse, quod Boeckhius hoc carmen epodicum fuisse statuit: arbitratur enim chorum meretricum illarum, dum convivae singuli per vices hoc carmen canant, saltavisse. Sane Pindarus cum hoc carminum genus tractaret, quod multi iam diu coluerant et quasi occupaverant, novavit nonnulla et ad modum doricae poesis propius adduxit: sed utrum haec Pindarica scolia epodos habuerint nec ne, alio quaeram loco: in hoc certe carmine nullus est locus epodis concessus: nec saltaverunt Corinthiae puellae, dum carmen canitur, quod visum est Boeckhio. Iure autem miramur virum sagacissimum non perspexisse istos versus epodicos, quos opinatur,

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται
Τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου
Ξυνάορον ξυναῖς γυναιξίν,

et hos:

Ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος ῥοβάδων
Κουρᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις
Ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς,

plane ad eundem modum compositos esse, quo versus strophicos:

Αἴτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶτε
Πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίων πτάμεναι νόημα ποττὰν
Ἀφροδίταν.

Nisi quod inaequabili ratione membra articulique divisi sunt. Haec autem si quis diligenter inter se comparaverit, animadverterit et eiusdem numeri omnia esse et longe aliter in ordinem redigenda. Repetiit autem poeta et continuavit usque eas-

Digitized by Google

dem strophas in hoc carmine. Et initium quidem strophae quod sit, commode Athenaeus docet: neque extremus versus diu est quaerendus: apparet enim strophan terminari hoc versiculo:

Νόημα ποττὰν Ἀφροδίταν,

qui quidem numerus cum indole huius carminis aptissime congruit. Iam primus strophae versus nequit tam procerus esse, quam Boeckhius voluit:

Πολύξεναι νεάνιδες ἀμφίπολοι Πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ,

sed est is quidem in duas particulas discerpendus:

Πολύξεναι νεάνιδες ἀμφίπολοι
Πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ.

Habemus igitur numerum prorsus non dissimilem illi, qui fuit in scolio in Thrasybulum:

Δείπνου δὲ λήγοντος γλυκὺ τραγάλιον
Καίπερ πεδ' ἄφθονον βορᾶν.

Neque enim verisimile arbitror hos versus repetitos esse ex hoc in Xenophontem scolio, licet numeri sint iidem. Sed argumenti potissimum similitudo me movit, ut ascriberem scolio in Thrasybulum. Iam si ita exordium strophae conformamus, alter quidem versus plane congruit cum ultimo versu huius ipsius strophae: sed id ipsum, quod eadem numeri forma repetitur, convenit argumenti simplicitati, a qua magna versuum varietas aliena est. Ita autem haec dirimenda esse documento est versus sequentis strophae, ubi syllaba anceps admissa est: quamquam verba sunt corruptissima; ita enim in libris leguntur: *ὑμῖν ἄνωθεν ἀπαγορίας ἔπορεν, ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς.* Haec Boeckhius ita correxit:

Υ̓́μμιν ἅ τ' ἄνωθεν ἀπαγορίας
Ἔπορεν, ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς.

Sic autem transtulit in Latinum sermonem: *Quae vobis e coelo excusationem et veniam dedit, o puellae, iucundis in lectis mollis pubertatis fructum decerpendi.* Ita imperfecta fuerit oratio, quae quidem potuerit in sequentibus, quae intercederunt, absolvi. Sed si quis accuratius singula perpenderit; facile reperiet integram esse orationem. Boeckhii autem coniecturae et explicationi cum alia tum hoc maxime obstat, quod *ἀπαγορίας* (nihil dicam de numero plurali, qui similibus exemplis ex ipso Pindaro petitis potest excusari) *excusationem et veniam* interpretatur. Nam ea quidem ratio, qua hanc vocabuli

Digitized by Google

notionem firmare studet, infirma est et prorsus improbanda. Praeterea ipsum illud ἄνωθεν, quod *e coelo* interpretatur, mihi quidem parum commodum visum est. Scripserat Pindarus:

Ὑμῖν ἄνευθ' ἀπαγορίας ἔπορεν,
Ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς ἐν εὐναῖς.

Sic integra est oratio: absolvitur enim allocutio puellarum; ἔπορεν autem ad Venerem est referendum, quae modo erat commemorata: hoc enim dicit poeta: *vobis sine intermissione o puellae concessit Venus iucundis in lectis amoris fructus percipere.* Ἀπαγορία idem plane est quod ἀπαγόρευσις, *intermissio virium, defatigatio.* Iam tertius versus strophae:

Αἴτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶτε

per se nequaquam est spernendus; ad eundem modum compositus est ille versus in scolio in Thrasybulum:

Συμπόταισί τε γλυκερὸν καὶ Διωνύσοιο καρπῷ.

At vero repugnat non secundae quidem strophae versiculus: is enim ne littera quidem immutata commode poterit ad hunc numerum revocari:

Μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι· σὺν δ' ἀνάγκᾳ,

ita ut πᾶν καλὸν inchoet sequentem versum. At vero tertiae strophae versus:

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι Ἰσθμοῦ δεσπόται
Τοιάνδε μελ. —

itidemque sequentis strophae:

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος φορβάδων
Κουρᾶν ἀγέλαν —

non congruunt. Hi enim versus plane flagitant, ut ultimus articulus reiiciatur in versum subsequentem; et hanc incisionem magnopere commendat in secunda stropha ipsa sententiae ratio, quoniam absolvitur numero quoque cadente; ista autem verba σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλὸν, quae magna sunt gravitate, sic commodissime in exordio versus collocantur. Plane congruit versus tertiae strophae:

Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λέξοντι Ἰσθμοῦ

et pariter sequentis strophae:

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος.

At repugnare videtur primae strophae versus, quoniam ibi extrema syllaba soluta est in duas breves, quod non licet in fine versus; talis enim fuerit versiculus:

Αἴ τε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρυα.

Digitized by Google

Sed is quidem versiculus facile potest emendari; germana enim scriptio haec est:

Αἵ τε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρη.

Uti enim ab *ἄστυ* *ἄστεος* formatur, sic videtur Pindarus a vocabulo *δάκρυ* novavisse *δάκρεος*. Hanc autem formam me vere poetae restituisse satis docent verba grammatici in Crameri Anecdotis T. I. p. 121: *Τοῦ δάκρυ ἡ γενικὴ δάκρεος, δάκρεϊ, τὸ πληθυντικὸν δάκρεα· τοῦτο κατὰ συναλοιφὴν γέγονε δάκρη· Ξανθὰ δάκρη. ἀπὸ δὲ τοῦ δάκρυον δάκρυα· τὸ δὲ δάκρυσιν οὐκ ἀπὸ τοῦ δάκρυ, δάκρεσι γὰρ ἂν ἦν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δακρύεις κατὰ μεταπλασμόν, ὡς προβάτοις πρόβασιν, ἐγκάτοις ἔγκασι, πετάλοις πέταλσιν· Ἐν ἠρινοῖς πέταλσι.* Haec ultima ex tragico aliquo petita sunt. Neque vero alia Pindaro fuit novandi causa, quam numeri necessitas, quae vulgarem formam respuebat: nam nisi in extremo versu non crediderim Pindarum tam insolentem formam admisisse.

Iam quartus versus cuiusque strophae quali sit specie facile apparet:

Θυμιᾶτε, πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν πτάμεναι.
Δεσπόται, τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου.
Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν τελέαις.

Est igitur totum illud carmen sic conformandum:

Στρ. α'. *Πολύξεναι νεάνιδες, ἀμφίπολοι*
Πειθοῦς ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ,
Αἵτε τᾶς χλωρᾶς λιβάνου ξανθὰ δάκρη
Θυμιᾶτε, πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐρανίαν πτάμεναι
Νόημα ποντᾶν Ἀφροδίταν·
Στρ. β'. *Ὑμῖν ἄνευθ' ἀπαγορίας ἔπορεν,*
Ὦ παῖδες, ἐρατειναῖς ἐν εἰναῖς,
Μαλθακᾶς ὥρας ἀπὸ καρπὸν δρέπεσθαι.
Σὺν δ' ἀνάγκᾳ πᾶν καλόν. — —
— — — — —
Στρ. γ'. — — — — —
— — — — —
Ἀλλὰ θαυμάζω, τί με λεξοῦντι Ἰσθμοῦ
Δεσπόται, τοιάνδε μελίφρονος ἀρχὰν εὑρόμενον σκολίου
Ξυνάορον ξυναῖς γυναιξίν.
Στρ. δ'. *Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ.*
— — — — —

Digitized by Google

Ὦ Κύπρου δέσποινα, τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος
15. Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκατόγγυιον Ξενοφῶν
τελέαις
Ἐπάγαγ' εὐχωλαῖς ἰανθείς.

Iam paucis rationem reddam eorum, quae vel immutanda vel servanda duxi. Et versu quidem secundo ἐν ἀφνειῷ Κορίνθῳ non credo refingendum esse. Nam etiam ὁ Κόρινθος dicebatur masculino genere, uti est in oraculo apud Herodotum lib. V. 92: — — — — οἳ περὶ καλὴν
Πειρήνην οἰκεῖτε καὶ ἀφρυόεντα Κόρινθον.
et ibidem:
Κύψελος Ἠετίδης, βασιλεὺς κλεινοῖο Κορίνθου.
Locupletissimus autem auctor Homerus plane eodem modo dixit Il. II. 570:
Ἀφνειόν τε Κόρινθον ἐϋκτιμένας τε Κλεωνάς.
Quem ut solet secutus Pindarus. Nisi forte quis malit in his locis ἀφνειὸν generis commenis esse. Plane ad eandem rationem in Theocrito XIII. v. 19 restituendum arbitror:
Ἵκετο χὠ ταλαεργὸς ἀνὴρ ἐς ἀφνειὸν Ἰωλκόν.
Quarto versu quod dipodia terminatur syllaba brevi nihil habet offensionis in hoc carmine, quod cum sit argumenti leviusculi, numerorum quoque admittit levitatem, ita ut syllaba brevis saepe in locum productae succedat, ut est in v. 1:
Πολύξεναι νεάνιδες ἀμφίπολοι,
ubi praeterea animadvertes a brevi syllaba ipsum versum inchoatum esse, uti rursus in v. 5. Νόμμα ποτταν' Ἀφ. et v. 12: Ξυνάορον ξ. χ. et v. 13: Δι δάξαμεν χρ. et v. 16: Ἐπάγαγ' εὐχ. Pariter eadem sede in stropha II. admissa est syllaba brevis:
Ὑμὶν ἄνευθ' ἀπαγορίας ἔπορεν.
Eodem modo in v. 4. str. I legimus: Θυμιᾶτε πολλάκι μαν. plane ut in str. IV. Φορβάδων κορᾶν ἀγέλαν ἑκ. quod haudquaquam in καυρᾶν mutandum est. Ad eandem numerorum levitatem referenda est solutio syllabae longae v. 7:
Ὦ παῖδες ἱερατειναῖς ἐν εὐναῖς.
Illud vero permirum est, quod meretrices Corinthiae Coelestem Venerem thure accenso saepe adoravisse dicuntur. Quid enim commercii Veneri Coelesti et meretricibus, quas Venerem Vulgarem colere aequum erat. Neque Simonidis epigramma (CXCIV. ed. Schneidewin.) quidquam valet ad id quod per se improbabile est probandum. Ibi enim meretrices Corinthiae

Digitized by Google

tumultu belli Persici ingruente Veneri quidem *δαιμονίᾳ*, sed non *οὐρανίᾳ* vovisse dicuntur:

Αἴδ' ὑπὲρ Ἑλλάνων τε καὶ εὐθυμάχων πολιητᾶν
Ἕστασαν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ·
Οὐ γὰρ τοξοφόροισιν ἐμήσατο δῖ' Ἀφροδίτα
Μήδοις Ἑλλάνων ἀκρόπολιν προδόμεν.

Atque ne illud quidem potest idoneis argumentis comprobari, Venerem Coelestem a Corinthiis omnino cultam fuisse. Boeckhius quidem et qui illum sequitur Dissenius adhibent huius rei testem Pausaniam in Corinthiacis L. II. 23, 8 leviter, ut videtur, libro inspecto; nam Pausanias loquitur de Venere Coelesti, quam *Argivi* coluerint. Non igitur credo Pindarum Venerem Coelestem commemoravisse, sed scribendum est:

Πολλάκι ματέρ' ἐρώτων οὐράνι' ἀμπτάμεναι
Νόημα ποττὰν Ἀφροδίταν.

Sic enim poeta dicit *ad coelum ad matrem Amorum Venerem mente abreptas esse meretrices*. Non dissimilis est ratio Euripidei loci in Troasin v. 535:

Ὅτ' ἔλιπον ἵππον οὐράνια
Βρέμοντα.

i. e. *ad coelum usque frementem*, quod adiungit poeta propter molem ingentem equi illius. Et ipsa quoque librorum scriptura *οὐρανίαν ἱπτάμεναι* propius abest ab hac correctione.

Iam vero Corinthi plurima, ut consentaneum est, fuerunt fana Veneris: omnium autem nobilissimum facile fuerit in arce, de quo videas Pausaniam II. 4, 7. Hoc fortasse idem est, quod a Medea conditum esse tradit Theopompus ap. Schol. Pindari Ol. XIII. 32: *Θεόπομπος φησὶ καὶ τὰς γυναῖκας τῶν Κορινθίων εὔξασθαι τῇ Ἀφροδίτῃ ἔρωτα ἐμπεσεῖν τοῖς ἀνδράσιν αὐτῶν μάχεσθαι ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος τοῖς Μήδοις εἰς-ελθούσας εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀφροδίτης, ὅπερ ἱδρύσασθαι τὴν Μήδειαν λέγουσιν Ἥρας προσταξάσης.* In eo igitur templo cum Persico bello meretrices vota susceperint, non recedit a probabilitatis specie Xenophontem quoque illum eodem adduxisse meretrices. Sed suspicor hic potius de fano Veneris Melanidis cogitandum esse, quod situm fuit in Craneo, ut docet Pausanias L. II. 2, 4: *Πρὸ δὲ τῆς πόλεως κυπαρίσσων ἐστὶν ἄλσος ὀνομαζόμενον Κράνειον· ἐνταῦθα Βελλεροφόντου τέ ἐστι τέμενος καὶ Ἀφροδίτης ναὸς Μελα-*

Digitized by Google

νίδος. Iam egregie huic descriptioni convenit id, quod infra dicit Pindarus:

Ὦ Κύπρου δέσποινα τεὸν δεῦτ' ἐς ἄλσος.

Et videtur sane illud fanum meretricibus potissimum summae sanctitati fuisse, quod vel inde colligas, quod prope templum illud Laidis fuit sepulcrum, ut testatur Pausanias eo loco, quem dixi: *καὶ τάφος Λαΐδος*, subiungit ille, *ᾧ δὴ λέαινα ἐπίθημά ἐστι κριὸν ἔχουσα ἐν τοῖς προτέροις ποσίν.*

Versu quinto forma *ποττὰν* offensioni fuit Boeckhio, qui substituendum censuit *πρὸς τὰν*: sed non licet haec carmina ad eandem normam examinare atque reliqua: maior enim licentia scoliis aliisque carminibus convivalibus est concessa: hinc dialectus quoque propius ad vulgarem sermonem accedit; sic etiam v. 10 scriptum est:

Ἀλλὰ θαυμάζω τί με λεξοῦντι Ἰσθμοῦ
Δεσπόται,

quod non est tentandum, quamvis in aliis carminibus poeta aut *λέξοισιν* aut *λέξοντι* dixerit. Neque hiatus est improbandus: doricae enim illae terminationes non adsciscunt litteram $\bar{\nu}$; conferas praeter alios grammaticum in Crameri Anecd. I. p. 147. Sic Theocritus dixit XVI. 72:

Πολλοὶ κινησεῦντι ἔτι τροχὸν ἅρματος ἵπποι,

nisi forte ibi praestat scribere: *πολλοὶ κινησεῦντι δ' ἔτι τρ.* Huc accedit, quod hiatus in nomine proprio minus etiam reprehendendus est. Ita in hac ipsa voce admisit hiatum poeta Isthm. I. 8: *Τὰν ἁλιερκέα Ἰσθμοῦ δειράδα* et ibid. v. 32: *Ποσειδάωνι Ἰσθμῷ τε ζαθέᾳ.*

Versum quartum decimum et qui sequuntur adscripsi quartae strophae, ita ut inter hos et exordium:

Διδάξαμεν χρυσὸν καθαρᾷ βασάνῳ

unus versiculus interciderit, quod mihi eo probabilius videtur, quoniam propter gravitatem verborum multas easque breviores sententias vel sine ullo vinculo cumulare solet Pindarus. Sed fortasse hi versus remotiores sunt ab illo exordio strophae, ita ut partem quintae strophae confecerint.

Inter scolia retulit Boeckhius etiam aliud carmen, quod in Theoxeni pueri venusti praeconium compositum est. Sed scolium fuisse nullo idoneo argumento ex ipsius carminis natura petito neque testimonio extrinsecus posito potest demonstrari: iure igitur mihi videor illud inter *encomia* potius referre.

Digitized by Google

Ipsum autem carmen, quoniam nondum ab hominibus doctis satis recte emendatum et ad numerorum leges revocatum est, subiiciamus, uti nobis conformandum esse videtur:

Στρ. α'. Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι, θυμέ,
σὺν ἁλικίᾳ·
Τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαριζούσας
δρακείς,
Ὅς μὴ πόθῳ κυμαίνεται ἐξ ἀδάμαντος
Ἢ σιδέρου κεχάλκευται μέλαιναν καρδίαν·
Στρ. β'. Ψυχρᾷ φλογί, πρὸς δ' Ἀφροδίτας ἀτιμασθεὶς ἑλικο-
βλεφάρου
Ἢ περὶ χρήμασι μοχθίζει βιαίως ἢ γυναικείῳ θράσει
Ψηχρὰν φορεῖται πᾶσαν ὁδὸν θεραπεύων.
Ἀλλ' ἐγὼ ἕκατι τᾶς θεοῦ κηρὸς ὣς δαχθεὶς ἕλῃ
Ἐπ. α'. Ἱρᾶν μελισσᾶν τάκομαι, εὖτ' ἂν ἴδω παίδων νεόγυιον
ἐς ἥβαν·
Ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τ' ἐνάνει
Καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου.

Versu septimo cum apud Athenaeum L. XIII. p. 601. E. satis inepte legeretur *ψυχράν*, Schneiderus coniecit *ψυχάν*, sed id quidem parum commode adiiceretur: requiritur omnino adiectivum, quod pertineat ad ὁδόν: scripsi igitur *ψηχράν*, haec enim est sententia: *Aut muliebri impudentia tritam quamvis viam persequens ferar.* In sequente versu librorum lectionem ἀλλ' ἐγὼ δ' ἕκατι τᾶς κηρὸς ὣς Boeckhius ingeniose sic restituit:

Ἀλλ' ἐγὼ ὥρας ἕκατι τᾶς ποθεινᾶς κηρὸς ὣς.

Et in stropha retinuit ἠέ, pro quo in altero Athenaei loco (XIII. p. 364.) rectius ἢ legitur. Sed priusquam de his videamus examinanda sunt verba quae subsequuntur: *δαχθεὶς ἐλειρᾶν μελισσᾶν.* Nam mihi quidem nec Boeckhii coniectura ἐλαειρᾶν nec Hermanni ἐλειηρᾶν satis commoda videtur. Non dubito quin poeta scripserit: *κηρὸς ὣς δαχθεὶς ἕλῃ ἱρᾶν μελισσᾶν* vel potius ἕλᾳ, quod neque a librorum scriptura recedit et accommodatissimum est sententiae; dicit enim poeta: *uti cera apum sanctarum tacta sole liquesco.* Compares Callimachum in Cererem v. 92:

Ὡς δὲ Μίμαντι χιών, ὡς ἀελίῳ ἔτι πλαγγὼν
Καὶ τούτων ἔτι μᾶλλον ἐτάκετο.

Ἕλη est solis ardor. Hesychius: Ἕλα, ἡλίου αὐγή, καῦμα.

Digitized by Google

Eustathius ad Odyss. VII. p. 1573, 44: *Ὅτι δὲ τὴν εἴλην οἱ πάλαιοὶ καὶ ἔλην φασὶν ἐν ῥητορικοῖς δηλοῦται λεξικοῖς· ἔνθα κεῖται καὶ ὅτι εἴλη καὶ ἔλη ἡ τοῦ ἡλίου αὐγὴ καὶ εἰληθρεῖν τὸ ἡλιάζεσθαι καὶ εἰλεῖν τὸ ἐν ἡλίῳ ξηραίνειν καὶ εὔειλον χωρίον τὸ εὐήλιον καὶ πρόσειλον τὸ πρὸς μεσημβρίαν τετραμμένον.* Aptissime autem apes appellantur *ἰραί*. Iam vero illud apparet versum antistrophae verbo ἔλῃ terminari; versum igitur uno vocabulo adiecto ita restitui:

Ἀλλ' ἐγὼ ἕκατι τᾶς θεοῦ κηρὸς ὡς δαχθεὶς ἔλῃ.

Pronominis *ἐγὼ* ultima syllaba non tam corripitur (nam id quidem duriusculum), quam coalescit cum sequente verbo ἕκατι. Non dissimile exemplum huius licentiae est in Isthmico VI. 8:

Ἢ ὅτ' ἀμφὶ πυκναῖς Τειρεσίαο βουλαῖς
Ἢ ὅτ' ἀμφ' Ἰόλαον ἱππόμητιν;

Ἕκατι autem apud Pindarum non adsciscit digamma, uti apparet ex Isthm. IV. 2: *σέο γ' ἕκατι*, et ad eandem normam fortasse etiam Olymp. XIV. 20 scribendum est: *σεῦ γ' ἕκατι*. Adde huc Nem. VIII. 47: *λίθον Μοισαῖον ἕκατι ποδῶν.* Post articulum addidi θεοῦ id est *propter Venerem*. Ceterum similiter ἕκατι praepositum legitur in Pyth. V. 9: *ἕκατι χρυσαρμάτου Κάστορος.*

Sed extrema verba *ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τε ναίει* (vel ut est in libris: *Πειθώ τ' ἔναιεν*) *καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου* sunt inepta plane ac perversa. Scripsi igitur

Ἐν δ' ἄρα καὶ Τενέδῳ Πειθώ τ' ἐναύει
Καὶ Χάρις υἱὸν Ἀγησιλάου,

non solum me, sed etiam Theoxenum inflammat amor. Sed nec mihi ipsi haec coniectura satis facit, fortasse alii verius quid reperiant.

Ceterum puto ad hoc carmen in Theoxenum Tenedium etiam aliud fragmentum referendum esse, quod legitur apud Athenaeum XIII. p. 601. C. et ex parte p. 561. B:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωτι χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν·
Μὴ πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμέ,
Πρᾶξιν.

Tanta enim est numerorum, sententiae, conformationis verborum similitudo, ut hi versus non possint non ex uno eodemque carmine petiti esse. Iam vero ita corrigendum esse arbitror:

Εἴη καὶ ἐρᾶν καὶ ἔρωσιν χαρίζεσθαι κατὰ καιρόν· ὃ μὴ Πρεσβυτέραν ἀριθμοῦ δίωκε, θυμέ, πρᾶξιν. —

Digitized by Google

Recte ἔρωσιν χαρίζεσθαι dictum, uti fuit supra:

Χρῆν μὲν κατὰ καιρὸν ἐρώτων δρέπεσθαι, θυμέ, σὺν ἀλικίᾳ.

Apte deinde dicitur: ὦ μὴ — *δίωκε, quare noli persequi*, quod flagitat numerus, convenit sententiae institutae.

Iam quoniam id quod institueram ad finem perducere non licuit, coniecturas quasdam, leves fortasse nec satis dignas quae huic operi inserantur, omissa longiore disputatione proponam. Et primum quidem dicam de loco Aeschyli difficili satis necdum recte ab hominibus doctis intellecto. Est autem ille in Agamemnone v. 166:

Καὶ τόθ' ἡγεμὼν ὁ πρέσβυς νεῶν Ἀχαϊκῶν
Μάντιν οὔτινα ψέγων,
Ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων.

Quid enim sibi volunt ista verba: *μάντιν οὔτινα ψέγων*, quae nihil aliud significare possunt quam *nullum vatem vituperans.* Et *οὔτινα* quidem sunt qui explicant adverbio *minime*, quasi sit *οὔτι*, quod ferri nequit; *ψέγειν* autem interpretantur *redarguere*, *irritum demonstrare*, quod nulla idonea auctoritate potest firmari. Ipsa autem ista sententia plane est praepostera et inepta: sed non lubet talia refutare. Scripserat Aeschylus:

Μάντιν οὔτινα ψέφων.

Haec enim requiritur sententia: *tunc, quum triste augurium Calchantis exaudivisset Agamemno, nullum expavescens vatem, ferebat quaecunque accidebant.* Nihil enim Agamemno primum curabat lugubria ista vaticinia: cum autem graviora mala ingruerent, cum denuo Calchas dira vaticinaretur, tum tandem necessitate coactus et vaticinia perhorrescens cessit Calchanti mactavitque filiam. Conferas v. 197:

Ἐπεὶ δ' ἀνάγκας ἔδυ λέπαδνον
Φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν
Ἄναγνον, ἀνίερον, τόθεν
Τὸ παντότολμον φρονεῖν μετέγνω.

Haec verba *φρενὸς πνέων δυσσεβῆ τροπαίαν* opposita sunt illis:

Ἐμπαίοις τύχαισι συμπνέων.

Iam enim non aequo animo ferebat dira mala Agamemno, sed ut averteret impium suscepit facinus.

Digitized by Google

Aristophanes Avibus v. 86:

ΕΥ. Οἴμοι κακοδαίμων χὠ κολοιὸς μοῖχεται
Ὑπὸ τοῦ δέους. ΠΕΙ. Ὦ δειλότατον σὺ θηρίον,
Λείσας ἀφῆκας τὸν κολοιόν; ΕΥ. Εἰπέ μοι,
Σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταπεσών;

Mirum illud quidem est, quod Euelpides dicit Pisthetaerum, *cum cecidisset*, avem amisisse: neque enim ratio idonea poterit reperiri, cur id finxerit poeta, cum nihil faceti aut lepidi insit. Scholiastae autem veteres etsi quaedam proferunt, nihil dixisse censendi sunt. Scripserat vero comicus:

Σὺ δὲ τὴν κορώνην οὐκ ἀφῆκας καταχεσών;

Id enim non prorsus inficetum est. Nam ut Euelpides, qui a timore nomen sibi indidit:

Ὑποδεδιὼς ἔγωγε, Λιβυκὸν ὄρνεον,

prae nimio timore avem amisisse dicitur, ita etiam in Pisthetaeri nomine, quoniam is a cacando nomen petiit:

Ἐπικεχοδὼς ἔγωγε Φασιανικός,

lusisse poetam festivissimum veri est simillimum. Est igitur καταχεσὼν restituendum. Insolentiorem hanc formam possumus aliorum etiam comicorum exemplo firmare. Herodianus enim περὶ μονήρ. λέξ. p. 24, 12 ex Alcaei Ganymede affert hanc ipsam aoristi formam κατέχεσον. Auctiora haec leguntur in Crameri Anecd. T. I. p. 176, 19: οὐδεὶς δὲ (lego δεύτερος) ἀόριστος ἔχει τὸ ō· μονῆρες τοῦτο τὸ ἔπεσον. — τὸ παρ' Ἀλκαίῳ εἰρημένον ἐν Γανυμήδει ἐπὶ τοῦ φορτικοῦ κατέχεσον τῆς Νηρηίδος κωμικὸν εἶναι· ὡς Ἀριστοφάνης εἴρηκέ που ἀκολούθως χεσεῖν δέον εἰπεῖν αὐτὸν χέσαι. Alcaeus scripserat sine articulo:

Κατέχεσον Νηρηίδος.

Aristophanis autem versus est in Thesmophor. v. 570:

Τὸν σησαμοῦνθ' ὃν κατέφαγες, τοῦτον χεσεῖν ποιήσω.

Simonides Amorg. VIII. v. 27:

Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης, ἡδύ, ἐν φρεσὶν νόει.

Sic Welckerus edidit servata librorum scriptura, opinatus ἡδὺ vocativum esse. Non magis probari possunt coniecturae hominum doctorum longe audacissimae, quas commemorare nihil adtinet. Scripsit Simonides:

Τὴν δ' ἐκ θαλάσσης, ἢ δύ' ἐν φρεσὶν νοεῖ.

Digitized by Google

Id enim dicit: *aliam mulierem dii finxerunt ex mari, quae varia est et mutabilis.* Ipse deinde haec interpretatur:

Τὴν μὲν γελᾷ τε καὶ γέγηθεν ἡμέρην·
Ἐπαινέσει μιν ξεῖνος ἐν δόμοις ἰδών.
Οὐκ ἔστιν ἄλλη τῇσδε λωίων γυνὴ
Ἐν πᾶσιν ἀνθρώποισιν οὐδὲ καλλίων.
Τὴν δ' οὐκ ἀνεκτὸν οὐδ' ἐν ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν,
Οὔτ' ἄσσον ἐλθεῖν, ἀλλὰ μαίνεται τότε
Ἄπληστον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων,

et quae deinceps sequuntur.

Sappho I. 25:

Ἔλθέ μοι καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον
Ἐκ μεριμνᾶν, ὅσσα δέ μοι τελέσσαι
Θυμὸς ἰμέρρει τέλεσον, σὺ δ' αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο.

Parum apte pronomen *αὐτὰ* inseritur. Traxit autem hic locus similem labem atque multi alii lyricorum poetarum, inprimis Aeolensium. Scripserat enim Sappho: *σὺ δαῦτε σύμμαχος ἔσσο* sive *δηῦτε*. Nam hoc demum apte dicitur: *nunc quoque ad me venias et a gravibus curis me solvas perficiasque quaecunque concupiscit animus: tu denuo auxiliatrix sis.* Ne tragicis quidem poetis prorsus inusitata est ista orasis; nam apud Aeschylum in Choephoris v. 404 scribendum est:

Πέπαλται δαῦτέ μοι φίλον κέαρ
Τόνδε κλύουσαν οἶκτον.

Non pauca praeterea in Sapphus reliquiis corrupta sunt, ex quibus attingam unum carm. II. 13:

Καδδ' ἰδρὼς ψυχρὸς χέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ, χλωροτέρα δὲ ποίας
Ἐμμί.

Magna est librorum discrepantia, Vat. 2: *ἐκ δε μ' ἰδρῶς*, Vat. 3: *ἔκαδε μ' ἰδρώς*: deinde omnes codices non *χέεται*, sed *κακχέεται* suppeditant. Vulgata autem lectio vel propterea ferri nequit, quod verbi *ἰδρὼς* prima syllaba est correpta. Ego vero non dubito quin *ψυχρὸς* plane sit eiiciendum, quippe quod additum sit ab interprete, quem memoria similis alicuius loci permovit. Videtur autem Sappho scripsisse:

Ἀ δέ μ' ἴδρως κακχέεται, τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἀγρεῖ.

Verbum *καταχεῖσθαι* cum accusativo paulo insolentius est con-

Digitized by Google

iunctum, sed similia exempla aliorum verborum apud poetas reperiuntur, uti Pindarus dixit Pyth. IV. 82:

Οὐδὲ κωμᾶν πλόκαμοι κερθέντες ὄχονται ἀγλαεί,
Ἀλλ' ἅπαν νῶτον κατείθυσσον.

Sic autem hanc locum restituendum esse docet grammaticus Crameri T. I. p. 208: *Ἰδρώς· τοῦτο παρ' Αἰολεῦσιν θηλυκῶς λέγεται· ἀναδέχεται κλίσιν ἀκόλουθον θηλυκῷ γένει· Ἄδεμ' ἰδρὼς κακὸς χέεται.* Et deinceps p. 209: *Ἰδρώς· παρ' Αἰολεῦσιν θηλυκῶς λέγεται καὶ κλίνεται τὸ ἰώς.*

Empedocles v. 39:

Καὶ ταῦτ' ἀλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
Ἄλλοτε μὲν Φιλότητι συνερχόμεν' εἰς ἓν ἅπαντα,
Ἄλλοτε δ' αὖ δίχ' ἕκαστα φορεύμενα Νείκεος ἔχθει.
Ἧι δὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον' ἐκτελέθουσιν,
Τῇ μὲν γίγνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
Ἧι δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει,
Ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητα κατὰ κύκλον.

Mirum est neminem animadvertisse, quam scabra sit oratio et praepostera: *ᾗ δὲ πάλιν διαφύντος — τῇ μὲν γίγνονται*: nam dicendum fuit *ᾗ μὲν*. Praeterea vox *πάλιν* indicio est, quaedam alia praecessisse: nihil enim est, quo possit referri. Cum autem hoc sit Empedoclis placitum, omnia in natura rerum esse mutabilia nec interitus expertia, quoniam modo dissipentur ea quae fuerint ante coniuncta, modo consocientur quae diremerit Discordia, aeternam autem eatenus esse rerum naturam quatenus haec vicissitudo sine ulla intermissione secundum ratas firmasque leges iteretur: satis superque apparet versum excidisse. Scripserat Empedocles:

Οὕτως ᾗ μὲν ἓν ἐκ πλεόνων μεμάθηκε φύεσθαι
Ἧι δὲ πάλιν διαφύντος ἑνὸς πλέον ἐκτελέθουσι,
Τῇ μὲν γίνονταί τε καὶ οὔ σφισιν ἔμπεδος αἰών·
Ἧι δὲ διαλλάσσοντα διαμπερὲς οὐδαμὰ λήγει;
Ταύτῃ δ' αἰὲν ἔασιν ἀκίνητον κατὰ κύκλον.

Recte me talem versum inseruisse patet ex v. 100 ubi iidem fere versus repetuntur. Praeterea correxi *ἀκίνητον κατὰ κύκλον*: illa enim vicissitudo firma necessitate rataque lege est constituta.

Gravius etiam corruptus est versus, qui haec excipit:

Ἀλλ' ἄγε μύθων πλῦθι· μέθη γάρ τοι φρένας αὔξει.

Sturzius quidem *μέθη* interpretatur *furorem poeticum*: sed ista

Digitized by Google

significatio verbi neque idoneis exemplis potest comprobari (nam qui loci potuerint quodammodo cum hoc componi, li ita sunt comparati, ut ex instituta sententia ea verbi notio peti possit), neque, si concesserimus Empedoclem aliquid in verbi illius notione novavisse, apta est huic loco. Scripsit poeta:

Ἀλλ᾽ ἄγε μύθων κλῦθι· μάθη γάρ τοι φρένας αὔξει.

Hortatur enim Empedocles ut animo attento exaudiant, quae dicturus sit; iterum enim ea, quae modo dixerat, inculcat; quare ne ista repetitio inutilis videretur, aut taedio afficeret eos, qui legerent, subiunxit illud *μάθη γάρ τοι φρένας αὔξει*. Satis recte autem formavit poeta istud vocabulum *μάθη*: nam uti dicitur *αὔξη* et *αὔξησις*, *ἄνθη* et *ἄνθησις*, *βλάστη* et *βλάστησις*, *καύχη* et *καύχησις*, alia, sic etiam licuit *μάθη* ad eandem normam fingere pro *μάθησις*. Omnem autem dubitationem eximunt verba Clementis Alexandrini, qui in Strom. V. p. 589. C non verbi quidem formam integram, sed sententiam tamen conservavit: *Ἡ μάθησις*, ait, *κατ᾽ Ἐμπεδοκλέα τὰς φρένας αὔξει*. Verbum *αὔξειν* non dissimili ratione usurpavit ipse Empedocles v. 321:

Πρὸς παρεὸν γὰρ μῆτις ἀέξεται ἀνθρώποισιν.

Ea autem quae sequuntur in hoc loco, de quo agimus, ita videntur distinguenda esse:

Ὡς γὰρ καὶ πρὶν ἔειπα, πιφαύσκων πείρατα μύθων,
Δίπλ᾽ ἐρέω· ποτὲ μὲν γὰρ ἓν ηὐξήθη μόνον εἶναι
Ἐκ πλεόνων κτλ.

Ex multis, quae in Empedoclis carminum reliquiis corrupta sunt, paucula quaedam delibabo. Sic in v. 155:

Ἔνθ᾽ οὔτ᾽ ἠελίοιο δεδίττεται ἀγλαὸν εἶδος,
Οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ αἴης λάσιον γένος οὐδὲ θάλασσα,

quid sit *αἴης λάσιον γένος* nemo facile dixerit: neque *ἀγλαὸν εἶδος* scripsisse videtur poeta, sed:

Ἔνθ᾽ οὐδ᾽ ἠελίοιο δεδίττεται ὠκέα αἴγλη,
Οὐδὲ μὲν οὐδ᾽ αἴης λάσιον μένος, οὐδὲ θάλασσα.

Et *ὠκέα αἴγλη* scribendum esse probabiliter coniicias ex ea scriptura, quae est apud Simplicium (Peyron p. 52) *Εὔδημος* (*Ἐμπεδοκλῆς*) *γοῦν τὴν ἀκινησίαν ἐν τῇ τῆς φιλίας ἐπικρατείᾳ κατὰ τὴν σφαῖραν ἐκδέχεται, ἐπειδὰν ἅπαντα συγκριθῇ,*

Ἔνθ᾽ οὔτ᾽ ἠελίοιο διείεται ὠκέα γῆ.

Αἴης autem *μένος* apud Empedoclem eodem modo dictum est, quo apud Parmenidem:

Digitized by Google

Πῶς γαῖα καὶ ἥλιος ἠδὲ σελήνη,
Αἰθήρ τε ξυνὸς γάλα τ' οὐράνιον καὶ ὄλυμπος
Ἔσχατος ἠδ' ἄστρων θερμὸν μένος ὡρμήθησαν
Γίνεσθαι.

Brevissime attingam alia: v. 174 scribendum videtur:

Ἀπεσκίασεν δέ οἱ αὐγὰς
Ἐς γαῖαν καθύπερθεν, ἀπεσκίφωσε δὲ γαίης
Τόσσον, ὅσον τ' εὖρος γλαυκώπιδος ἔπλετο μήνης.

Legebatur: ἀπεσκεύασεν δέ οἱ αὐγὰς ἔστ' (ἐπ') αἶαν κ. — V. 216 scribendum est:

Μεμιγμένα τῇ μὲν ὑπ' ἀνδρῶν,
Τῇ δὲ γυναικοφυῆ, στιβαροῖς ἠσκημένα γυίοις,

non σκιεροῖς, ut vulgo perinepte legitur. Compares v. 237:

Ταὐτὰ τρίχες καὶ φύλλα καὶ οἰωνῶν πτερὰ πυκνά
Καὶ λεπίδες γίνονται ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.

Gravem labem contraxerunt complura in longiore fragmento, ubi poeta de respiratione agit: omissis aliis attingam unum; v. 256 corrigendum est:

Εὖτε δ' ἀναθρώσκει, πάλιν ἐκπνεῖ, ὥςπερ ὅταν παῖς
Κλεψύδραις παίζουσα διιπετέος χαλκοῖο.

Vulgo δι' εὐπετέος vel διευπετέος. At διιπετῆ χαλκὸν dixit Empedocles *pellucidum*.

Corruptissima sunt, quae leguntur v. 324, facile tamen possunt restitui. Scripserat Empedocles:

Στεινωποὶ μὲν γὰρ παλάμαι κατὰ γυῖα κέχυνται,
Πολλὰ δὲ δεινὰ' ἔμπυα, τά τ' ἀμβλύνουσι μερίμνας.

Ἔμπυα substantivi loco dixit *ulcera*. Parum recte constituit Sturzius ea, quae v. 344 leguntur, quae sic refingenda esse arbitror:

Μηδέ σύ γ' εὐδόξοιο βιήσεαι ἄνθεα τιμῆς
Πρὸς θνητῶν ἀνελέσθαι, ἐφ' ᾧ θωὴ πλέον εἰπεῖν.

Egregium illud fragmentum, quod ex Lustrationibus servatum est, sic corrigendum esse censeo:

Ὦ φίλοι, οἳ μέγα ἄστυ κατὰ ζαθέου Ἀκράγαντος
Ναίετ' ἀν' ἄκρα πόλεως, ἀγαθῶν μελεδήμονες ἔργων,
Ξείνων αἰδοίων λιμένες, κακότητος ἄπειροι,
Χαίρετ'· ἐγὼ δ' ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητὸς
Πωλεῦμαι μετὰ πᾶσι τετιμένος, ὥςπερ ἔοικε,
Ταινίαις τε περίστεπτος στέφεσίν τε θαλείοις
Τοῖσιν ἅμ' εὖτ' ἂν ἵκωμαι ἐς ἄστεα τηλεθόωντα,

Digitized by Google

Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξὶ σεβίζομαι· οἱ δ' ἅμ' ἕπονται
Μυρίοι, ἐξερέοντες ὅπη πρὸς κέρδος ἀταρπός,
Οἱ μὲν μαντοσυνέων κεχρημένοι, οἱ δ' ἐπὶ νούσῳ
Ληρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσιν
Παντοίην ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν.

Versu 1 legebatur *κατὰ ξανθοῦ Ἀκράγαντος*, quod recte dicitur de fluvio, non item de monte; scripsi igitur *ζαθέου*. Tertio versu, quem probabiliter inseruit Sturzius, cum legeretur *ξείνων αἰδοῖοι λιμένες*, correxi *ξείνων αἰδοίων*: id enim et instituta sententia et constans sermonis usus requirit. Multa exempla suppeditat Homeri Odyssea, ut est l. VIII. 544: *Εἵνεκα γὰρ ξείνοιο τάδ' αἰδοίοιο τέτυκται*, et IX. 271: *Ζεὺς — Ξείνιος, ὃς ξείνοισιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ*. XIX. 191: *Ξεῖνον γάρ οἱ ἔφασκε φίλον τ' ἔμεν' αἰδοῖόν τε*. ibid. 316: *Ξείνους αἰδοίους ἀποπεμπέμεν ἠδὲ δέχεσθαι*. Similiter *ἱκέται* appellari solent, ut est in Il. XXI. 75: *Ἀντί τοί εἰμ' ἱκέταο, διοτρεφές, αἰδοίοιο*, et Od. VII. 165: *Ὅσθ' ἱκέτῃσιν ἅμ' αἰδοίοισιν ὀπηδεῖ*. Et substantivi quoque loco interdum *αἰδοῖος* in eandem sententiam dicitur, ut in Od. XV. 375 ubi Eumaeus dicit:

Τῶν ἔφαγόν τ' ἔπιόν τε καὶ αἰδοίοισιν ἔδωκα.

Atque id restituendum Theocrito in egregio illo sed corruptissimo carmine in Hieronem v. 24. Ibi enim sententia flagitat, ut scribatur:

Δαιμόνιοι, τί δὲ κέρδος ὁ μυρίος ἔνδοθι χρυσὸς
Κείμενος; οὐχ ἅδε πλούτου φρονέουσιν ὄνασις·
Ἀλλὰ τὸ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τιν δοῦν αἰδοίων.

Δοῦν formam insolentiorem non solum ipsius Theocriti versus in aeolico carmine XXIX. 9:

Πῶς ταῦτ' ἄρμενα, τὸν φιλέοντ' ὀνίαις διδῶν;

sed magis etiam confirmat Phoenix Colophonius, qui apud Athen. l. VIII. p. 360. A. dixit:

Νόμος χορώνῃ χεῖρα δοῦν ἐπαιτούσῃ.

Sed ut ad Empedoclem revertar, in fine huius carminis versum, temere ut videtur omissum, e fuga retraxi. Legebatur: *οἱ δέ τι νούσων παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐήκεα βάξιν*. Sed Clemens Alexandr. Str. VI. p. 630. D. haec respiciens dicit: *Παρακολουθεῖν τε αὐτῷ ἔλεγεν τοὺς μὲν μαντοσυνῶν κεχρημένους, τοὺς δ' ἐπὶ νοῦσον σιδηρὸν δὴ χαλεποῖσι πεπαρμένους*. Scripsi igitur *οἱ δ' ἐπὶ νούσῳ*, deinde versum inserui sic redintegratum:

Digitized by Google

Δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσιν.
Sic fere scripsisse poetam probabiliter colligas ex simillimo exemplo Archilochi apud Stobaeum LXII. p. 397:

Λύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ,
Ἄψυχος, χαλεπῇσι θεῶν ὀδύνῃσιν ἔχητι
Πεπαρμένος δι' ὀστέων.

Adde Apollonium Rh. IV. 1066: *Ἐν δέ οἱ ἦτορ*
Ὀξείῃ εἰλεῖτο πεπαρμένον ἀμφ' ὀδύνῃσιν,
et Orphea de Lapid. XIII. 3:

Πικρῇσιν τότε γυῖα πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσι.

Deinde correxi *παντοίην* et mutato accentu *εὐηκέα*; nam *εὐήκεα* ineptum est: *εὐηκὴς* insolentior forma est pro *εὐακὴς*, sed defenditur simillimo exemplo vocis *δυσηκής*. Ceterum *εὐηκὴς* sensu activo dicitur *is qui bene sanat, medetur*. Adiectivum *δυσηκὴς* restituendum est Empedocli v. 382 pro vulgari *δυσηχής*:

Οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηκέος, οὐκ ἐσορᾶτε
Ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

φόνος δυσηκὴς est caedes, quae aegre expiari potest. Ceterum minore etiam mutatione hic locus ita poterit restitui:

Οἱ δέ τε νούσων
Παντοίων ἐπύθοντο κλύειν εὐηκέα βάξιν,
Δηρὸν δὴ χαλεπῇσι πεπαρμένοι ἀμφ' ὀδύνῃσιν.

Philoxenus Cytherius.

Insignes reliquias carminis, quod inscriptum fuit *δεῖπνον*, servavit Athenaeus, sed longe corruptissimas: homines autem docti aut noluerunt foeda haec ulcera attingere, aut parum scite tractaverunt. Adscribam initium eius particulae, quae legitur apud Athenaeum l. IV. p. 146. F, emendatum et ad numeros revocatum:

Εἰς δ' ἔφερον διπλόοι παῖδες λιπαρῶπα τράπεζαν
Ἄμμ', ἕτεροι δ' ἑτέραν, ἄλλοι δ' ἑτέραν, μέχρι οὗ πλήρωσαν οἶκον·
Ταὶ δὲ πρὸς ὑψιλύχνους ἔστιλβον αὐγάς,
Εὐστεφάνοις λακάναις παροψίσι τ' ὀξυβάφων πλήρεις (πάνυ) σύν τε χλιδῶσαι
Παντοδαποῖσι τέχνας εὑρήμασι πρὸς βιοτάν, ψυχᾶς δελεασματίοισιν.
(Εἶτα δὲ πρόσπολοι ἄμμι) πάρφερον ἐν κανέοις
*μάζας χιονοχρόας ἄλλοι δ' *******

Digitized by Google

Τῷ δ' ἔπι πρῶτα παρῆλθ' οὐ κάκκαβος, ὦ φιλότας, ἀλλ' —.

Multa alia corrupta sunt in sequentibus versibus, quae partim aegre potuerint corrigi, partim nullo labore restituuntur, uti p. 147. B. scribendum est:

Μικρὰ δὲ κακκάβι' ἦς, ἔχοντα τὸ μὲν γαλεοῦ τι Κρανίον —.

Alia particula sic corrigenda videtur:

— Θερμὸς μετὰ ταῦτα παρῆλθεν ἰσοτράπεζος ὅλος νήστης συνόδων
Πυρρός, ἔπειτα βαθμοὺς ἀτμίζων, ἐπὶ τῷ δ' ἐπίπασται
Τευθίδες, ὦ φίλε, καὶ ξανθαὶ μελικαρίδες αἱ κυφαὶ παρῆλθον.

Et p. 147. D:

Εἶτα δίεφθ' ἁκροκώλια, σχελίδας τε μετ' αὐτῶν
Λευκοφορινοχρόους, ῥύγχη, κεφάλαια, ποδός τε χναυμάτι' —.

Ultima denique sic constituenda sunt:

Θερμὰ πολλὰ καὶ μαλακοπτυχέων ἄρτων· ὁμοσύζυγα δὲ ξανθόν τ' ἐπεισῆλθεν μέλι καὶ γάλα σύμπακτον, τό κε τυρὸν ἅπας τις
Ἦμεν ἔφασχ' ἁπαλόν, κηγὼν ἐφάμαν. Ὅτε δ' ἤδη
Βρωτύος ἠδὲ ποτᾶτος ἐς κόρον ἦμεν ἑταῖροι,
Τῆνα μὲν ἐξαπάειρον δμῶες, ἔπειτα δὲ παῖδες νίπτρ' ἔδοσαν κατὰ χειρῶν,
Σμήμασιν ἰρινομίκτοις χλιεροθαλπὲς ὕδωρ ἐπεγχέοντες
*Τόσσον ὅσον τις ἔχρηζ'· ἐκτρίμματα * * * λαμπρὰ*
Σινδονυφῇ δίδοσάν τε χρίματά τ' ἀμβροσίοδμα καὶ στεφάνους ἰοθαλέας.

Digitized by Google

DE CONSILIO

QUOD PLATO IN POLITIAE LIBRIS SECUTUS ESSET INDAGANDO ET ERUENDO

DISSERUIT

AUG. GOTTHILF GERNHARD

PHILOS. DOCT. AA. LL. M. MAGNIDUC. SAX. CONSISTORII CONSILIARIUS, GYMNASII VIMARIENSIS DIRECTOR, SOCIETATIS LATINAE IENENSIS SODALIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quotquot exstant virorum doctorum, quid Platoni in *πολιτείᾳ* propositum fuerit, quaerentium disputationes, illud, quod Cicero Tusc. II. 11, 27. paucissimis verbis significavit: *Recte igitur a Platone educuntur* (poetae) *e civitate, quam finxit ille, cum mores optimos et optimum reipublicae statum exquireret*, mihi non minus quam Schneidero Praefat. ad Plat. civit. p. XI. propter simplicitatem et convenientiam cum ipso opere, quo ethicen simul, ut Schneiderus ait, ac politicen perfectam exhibet, videtur tenendum. A qua simplicitate paullulum deflexerunt ea, quae Stallbaumius *de argumento et consilio librorum Platonis qui de republica inscripti sunt*, p. XXVII. XLI. LIII. et LXXIV. explicatius quam definitius scripsit: „Itaque reiectis eorum sententiis, qui praecipuam quaestionem aut de iustitia aut de republica esse censuerunt, summum operis consilium in eo quaerendum arbitramur, ut universae virtutis, qualis in omni hominum vita, tum domestica tum publica, cerni debeat, imago aliqua proponatur atque species, unde tum vis et natura virtutis tum eius dignitas et praestantia cognoscatur, simulque appareat, quam perversae sint sophistarum de iustitia omnique virtute opiniones.“ Cum Vir D. extremis his verbis sophistarum perversitatem commemorans ad proximam huius dialogi caussam descendisset, vellem etiam alteram et tertiam caussam, qua Plato ad hanc quidem scriptionem moveretur, huic loco (nam aliis locis eiusdem disputationis istas caussas omnes Stallbaumius scite exposuit) adiecisset, pravas civitatium formas intelligo, inprimis Atheniensis, quae toto libro VIII. castigantur, et philosophiam, quae non minus quam iustitiae dignitas ab invidia et contumelia videbatur liberanda, in quam et eorum culpa, qui philosophi solerent appellari, et aliorum nequitia incidisset, qui ad insciti populi voluntatem vellent reipublicae administrationem referri (vid. l. VI. p. 487 — 497.). De verae autem philosophiae studio eiusque vi et usu in administranda civitate et in emendandis moribus ut Plato tam multa inde a l. V. p. 471. D. per totum fere sextum et septimum librum et libri noni partem diceret, iniqua ista sorte philosophiae se

Digitized by Google

permotum fatetur (VII. p. 536. B. et C.). Accedit quod philosophiae fructus excellentissimus, sapientia (*φρόνησις*) [1]), non

---

1) *φρονεῖν* Polit. I. p. 367. C. verbis *ὁρᾶν*, *ἀκούειν* additum significat *cogitare*; *ἡ φρόνησις* mentis actum, cognitionem, in qua Megarici philosophi posuerunt Bonum (VI. 505. B. et C.); eiusque facultatis haec vis est propria, ut, cum sit communis omnium, qua quisque discit (VII p. 518. C. *τὸ ὄργανον, ᾧ καταμανθάνει ἕκαστος*), nisi ad verum et rectum convertatur, noxia fieri possit (VII. p. 518. D. E. *Αἱ μὲν τοίνυν ἄλλαι ἀρεταὶ καλούμεναι ψυχῆς κινδυνεύουσιν ἐγγύς τι εἶναι τῶν τοῦ σώματος· — ἡ δὲ τοῦ φρονῆσαι (ἀρετή) παντὸς μᾶλλον θειοτέρου τινὸς τυγχάνει, ὡς ἔοικεν, οὔσα, ᾧ τὴν μὲν δύναμιν οὐδέποτε ἀπόλλυσιν, ὑπὸ δὲ τῆς περιαγωγῆς χρήσιμόν τε καὶ ὠφέλιμον καὶ ἄχρηστον αὖ καὶ βλαβερὸν γίγνεται.*). Quare *φρόνησις*, prudentia, IV. p. 433. B. in numero virtutum ponitur eo loco, quem *ἡ σοφία* solet obtinere (*σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως*), si comparas ibid. D. *τῇ τε σοφίᾳ καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ*. Quamquam non ipsa civitas dicitur *φρόνιμος*, ut *σοφή* IV. p. 428. E., sed *φρόνησις* est propria eorum, qui prudenter regunt civitatem, ut p. 433. C. *ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα*: quod praestantiae genus quomodo ab iis, qui dialecticae operam dederunt, expromatur, cum aliis locis, tum VII. p. 540. A. B. apparet. Nam inprimis philosophus dicitur *φρονεῖν*, h. e. rerum *οὐσίαν* cogitando exquirere, et ipse *φρόνιμος*: IX. p. 583. A. *πῶς γοῦν ἐπαινέτης ὢν ἐπαινεῖ τὸν ἑαυτοῦ βίον ὁ φρόνιμος* coll. 582. B. *Ἀνάγκη, ἔφη, ἃ ἅ φιλόσοφός τε καὶ φιλόλογος ἐπαινεῖ, ἀληθέστατα εἶναι.* Idemque de voluptate optime iudicat 582. C. *τῆς δὲ τοῦ ὄντος θέας, οἷαν ἡδονὴν ἔχει, ἀδύνατον ἄλλῳ γεγεῦσθαι πλὴν τῷ φιλοσόφῳ*: utitur enim peritia (*ἐμπειρίᾳ*), veri cognitione (*φρονήσει*), ratione (*λόγῳ*). E quibus *ἡ φρόνησις* voluptatem veram monstrat, IX. 586. D. *ἃς* (*ἡδονάς*) *ἂν τὸ φρόνιμον ἐξηγῆται*, ut de *λόγῳ* 582. D. dicitur: *Διὰ λόγων που ἔφαμεν δεῖν κρίνεσθαι.* Atque dulcissima et verissima voluptas est *ἡ ἀπὸ τοῦ φρονεῖν* 582. C. Et ut philosophus est *φρόνιμος* l. c., ita 590. D. *βέλτιστος*, qui habet in sese *τὸ θεῖον ἄρχον — ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι.* Est enim intelligendum Boni cognoscendi studium, quod fit totius animi et cogitationis ad id conversione VII. 519. B. *εἰ ἐκ παιδὸς εὐθὺς κοπτόμενον περιεκόπη τὰ τῆς γενέσεως ξυγγενῆ ὥσπερ μολυβδίδας, αἳ — περὶ τὰ κάτω στρέφουσι τὴν τῆς ψυχῆς ὄψιν· ὧν εἰ ἀπαλλαγὲν περιεστρέφετο εἰς τἀληθῆ* etc. Quare haec acerrima mentis vis et summa intelligentia, tamquam studiorum fastigium, cum temperantia et iustitia IX. 591. B. et X. 621. C. extremo hoc opere cum iustitia, quae omnem antionem praestat, consociatur, ubi *τῆς ἄνω*, inquit, *ὁδοῦ ἀεὶ ἐξόμεθα καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν.* Latine vero vix suppetit unum si quaeris ad indicandam veri et Boni cognitionem vocabulum praeter *sapientiam*, qua *ἡ φρόνησις* possit exprimi. Nam *prudentia* e rerum humanarum usu et peritia petitur et appel-

Digitized by Google

est cum vulgari rerum externarum scientia, quae in varia opificum arte expromitur, neque cum reipublicae bene administrandae peritia, quae (IV. p. 428. B. D. E.) *σοφία* appellatur, confundenda, sed in summa Boni specie cognoscenda posita est, quae iustitiae reliquisque virtutibus utilitatem prosperumque effectum praestat (VI. p. 505. A.), nec potest, ut illae, e doctrina et institutione magistri percipi, sed totius animi sua cuiusque conversione (VII. p. 518. C. et D.) ad veritatis lucem splendidissimam (*τἀγαθόν*) dialecticae potissimum artis usu paritur (VII. p. 540. A.). Etenim iustitia (*δικαιοσύνη*), in qua est fundamentum reipublicae, id postulat et efficit, quo ordo, securitas, concordia civitatis servatur, ut tres civium ordines, quos Plato constituit, opifices, custodes, principes, suo quisque munere fungantur nec aliena tractent (*τὸ τὰ ἑαυτοῦ πράττειν καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν*, IV. p. 433. A. et 434. C.): et in hominis animo, ut, cum quaeque animi pars (*τὸ ἐπιθυμητικόν, τὸ θυμοειδές, τὸ λογιστικόν*) sua perficiat et cui debet pareat, concentus fiat partium. Eademque iustitia reliquis virtutibus, prudentiae (*σοφίᾳ*), fortitudini (*ἀνδρείᾳ*), temperantiae (*σωφροσύνῃ*), qua praeditus animus p. 443. D. et E. egregie describitur, vim tribuit (p. 433. B.), ut nasci possint et, si natae sint, quamdiu ipsa in animis et in civitate sit, serventur [2]). Atque

latur *σοφία*, quae per se (I. p. 350. B.) cum honestate coniuncta est. *φρόνησις* autem ea, quam Plato ut in Phaedone p. 65. A. seqq. sic in altera huius dialogi parte intelligit, amplior est quaedam et in divini Boni intuitione vel intelligentia posita. Longum erat h. l. enarrare, quomodo haec vocabula ab aliis scriptoribus definirentur. Cf. quae Beierus ad Cicer. Offic. I, 43, 153. et in Excursu IX. ad cap. V. disputavit.

2) Vid. IV. p. 433. B. ubi quarta virtus (iustitia) constituenda est: *Δοκεῖ μοι*, ἦν δ' ἐγώ, *τὸ ὑπόλοιπον ἐν τῇ πόλει ὧν ἐσκήμεθα, σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας καὶ φρονήσεως, τοῦτο εἶναι, ὃ πᾶσιν ἐκείνοις τὴν δύναμιν παρέσχεν, ὥστε ἐγγενέσθαι, καὶ ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν, ἐωσπερ ἂν ἐνῇ.* Stallbaumius postrema sic explicat: „quippe qua una efficiatur, ut istae virtutes possint esse efficaces ac salutiferae.“ At, si cum Stallbaumio ista verba, lectione *ἐγγιγνόμενά* repudiata, tenueris, *σωτηρία* non est civitatis, sed *τῶν ἐγγενομένων* h. e. virtutum, ut ipsae conserventur, quamdiu iustitia in civitate servatur; qua sublata illae intereunt, ut paullo post dicit: *Ἀλλὰ μέντοι*, ἦν δ' ἐγώ, *εἰ δέοι γε κρῖναι τί τὴν πόλιν ἡμῖν τούτων μάλιστα ἀγαθὴν ἀπεργάσεται ἐγγενόμενον, διακριτὸν ἂν εἴη, πότερον ἡ ὁμοδοξία — — ἢ ἡ περὶ δεινῶν τε καὶ μή, ἅττα ἔστι, δόξης ἐννόμου σωτηρία*

Digitized by Google

cum civium multitudine praeclare agitur, iisque contenti erimus, si colunt iustitiam, quacum illae virtutes sunt coniunctae (V. p. 472. C. comp. VII. 472. D. et X. 619. C. ἔθει ἄνευ φιλοσοφίας ἀρετῆς μετειληφότα). Cultior vero is, qui regit civitatem sive unus sive plures, eo progressus esse debet, ut habeat δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως. Cui opponuntur IX. 585. E. οἱ φρονήσεως καὶ ἀρετῆς ἄπειροι, quorum mores insequentibus verbis castigantur. Is vero, qui est φρόνιμος, idem est vere musicus (IX. 591. B. et D.) seu philosophus, qui quod internum h. e. suam in sese civitatem optime regit, aptissimus est ad regendam rempublicam. In tali enim viro summa illa virtutis species cernitur, ad quam quisque natura bene constitutus debet eniti.

Quae cum ita sint, nescio an iustitia cum sapientia, quam extremo libro X. p. 621. C. utramque, intelligendi alteram, alteram agendi praestantiam, maxime expetendam esse existimat, in accuratiore consilii, quod Plato in his libris secutus sit, descriptione rectius constituatur, quam unum illud, quod veteres quidam interpretes censuerunt, perfectam civitatem excogitandi periculum, vel iustitia, quam Morgensternius tuetur [3]),

(constantia) ἐν τοῖς στρατιώταις ἐγγενομένη, ἣ ἡ ἐν τοῖς ἄρχουσι φρόνησίς τε καὶ φυλακὴ ἐνοῦσα, ἣ τοῦτο μάλιστα ἀγαθὴν αὐτὴν (τὴν πόλιν) ποιεῖ ἑνὸν καὶ ἐν παιδὶ καὶ ἐν etc. Impeditior est structura verbi παρέχειν quod, quamquam ὥςτε ἐγγενέσθαι interpositum est, si ἐγγενομένοις γε σωτηρίαν παρέχειν legitur, e δοκεῖ videri debet suspensum. Sed quoniam propter Codicum auctoritatem non licet diutius de veritate lectionis ἐγγενομένοις dubitare, si faciliorem voles structuram evadere, cum Astio in comm. tertia ed. παρέχειν delendum censebis. Pertinet enim haec altera pars potentiae, quam iustitiae tribuendam verbis τοῦτο εἶναι, ὃ describere coepit, non minus, quam prior τὴν δύναμιν παρέσχεν ὥςτε ἐγγενέσθαι, ad hanc descriptionis formam. Neque videri possunt interposita ὥςτε ἐγγενέσθαι alterius infinitivi καὶ — παρέχειν, e primario verbo δοκεῖ suspensi, usum excusare, sed potius prohibere.

3) Morgensternius in Commentationibus de Plat. Rep. p. 51. seq. iustitiam interpretatur „virtutem universe.“ Quare his libris illud maxime dicit agi, „ut virtutis natura declaretur, qualis sit, tum per se, tum felicitatis, quae inde oriatur, ratione habita; et vitiositatis contra natura, quomodo ad virtutem illa se habeat, sive ipsam spectes per se, sive miseriam simul cum ea coniunctam.“ At quamquam Socrates adversus Thrasymachum I. p. 351. A. dixerat: εἴπερ σοφία τε καὶ ἀρετή ἐστι δικαιοσύνη, et p. 353. E. Οὐκοῦν ἀρετὴν

Digitized by Google

vel honestae vitae utilitas, quam Schleiermacherus dixit *die Föderlichkeit eines gerechten und sittlichen Lebens* [4]), vel ex Stallbaumii sententia, quam supra commemoravi, „imago perfectae et consummatae virtutis humanae, qualis tum in ipsis hominum singulorum animis, tum in civili societate inesse deberet.“ Quam virtutis speciem, vel *optimos mores*, quos Cicero l. l. propter poetarum potissimum noxam dicit, *et optimum reipublicae statum* si placet paullo magis definire, id adiiciendum esse putem, quod Platonis proprium est. Quod triplici modo fieri videtur posse, prouti aut a totius dialogi caussa profectus initio propositam quaestionem, ex qua deinde (V. p. 471. C.) nata altera est, tenueris, aut sermonis cursum sequaris, aut divini Platonis animo insidentem civitatis speciem delineatam admireris et philosophos non modo morum et vitae magistros, sed in civitate regnantes. Quodsi eam quaestionem spectas, quam Socrates ad controversiam de iustitia dirimendam ab amicis rogatus in se suscepit, nec negligis alteram, cum dicere iuberetur, qui civitas, quam iustam eandemque felicem finxisset, in lucem venire posset, ex omni sermone colligitur: Iustitiam, principem virtutum, veram et hominis et reipublicae dignitatem felicitatemque efficere et ita in lucem proferre posse, si imperii sociam habuerit sapientiam h. e. boni cognitionem, *φρόνησιν*. Sin e dialogi forma et sermonis cursu argumentum exquirere volueris, Socratem repereris, ut iustitiam investigandam in civitatis simulacro (*παραδείγματι*) monstraret, haec duo explicuisse, quorum primum est: qui esset optimus et hominis et civitatis status; alterum hoc est: eo pacto talem civitatem posse nasci, si philosophi regnent, aut reges philosophentur. Ubi vero, praetermissa sermonis forma et cursu, scriptoris

---

μὲν ξυνεχωρήσαμεν ψυχῆς εἶναι δικαιοσύνην, κακίαν δὲ ἀδικίαν; tamen ipsius disquisitionis, quae quattuor virtutes distinguit, ratio spectanda est et praeter multos alios locos IV. p. 433. D. *Ἐνάμιλλον ἄρα, ὡς ἔοικε πρὸς ἀρετὴν πόλεως τῇ τε σοφίᾳ αὐτῆς καὶ τῇ σωφροσύνῃ καὶ τῇ ἀνδρείᾳ ἢ τοῦ ἕκαστον ἐν αὐτῇ τὰ αὑτοῦ πράττειν δύναμις.* Iustitia enim omnem actionem complexa plurimum confert ad virtutem. Cf. IV. p. 444. D. et E. *Ἀρετὴ — ὑγιεινά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς* etc.

4) Vid. Stallbaumii Praefat. p. XXIII. qui Schleiermacheri Praefat. ad Remp. p. 63. laudavit et totum locum, quo haec pertinent, exscripsit.

Digitized by Google

sententiam perpetuari et ex utraque illa quaestione ad paucissima verba revocare cupias, equidem dixerim, Platonem in πολιτείᾳ efficere velle: *Optimum felicissimumque et hominis et reipublicae statum eum esse, in quo, omnibus partibus fortiter ac prudenter ad ordinem et concentum compositis, iustitia cum sapientia* (δικαιοσύνη μετὰ φρονήσεως) *regnet.* Ita nulla totius operis pars necessaria videtur desiderari. Nam iniustitia propter oppositionem, et ut iusti viri iustaeque civitatis felicitas appareat, describitur. Sed quae iure sapientiam (φρόνησιν) iustitiae comitem addiderim, id si minus superiore argumentatione declaratum fuerit, ex ipsius dialogi descriptione elucebit. Quam sic instituere volui, ut adhibita cautione, ne qui haec legerent rerum in singulorum librorum argumento commemorandarum multitudine obruerentur, ex ipso maximarum rerum ordine totius sermonis ratio facile posset perspici et id ostenderetur, cuius caussa haec sunt disputata.

Opportunitatem dicendi Plato Socrati praebuit, cum Thrasymachum sophistam libro I. inprimis p. 338. C. 343. C. et 344. ea loquentem induceret, quae Socrates l. II. p. 367. C. his verbis colligit: ὅτι τὸ μὲν δίκαιον ἀλλότριον ἀγαθόν [5]), ξυμφέρον τοῦ κρείττονος, τὸ δὲ ἄδικον αὐτῷ μὲν ξυμφέρον καὶ λυσιτελοῦν, τῷ δὲ ἥττονι ἀξύμφορον. Ex qua sententia natam controversiam sic Socrates dirimendam in se suscepit, ut quaereret II. p. 368. C. τί τ' ἐστὶν ἑκάτερον (δικαιοσύνη τε καὶ ἀδικία) καὶ περὶ τῆς ὠφελείας αὐτοῖν τἀληθὲς ποτέρως ἔχει. Quaeritur igitur inde a II. p. 368. C. usque ad IV. p. 444. E. quae vis et natura sit iustitiae et iniustitiae; tum utrum prosit iustum virum esse, an iniustum, sive lateat, sive non lateat, IV. p. 445. A — E. Plura, quae huc pertinent, octavo demum libro adiiciuntur de pravis formis civitatium, hisque similibus hominum ingeniis. Huius pravitatis origo pravorumque inprimis tyrannorum et tyrannidis miseria, hoc demum loco usque ad IX. p. 580. C. exposita, facilius quanta

---

5) *Ἀλλότριον ἀγαθόν, bonum alienum*, non est, ut Stallbaumius ad I. p. 343. C. interpretatur, „per alios acquisitum," sed res, quae bonum est h. e. prodest non, ut pecunia, possessori, sed alii, scil. ut lana ovis, domino possessoris. Iustus igitur, sic Thrasymachus statuit, qui servit potentiori, ex sua iustitia non ipse capit fructum, sed damnum: potentiori prodest alterius iustitia.

Digitized by Google

sit intelligitur, postquam cognitum est quam felix esset iusta civitas, ubi philosophi regnarent.

Quamquam videri poterat iustitiae vis et natura in hominis animo quaerenda esse, unde ad civitatem posset transferri, satius tamen summus intelligendi et dicendi magister habuit tamquam in tabula maiore, magis ea quidem conspicua et ad intelligendum aptiore, primum civitatis perfectae imaginem inde ab eius primordiis fingere. Quam civitatem II. p. 369. A. usque ad IV. p. 427. C. sic condidit, ut opificum ordini publicae securitatis custodes adderet. De quorum delectu et ad gravissimum munus institutione inde a II. p. 375. E. [6]) usque ad III. p. 412. A. disseritur. Socrates vult animi eruditionem per musicam effici, ut narrationibus, orationibus, simplicitate morum et carminum praeter pietatem pueris instillandam *οἱ φύλακες θεοσεβεῖς τε καὶ θεῖοι* evadant (II. p. 383. C.), in animo temperantiae, fortitudinis, generositatis, magnanimitatis concentus fiat (III. p. 402. C.) et pulcri amor excitetur; gymnasticam vero qui cum musica coniunxerit, *τοῦτον*, inquit p. 412. A., *ὀρθότατ' ἂν φαῖμεν εἶναι τελέως μουσικώτατον καὶ εὐαρμοστότατον, πολὺ μᾶλλον ἢ τὸν τὰς χορδὰς ἀλλήλαις ξυνιστάντα* [7]). E custodibus vero, ut tertium constituat ordinem eorum quibus imperantibus reliqui pareant, seniores eosque vult imperio dignos haberi, qui per totam vitam id, quod

---

6) Lib. II. p. 375 E. Socrates postulat, ut ad custodis fortitudinem (*τὸ θυμοειδές*) accedat id, ut sit *φιλόσοφος τὴν φύσιν*, h. e. discendi cupidus. Cf. p. 376. B. *τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταὐτόν*, quod nutritur per musicae studium et exercitationem. Pluribus id expositum videbis III. p. 411. D. et E. Ab his philosophiae initiis progressus V. 475. B. dicit: *τὸν φιλόσοφον σοφίας φήσομεν ἐπιθυμητὴν εἶναι.* Neque ad Boni cognitionem sufficit musica VII. p. 522. A. *κατά τε ἁρμονίαν εὐαρμοστίαν τινά, οὐκ ἐπιστήμην παραδιδοῦσα.* Deinde VIII. p. 548. B. commemorantur *ὑπὸ βίας πεπαιδευμένοι διὰ τὸ τῆς ἀληθινῆς Μούσης* (quam recte defendit Stallbaumius adversus Heindorfii et Astii coniecturam *μουσικῆς*, quae vox statim sequitur. Adde quod Plato X. p. 607. A. *τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν*, illi contrariam, commemorat.) *τῆς μετὰ λόγων τε καὶ φιλοσοφίας ἡμελημένοι καὶ πρεσβυτέρως γυμναστικὴν μουσικῆς τετιμημένοι.* Denique IX. p. 591. D. *τῇ ἀληθείᾳ μουσικός* futurus esse dicitur, qui est *ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἁρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα ξυμφωνίας ἁρμοττόμενος.* Cf. Heindorfium ad Phaed. p. 61. c. 12. *ὡς φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς.*

7) Vid. not. 6.

Digitized by Google

maxime salutare civitati duxerint, videantur studiosissime observare et omnibus, quae puerilis, iuvenilis, virilis aetas fert, periculis sint spectati (p. 414. A.). Sed hunc τῶν ἀρχόντων delectum paucis tantum nunc adumbravit [8]) propterea, quod in altera demum parte dialogi exquisitiori principum et naturae et institutioni pateret ex philosophia locus amplior. Ad quem sexti libri locum antequam transgrediatur, nunc quidem, extremo tertio libro, addit quae ad civium concordiam negotiorumque distribuendorum curam pertinent, quae hoc erit iustior, si ingeniorum diversitas spectatur, cum deus aurum aut argentum aut ferrum cuique, dum nasceretur, admiscuerit (III. p. 415. A.). Habent igitur praestantiores animi divinum aurum et argentum, ut humano facile possint carere et ita quisque felicissimus sit, si suam salutem in civitatis concordia et iustitia posuerit (IV. p. 420. B.).

Eiusmodi igitur civitas erit bona, quod est prudens, fortis, temperans et iusta. E quibus virtutibus prudentia (σοφία) est τῶν ἀρχόντων propria (p. 428. D.), ut videant quid utile sit reipublicae; fortitudo, quae qualis sit p. 429. B. usque ad 430. C. et p. 440. E. intelligitur, eius est partis civium, quae securitatem reip. tuetur; temperantia, omnium civium communis, in imperantium et obedientium consensu (ὁμονοίᾳ p. 432. A.) cernitur; nec minus late patet iustitia, qua quisque suo opere fungitur, nec aliena curat vel appetit: quae virtus quod non servata totam civitatem pessumdat, inter reliquas virtutes principatum obtinet (p. 433. D. usque ad 435. A.) easque sui nominis amplitudine complectitur. Eaedemque virtutes in hominis animo esse debent, cuius tres partes distinguuntur civium ordinibus similes, τὸ ἐπιθυμητικὸν τῷ χρηματιστικῷ in civitate simile; τὸ θυμοειδὲς τῷ ἐπικουρικῷ; τὸ λογιστικὸν τῷ φυλακικῷ. Imperat igitur τὸ λογιστικὸν auxiliante τῷ θυμοειδεῖ in coercendis cupiditatibus: eodemque modo in civitate illae virtutes coniunctae partium animi concentum efficiunt, ita tamen, ut prudentia (σοφία) honestam omnem actionem, quam iustitia praestat et conservat, rerum, quae cuique parti et toti

8) Vid. III. p. 414. A. *Τοιαύτη τις, ἦν δ' ἐγώ, δοκεῖ μοι, ὦ Γλαύκων, ἡ ἐκλογὴ εἶναι καὶ κατάστασις τῶν ἀρχόντων τε καὶ φυλάκων, ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας, εἰρῆσθαι.*

Digitized by Google

animo prosint, scientia gubernet [9]). Atque ut iniustitia bonum animi statum dissolvit, ita inscitia (*ἀμαθία*) opinionem sequitur ad iniustitiam, ubi quae parere debent imperare conantur. Quemadmodum autem ex honestis studiis, quae dicit Plato *τὰ καλὰ ἐπιτηδεύματα*, virtus (*ἀρετή*) (IV. p. 444. D. et E.) efflorescit, quae *ὑγίειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς*, ita *τὰ αἰσχρά* ducunt ad pravitatem (*κακίαν*), quae est *νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια*.

Hac facta comparatione, alteram caussae initio propositae partem de utilitate iustitiae et iniustitiae extremo libro IV. paucis attingit, quandoquidem ex concordia civium intelligi potuit, iustae civitatis instituta esse salutaria, pestiferam iniustae discordiam et seditionem. Quae concordia etiam communes custodum mulieres (nam optimae puellae non minus quam iuvenes gymnastica et musica eruditae magistratus munere ornantur) et liberos continebit separato loco a reliquorum civium commercio militari disciplina educandos. Ita custodibus nihil ad vitae felicitatem deesse videbitur, praesertim cum etiam mutuo amore inter se coniungantur et a ceteris civibus nutriti de publico alantur, nullamque inter se habeant forensis controversiae caussam, seniorum reverentia, pudore et metu ab omni petulantia prohibiti (V. p. 449. — 471. C.).

Haec igitur forma est reipublicae tanto Platonis artificio conditae, ut primariae quaestioni de iustitiae, quam Socrates et in civitate perfecta et in hominis animo inesse posse docuerat, natura et utilitate videri posset satisfactum. Restabat id, quod fortuito habiti sermonis principio ne potuerat quidem promittere, cum novae civitatis, in qua iustitiae originem et vim ostenderet, condendae periculum subiret, confecta igitur iustae civitatis descriptione restat, ut quaeratur, an talis respublica revera esse et quomodo fieri possit, ut inter homines constituatur. Quod ut declaret, progreditur Plato ad *alteram* huius dialogi partem, eamque maiorem, inde a V. p. 471. D. usque ad libri X. finem. In qua disputatione eo pacto censet praesentia civitatium mala

---

9) IV. p. 443. E. extr. Iustum virum Plato dicit *ἐν πᾶσι τούτοις* (quibus contineri voluit iustitiam) *ἡγούμενον καὶ ὀνομάζοντα δικαίαν μὲν καὶ καλὴν πρᾶξιν, ἣ ἂν ταύτην τὴν ἕξιν σώζῃ τε καὶ ξυναπεργάζηται, σοφίαν δὲ τὴν ἐπιστατοῦσαν ταύτῃ τῇ πράξει ἐπιστήμην, ἄδικον δὲ πρᾶξιν, ἣ ἐν ἀεὶ ταύτην λύῃ, ἀμαθίαν δὲ τὴν ταύτῃ αὖ ἐπιστατοῦσαν δόξαν.*

Digitized by Google

levari, vel perfectam civitatem, qualem finxerit, sive unus sive plures [10]) imperent, nasci posse et servari, si philosophi regnent aut reges fiant philosophi (V. 471. D. E.). Quae sententia tanta est, ut servatis superioribus institutis ex philosophiae gravitate et dignitate novam et excelsiorem speciem non totius civitatis, sed eorum praebeat, qui praesunt reipublicae: qui ita demum, si philosophia imbuti fuerint, imperio habendi sunt dignissimi (V. 473. D.). Et quoniam civitatis et animi humani eadem est conditio (IV. 441. C.), magistratuum excellentior species pari modo atque ea, quae de iustitia civitatis dixerat, referri debet ad hominis cuiusque praestantiam, quae ex philosophiae studio ducitur.

Sed totum hunc philosophiae cursum scriptor in duo perfectionis gradus vel duo quasi stadia divisit, quorum *prius* ea continet, quae usque ad VI. p. 504. B. leguntur. Quoniam autem tam perversa in vulgus est philosophi notio et existimatio, primum intelligit eum, qui sapientiam omnem, non hanc vel illam eius partem, amat (V. p. 475. B.), qui discendi cupidus est et, ut accuratius discat, veri cognoscendi studiosus. Tales vero philosophi, quod non speciem rerum admirantur, sed ipsum pulcrum, quale sit per se, possunt intueri, pauci sunt (V. p. 476.). Tum distinguit scientiam (*ἐπιστήμην*) ab ignorantia; medio loco ponit opinionem (*δόξαν*), quae est eorum, qui pulcra et iusta multa vident, ipsum autem iustum et pulcrum non intuentur, neque, si quis docere velit, intelligunt, qui non sunt *φιλόσοφοι*, sed *φιλόδοξοι*: eosque Socrates repudiat, ubi eligendi sint civitatis principes. Quos III. p. 412. D. eos dixerat esse oportere, qui scirent quid utile esset civitati, iidemque leges, inprimis musicae disciplinae, quibus mutatis omnis civitas pessumdaretur (IV. 424. C.), diligentissime servarent et tuerentur, ut VI. 484. B. ait, *δυνατοὶ φυλάξαι νόμους τε καὶ ἐπιτηδεύματα πόλεων.* Propterea nunc, in altera parte dialogi, civitatis rectores, ut iidem philosophi evadant, vult esse veritatis amantes, temperantes et moderatos, qui mi-

10) Vid. IV. p. 445. D. *ἐγγενομένου μὲν γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἐν τοῖς ἄρχουσι διαφέροντος βασιλεία ἂν κληθείη, πλειόνων δὲ ἀριστοκρατία.* — *Τοῦτο μὲν τοίνυν — ἓν εἶδος λέγω· οὔτε γὰρ ἂν πλείους οὔτε εἷς ἐγγενόμενος κινήσειεν ἄν τι τῶν ἀξίων λόγου νόμων τῆς πόλεως, τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ χρησάμενος, ᾗ διήλθομεν.*

Digitized by Google

nutas res contemnant, generosos, fortes, iustos et aequos, dociles, non asperis moribus, sed suaves et iucundos, usque ad p. 487. A., ubi Socrates haec omnia colligit. Ab hac veri philosophi imagine, qua omnia continentur, quae ei sunt necessaria, qui velit rerum accuratam et veram scientiam sibi comparare (p. 486. C.), alieni sunt plerique, qui appellantur philosophi, fatui illi et ad rempublicam gubernandam inutiles. Quorum vitia vitiorumque caussae cum periculis, quibus bona ingenia exposita sunt, enumerantur, ut mirum non sit, paucos tantum a communi pravitate liberos ad philosophiae studium adduci: hos vero malle otio frui, quam reipublicae praeesse.

Ne igitur philosophiae studium exstinguatur (VI. 497. D.) et ut sint exactissimi custodes philosophi (VI. 503. B.), non satis est ea ratione uti institutionis, quam libro III. descripsit, ut, si musica et gymnastica sint exercitati, eorum virtus laboris, timoris et voluptatis periculis exploretur; neque sufficit, quid iustum et pulcrum per se sit, ubique cognoscere: sed ampliore via [11]) progrediendum est in philosophiae studio (cuius *alterum* stadium nunc paucis describendum est), ut ad id optimus civitatis ac legum custos perveniat, quod summum est et ipsa iustitia maius, ad *Boni* speciem intuendam. Nam *ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα μέγιστον μάθημα, ᾗ καὶ δίκαια καὶ τἆλλα προσχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται* (VI. p. 505. A.).

Hoc igitur Platonis iudicio illud est, sine quo neque reliquarum rerum cognitio quidquam iuvat, neque custos idoneus

11) Cum *περὶ ψυχῆς* IV. 435. C. et D. dicendum esset, popularem Socrates maluit viam (*τῶν γε προειρημένων τε καὶ προεσκεμμένων ἀξίως*) sequi, quam eam, quae esset *μακροτέρα καὶ πλείων ὁδὸς ἣ ἐπὶ τοῦτο ἄγουσα*, quae nunc est ingredienda. Idem cum de delectu principum (vid. not. 8.) tertio loco perfunctorie dixisset, et VI. p. 484. A. adumbrata philosophi imagine *τὸ ἐξῆς*, quae statim inde consequerentur, addidisset sic tamen ut (VI. 504. B.) *ἐρρήθη τὰ τότε τῆς μὲν ἀκριβείας, ὡς ἐμοὶ ἐφαίνετο, ἐλλιπῆ*; nunc p. 504. D. constituit longiorem viam docere, quam civitatis custodem sequi oporteat, *Τὴν μακροτέραν τοίνυν — περιτέον τῷ τοιούτῳ* (scil. *φύλακι πόλεώς τε καὶ νόμων*) *καὶ οὐχ ἧττον μανθάνοντι πονητέον ἢ γυμναζομένῳ· ᾗ, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, τοῦ μεγίστου τε καὶ μάλιστα προσήκοντος μαθήματος ἐπὶ τέλος οὔπω ἥξει. Οὐ γὰρ ταῦτα, ἔφη* (Adimantus), *μέγιστα, ἀλλ' ἔτι τι μεῖζον δικαιοσύνης τε καὶ ὧν διήλθομεν; Καὶ μεῖζον, ἦν δ' ἐγώ· καὶ αὐτῶν τούτων οὐχ ὑπογραφὴν δεῖ ὥσπερ νῦν θεάσασθαι, ἀλλὰ τὴν τελεωτάτην ἀπεργασίαν μὴ παριέναι.*

Digitized by Google

erit reipublicae, nisi sciat ea, quae iusta et bona dicuntur, quatenus sint iusta et bona [12]). Bonum autem ipsum solis instar, quo res sensibus subiectae illustrantur et aluntur, nascuntur et crescunt, non modo rebus ipsis, quae cognoscuntur, veritatem tribuit, sed etiam menti facultatem affert verum cognoscendi (VI. 508. E.): idemque Bonum efficit, ut res cognoscantur, quin etiam ut sint, cum ipsum Bonum *οὐσίᾳ* exemptum sit (p. 509. B.). Tum puras ideas extremo libro VI., ut cognitionis gradus constituat, distinguit ab iis, quae habent formas admixtas, eas quidem sensibus subiectas: puras intuemur intellectu (*νοήσει*), earum imagines *διανοίᾳ* cognoscimus; res sensibus subiectas *πίστει*, imagines coniectura (*εἰκασίᾳ*) percipimus. Et quoniam *τὸ ἀγαθόν* cum sole comparaverat, plerique vero homines, opinione contenti, aut veritatis, tamquam solis, lucem ferre nequeunt, aut umbras rerum pro ipsis rebus accipiunt, praeter istos cognitionis gradus extremo l. VI. constitutos Plato VII. libro ineunte antri subterranei imagine hominum ignorantiam describit, qui ab aditu aversi atque vincti non nisi a tergo affusum igneum splendorem non ipsum, sed rerum et hominum praetereuntium umbras vident, et si quis vinculis solutis suspiciat, propter oculorum dolorem ex lucis splendore conceptum ad rerum simulacra redibit, donec longiore exercitatione repercussas in aquis rerum imagines, denique ipsum solem adspiciet, multumque eum contemplatus intelliget, a sole omnes res illustrari et foveri, ut vigeant et maturescant. Si quis igitur ad veri cognitionem a tenebris liberam pervenerit, et ausus fuerit ad antrum redire eosque, quorum miseriam deplorat, meliora docere, ridebitur et pro stulto habebitur.

In hac praeclara imagine, quam ipse scriptor VII. p. 517. B. et C. [13]) interpretatur, totius huius de philosophiae studio

---

12) Lib. VI. p. 506. A. *Οἶμαι γοῦν, εἶπον, δίκαιά τε καὶ καλὰ ἀγνοούμενα, ὅπῃ ποτὲ ἀγαθά ἐστιν, οὐ πολλοῦ τινος ἄξιον φύλακα κεκτῆσθαι ἂν ἑαυτῷ τὸν τοῦτο ἀγνοοῦντα.*

13) Lib. VII. p. 517. B. *Ταύτην τοίνυν — τὴν εἰκόνα — προσαπτέον ἅπασαν τοῖς ἔμπροσθεν λεγομένοις, τὴν μὲν δι' ὄψεως φαινομένην ἕδραν τῇ τοῦ δεσμωτηρίου οἰκήσει ἀφομοιοῦντα· — τὴν δὲ ἄνω ἀνάβασιν καὶ θέαν τῶν ἄνω τὴν εἰς τὸν νοητὸν τόπον τῆς ψυχῆς ἄνοδον τιθεὶς οὐχ ἁμαρτήσει τῆς γ' ἐμῆς ἐλπίδος — — τὰ δ' οὖν ἐμοὶ φαινόμενα οὕτω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταίᾳ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ*

Digitized by Google

disputationis pars altera latet adumbrata, quam dixi esse in Boni cognitione, utpote excellentiore et ad rempublicam recte gubernandam maxime necessaria. Distinguitur autem l. l. ab universo adspectabili (*τῷ ὁρατῷ*), in quo suprema Boni idea, tamquam rerum rectarum et pulcrarum caussa, vim suam exprimit, *τὸ νοητόν*, in quo haec idea regnat, ut qui a fluxarum et terrestrium rerum varietate tota mente ad Boni ideam intuendam conversus ipsam conspexerit, is demum possit res privatas et publicas sapienter gerere (*ἐμφρόνως πράττειν ἢ ἰδίᾳ ἢ δημοσίᾳ*). Quamquam qui eam conspexerit, res humanas contemnens, ad suprema illa cognoscenda perpetuo ducitur. Neque quisquam hanc Boni cognoscendi aciem iis, in quibus non natura inest, docendo instillare potest, sed eadem facultas, qua quisque discit, totiusque animi debet a rebus humanis adverti cogitatio, donec splendidissimam lucem ideae ferre possit (VII. p. 518. C. *ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τοῦ γιγνομένου περιακτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὂν καὶ τοῦ ὄντος τὸ φανότατον δυνατὴ γένηται ἀνασχέσθαι θεωμένη· τοῦτο δ' εἶναί φαμεν τἀγαθόν*). Atque reliquae virtutes eam habent cum corporis bonis similitudinem, ut usu et exercitatione possint comparari: cogitandi (*τοῦ φρονῆσαι*) facultas est divinius quiddam, cuius vis nunquam minuitur, et prout convertitur, utilis fit aut noxia [14]). Quamquam cum aliorum, qui non insipientes sunt nec veritatis ignari, tum custodum generosissimi animi, qui debent bellicosi et philosophi esse (p. 525. B.), ad philosophiae sublimitatem arithmetica, geometria, stereometria, astronomia, (*προβλήμασιν χρώμενοι*, VII. p. 530. B. et *ἃ δὴ λόγῳ μὲν καὶ διανοίᾳ λεπτά, ὄψει δ' οὔ*, p. 529. D.), instrumentorum musicorum tractatione, denique dialectica disciplina possunt praeparari (p. 532. C.). Et dialectica quidem, quae in vi et natura rerum investiganda cernitur, ut possit cuiusque rei rationem reddere (p. 533. A.), tantum valet, ut sine ea ceterarum artium etiam geometriae periti, verum quid sit et cur sit verum, intelligere nequeant (p. 533. C.). Haec una scientiae nomine digna est et certissima ratio ingenia explorandi, ut, qui plurima mente complecti possit, is sit habendus dialecticus (537. C.). Quin-

---

συλλογιστέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία; et q. s.

14) Vid. VII. p. 518. E. quem locum continet nota 1. pr.

Digitized by Google

quagesimo vero demum aetatis anno ad postremum hoc curriculum adducendi sunt, ut mentis aciem ad Bonum, quod omnibus rebus lucem tribuit, intuendum convertant, eaque summa specie utantur, ut ad eius praestantiam et se ipsos et civitatem optime componant, et suo quisque ordine ad reipublicae administrandae labores suscipiendos accedant. Tum Plato libro VIII. et IX. usque ad p. 580. C. pravas formas civitatis describit, quarum vitia, cum etiam optima forma (*ἀριστοκρατία* VIII. 544. E.) sensim possit corrumpi, eadem in singulorum hominum animis docet reperiri, eamque civitatem, quae tyranno pareat, miserrimam esse (IX. 576. C. seqq.), atque ipsum tyrannum et tyrannici ingenii hominem infelicissimum; felicissimum virum regalem (*βασιλικόν* IX. 580. B.), a quo proximos hoc ordine ponit: *τιμοκρατικόν*, *ὀλιγαρχικόν*, *δημοκρατικόν*, *τυραννικόν*. Cum igitur iam ante intellectum esset, optimum et iustissimum quemque esse felicissimum, eundem nunc dicit *τὸν βασιλικώτατον καὶ βασιλεύοντα αὐτοῦ*, opposito tyrannico homine, qui est, ut p. 579. C. ait, *κακῶς ἐν ἑαυτῷ πολιτευόμενος*, quod sui non potens est, vere egenus, plenus metu, per totamque vitam ei civitati similis, quam tyrannide torquet et vexat.

Aliud argumentum, quo virum sapientem Plato affirmet esse felicem, ex ea animi parte (*τῷ λογιστικῷ*) repetit, in qua colenda ille potissimum versatur. Praetermissis enim civium ordinibus, quos IV. p. 441. B. seqq. cum animi partibus comparaverat, nunc, cum studiorum et voluptatis, qua philosophus praestat, ratio habenda sit (IX. 580. D. seqq.), distinguit hominum genus *φιλοχρήματον καὶ φιλοκερδές*, quod a lucri cupiditate dicitur; *φιλόνεικον καὶ φιλότιμον*, in quo est plurimum ambitionis et contentionis; *φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον*, in quo quia *τὸ λογιστικόν* principatum obtinet, sapientiae studium est ardentissimum. Ex quibus cum philosophus experientia, veri cognitione (*φρονήσει*, vid. not. 1.) et consilio excellat, fit ut philosophus (IX. 583. A. *ὁ φρόνιμος*) de vitae felicitate optime iudicare possit, et illud voluptatis genus, quod e veri cognitione percipitur, dulcissimum sit, nec ulla parte, quoniam *τὸ λογιστικόν* omni seditione vacat, perturbatum. Superat igitur iustus iniustum *εὐσχημοσύνῃ τε βίου καὶ κάλλει καὶ ἀρετῇ* (IX. 588. A.). Hinc Socrates transgreditur ad refutandam perniciosam sententiam: felicissimum eum esse, qui, cum iniustus sit,

Digitized by Google

speciem prae se ferat iustitiae. Quo consilio fingit multiformis monstri imaginem, qua docet ferinae naturae partes divinae partis imperio esse subiiciendas: quod si minus per se, ut decet, quisque fecerit, legum et magistratus ope efficiendum est (IX. p. 590. D.) [15]). Opifices enim, quorum humilitas in eo est, quod propter divinae partis imbecillitatem cupiditates alunt et fovent, sunt certe lege et imperio continendi. Atque pueri regendi sunt, donec in ipsis civitatem constituerimus (IX. p. 590. E. *ἕως ἂν ἐν αὐτοῖς ὥσπερ ἐν πόλει πολιτείαν καταστήσωμεν, καὶ τὸ βέλτιστον θεραπεύσαντες τῷ παρ' ἡμῖν τοιούτῳ ἀντικαταστήσωμεν φύλακα ὅμοιον καὶ ἄρχοντα ἐν αὐτῷ. καὶ τότε δὴ ἐλεύθερον ἀφίεμεν.*). Optima igitur evadet eius animi conditio, in quo est temperantia et iustitia cum sapientia (*ὅλη ἡ ψυχὴ εἰς τὴν βελτίστην φύσιν καθισταμένη τιμιωτέραν ἕξιν λαμβάνει, σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως κτωμένη* IX. p. 591. B.). Hinc ille animi et corporis concentus, ut fiat *τῇ ἀληθείᾳ μουσικός* (IX. p. 591. D.). Idemque volet regnare in sua ipsius civitate, in patria vero, si necessitas coegerit (*τὰ πολιτικὰ πράττειν ἔν γε τῇ ἑαυτοῦ πόλει καὶ μάλα, οὐ μέντοι ἴσως ἔν γε τῇ πατρίδι, ἐὰν μὴ θεία τις ξυμβῇ τύχη*). Conclusum videri poterat totum hoc opus verbis, quae extremo libro IX. [16]) leguntur; sed tamen decimo

15) IX. p. 590. D. *ὡς ἄμεινον ὂν παντὶ ὑπὸ θείου καὶ φρονίμου ἄρχεσθαι, μάλιστα μὲν οἰκεῖον ἔχοντος ἐν αὑτῷ, εἰ δὲ μή, ἔξωθεν ἐφιστῶντος, ἵνα εἰς δύναμιν πάντες ὅμοιοι ὦμεν καὶ φίλοι τῷ αὐτῷ κυβερνώμενοι.*

16) IX. p. 592. A. et B. *Μανθάνω, ἔφη* (Glaucon)· *ἐν ᾗ νῦν δὴ διήλθομεν οἰκίζοντες πόλει λέγεις, τῇ ἐν λόγοις κειμένῃ, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι. Ἀλλ' ἣν δ' ἐγώ, ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. διαφέρει δὲ οὐδὲν εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται· τὸ γὰρ ταύτης μόνης ἂν πράξειεν, ἄλλης δὲ οὐδεμιᾶς.* In caelo perfectam civitatis speciem opinatur Plato reperiri: e coelo enim h. e. e vita olim cum diis acta idearum cognitio ducitur, id quod egregie explicat in Phaedro p. 249. B. et C. seqq. *δεῖ γὰρ ἄνθρωπον ξυνιέναι κατ' εἶδος λεγόμενον, ἐκ πολλῶν ἰὸν αἰσθήσεων εἰς ἓν λογισμῷ ξυναιρούμενον. τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις ἐκείνων, ἃ ποτ' εἶδεν ἡμῶν ἡ ψυχὴ συμπορευθεῖσα θεῷ καὶ ὑπεριδοῦσα ἃ νῦν εἶναί φαμεν, καὶ ἀνακύψασα εἰς τὸ ὂν ὄντως.* Ipsum illud iter coeleste describitur ibid. inde a p. 246. A. sqq. E quibus egregie dictis satis sit illud afferre, quod (ibid. B.) ad nostrum locum pertinet: *πᾶσα ἡ ψυχὴ παντὸς ἐπιμελεῖται τοῦ ἀψύχου, πάντα δὲ οὐρανὸν περιπολεῖ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλοις εἴδεσι γιγνομένη.*

Digitized by Google

libro habet Plato quod addat. Ut enim quisque internam civitatem optime regere possit, cavendum Socrates dicit esse libro X. p. 608. B., ne illecebris poesis, quae imitatione continetur, (hanc enim III. p. 394. et 395. leviter perstrinxerat, nunc poterat gravioribus argumentis uti) perturbatus iustitiae omnisque virtutis (X. p. 609. C.) curam negligat [17]). Quamobrem extrema totius operis parte Plato iustitiae praemia, non solum in hac vita sed etiam post mortem proposita, et iniustitiae poenas ostendit. Quo loco de immortalitate sinceri et puri animi disputat p. 608. — 611. B. Nam quamquam Socrates (II. p. 367. D.) iustitiae et iniustitiae vim et naturam, sive deos hominesque lateret, sive non lateret, praetermissis praemiis poenisve, exquirere sibi proposuerat, ut iustitiae praestantia per se ipsa eluceret; nunc tamen totius loci integritas concedere vel requirere videbatur, ut iustitiae praemia et ea constitueret, quae ex ipsius virtutis admiratione apud homines proficiscerentur, et ea, quae cum animi immortalitate coniuncta essent. Haec vero a diis tribuuntur, quibus viri iusti cari sunt, odiosi ii, qui iniustitiam sequuntur (X. p. 612. E.). Hac mente Eridem Armenium quendam inducit narrantem, quae de rebus post mortem futuris viderit et audierit. Redierat enim in vitam, cum in proelio tamquam occisus duodecimo die in rogo esset impositus, ab ipsis inferorum iudicibus, ad quos accessisset, nuntiare iussus hominibus, qualis esset mortuorum conditio (p. 614. D.). Omnem autem disputationem Plato sic concludit, ut *δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως* (p. 621. C.) maxime colendam esse dicat, ut et nobismet ipsis amici simus et diis, dum in hac vita versemur

---

17) Graviora, quae dixi, argumenta ad hos fere locos, ut breves simus, possunt revocari: X. 597. E. *Τοῦτ' ἄρα ἔσται καὶ ὁ τραγῳδοποιός, εἴπερ μιμητὴς ἐστι, τρίτος τις ἀπὸ βασιλέως καὶ τῆς ἀληθείας πεφυκὼς, καὶ πάντες οἱ ἄλλοι μιμηταί.* Tum ibid. p. 605. B. *ὅτι τοῦτ' ἐγείρει τῆς ψυχῆς* (inferiorem partem animi) *καὶ τρέφει καὶ ἰσχυρὸν ποιῶν ἀπόλλυσι τὸ λογιστικόν. ὥσπερ ἐν πόλει ὅταν τις μοχθηροὺς ἐγκρατεῖς ποιῶν παραδιδῷ τὴν πόλιν, τοὺς δὲ χαριεστέρους φθείρῃ· ταὐτὸν καὶ τὸν μιμητικὸν ποιητὴν φήσομεν κακὴν πολιτείαν ἰδίᾳ ἑκάστου τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν, τῷ ἀνοήτῳ αὐτῆς χαριζόμενον* et q. s. Denique X. p. 607. A. *εἰ δὲ τὴν ἡδυσμένην μοῦσαν παραδέξει ἐν μέλεσιν ἢ ἔπεσιν, ἡδονὴ σοι καὶ λύπη ἐν τῇ πόλει βασιλεύσετον ἀντὶ νόμου τε καὶ τοῦ κοινῇ ἀεὶ δόξαντος εἶναι βελτίστου λόγου.*

Digitized by Google

et post mortem cum virtutis praemia reportarunt veluti victores [18]), et ut in hac vita et in mille annorum itinere beata vita fruamur.

Haec igitur scribebam de re, quae a graecae societatis consilio non aliena videbatur, cum non tam sui memoriam vellet aliquot sociorum monumentis servatam, quam *Godofredi Hermanni*, praestantissimi praesidis et conditoris, excellentiae ac benevolentiae munuscula quaedam oblata, quae ad grati animi significationem socii tamquam suorum quisque studiorum fructum exprompsissent. Quamquam Vir egregius, quem pietas nostra reveretur, nescio an maiore cum laetitia animi ea intueri soleat, quae singuli, postquam non eodem tempore per quadraginta annos ipsum intelligendi ac dicendi magistrum audiverunt, in variis vitae doctrinaeque curriculis recte et prospere gesserint. In eorum autem numero, qui primi a latere Hermanni mecum

18) Lib. X. p. 621. C. *δικαιοσύνην μετὰ φρονήσεως παντὶ τρόπῳ ἐπιτηδεύσομεν, ἵνα καὶ ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν καὶ τοῖς θεοῖς αὐτοῦ τε μένοντες ἐνθάδε καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῇ χιλιέτει πορείᾳ, ἣν διεληλύθαμεν, εὖ πράττωμεν.* Duplex fructus optimi studii ostenditur, verbis *ἵνα — περιαγειρόμενοι* alter, alter verbis *καὶ* (repete *ἵνα*) — *πράττωμεν.* Dum autem praemia virtutis post mortem reportant, amore deorum, quem vitae dignitate sibi conciliarunt, non minus post mortem, quam per totam vitam fruuntur. Ita sublata videbitur offensio, qua Schneiderus in Commentario hunc locum vacare negat, quasi studium virtutis (*ἵνα — τοῖς θεοῖς*) etiam ultra vitae terrestris fines continuandum sit, ut qui in coelesti itinere victoriae et contentionis praemia ab amicis diis, quibus iustitia placuit, ornati gerant, his ipsis in infinitum pugnandum et contendendum sit, ut diis placeant: quae perturbatio sententiae fieret, si verba *αὐτοῦ τε μένοντες — περιαγειρόμενοι*, quae locum et tempus definiunt, quo diis amici non fiunt, sed sunt, eorumque amore fruuntur, cum *ἐπιτηδεύσομεν* iungerentur. De verbis *ἡμῖν αὐτοῖς φίλοι ὦμεν*, quod per *σωφροσύνην* efficitur, vid. IV. p. 443. D. De deorum amore cf. II. p. 382. E. *Ἀλλ' οὐδείς, ἔφη, τῶν ἀνοήτων καὶ μαινομένων θεοφιλής.* p. 383. C. et X. p. 612. E. 613. — 614. A.

Digitized by Google

sedentes graecos scriptores interpretandi perfectum fecerunt, cum multos, tum Erfurdtium et Langium sic desidero, ut, suavissimam extremorum superioris saeculi annorum memoriam repetens, Hermanni vigorem admirer, vehementerque exoptem, ut tanti viri vita et valetudo Academiae Lipsiensi, philologorum ordini, orbique litterarum et terrarum quam diutissime conservetur.

Digitized by Google

A. SALOMONIS VOEGELINI
V. D. M. IN UNIVERS. TURIC. PRIVATIM DOCENTIS

ADNOTATIONES

IN PLATONIS GORGIAM.

Digitized by Google

Digitized by Google

De tempore, quo hoc colloquium habitum finxerit Plato, viri docti plane consentire videntur, Ol. 93. annum 4. statuentes. Unus tamen aliter statuit Boeckhius in censura editionis Heindorfianae (Jen. Lit. Zeit. 1808. n. 178. p. 196 ss.), qui dialogum ad priorem Gorgiae legationem retrahit et Ol. 88. anno 2. tribuit. Quam sententiam a nuperrimo editore tacitam nos veram habemus. Contraria nititur loco p. 473. E. *ὦ Πῶλε, οὐκ εἰμὶ τῶν πολιτικῶν, καὶ πέρυσι βουλεύειν λαχών, ἐπειδὴ ἡ φυλὴ ἐπρυτάνευε καὶ ἔδει με ἐπιψηφίζειν, γέλωτα παρεῖχον καὶ οὐκ ἠπιστάμην ἐπιψηφίζειν. μὴ οὖν μηδὲ νῦν με κέλευε ἐπιψηφίζειν.* Haec Socratis verba interpretes ad nobilem illam Socratis *ἐπισταsίαν* referunt, qua populum in duces pugnae ad Arginussas furentem ac damnationem universorum contra ius fasque postulantem in suffragia mittere noluit neque rhetorum minis motus sententia sua constitit, ut exspectandus esset illis proximi diei *ἐπιστάτης*, sub quo rem peragerent (Plat. Apol. p. 32. B. Xen. Hell. I. 7, 14. Mem. I. 1, 18. IV. 4, 2. ubi vid. interprr.). Haec vero res plane diversae a nostra indolis esse videtur: nam sive eam per se spectas, sive Platonis et Xenophontis relata legis, ridiculum sane ibi nihil reperies, neque ridentem populum sed furentem mortemque Socrati minantem, quum ille sua animi magnitudine furorem minasque contemnens populum male agere non sinat idque pervincat. Nostro vero ex loco elucet illa Socratis in vita quotidiana singularitas et quasi sinisteritas, quam ipse interdum iactare potius quam occultare videtur, quamque non solum ex comoedia sed ex ipsis Platone et Xenophonte cognovimus. Video quidem Astium (Annott. in Gorg. s. Opp. Plat. tom. XI. p. 206.) in his Socratis verbis lusum et irrisionem conspicientem, scioque etiam alios viros doctos ironiam hic sensisse: eius vero rationem in hoc loco agnoscere nequeo. Nam manifesto non id dicit, se facere noluisse quod alii iusserint, sed nescivisse quod debuerit (*ἔδει*). Hoc vero aliud quid narrare non ludentem rem mutare mihi videtur. Omnino autem in illa epistasia Ol. 93, 3. Socratem

Digitized by Google

populum non in suffragia mittentem videmus, in ea, quam h. l. tangit, id facientem vel saltem facere volentem. Unde consequitur, eandem esse non posse. Quod pluribus exposui, quum Boeckhium ipsum in fine disputationis suae eo inclinantem videam, ut etiam illud *πέρυσι* de nobili illa Ol. 93, 3. epistasia intelligi possit: quod mihi propter rationes allatas fieri non posse videtur. Neque existimo — quae Schleiermacheri fuit sententia (Vers. p. 482.) — ab omni verisimilitudine abhorrere, Socratem bis *βουλευτὴν* fuisse. Certe Apologiae verba (p. 32. B.) *ἄλλην μὲν ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἦρξα, ἐβούλευσα δέ* hoc non plane excludunt. Quod vero Boeckhius anachronismum, qui ex mentione Archelai iam regnantis oritur, inde explicat, quod ex altero quodam Gorgiae itinere Atheniensi Plato aliqua in prius transtulerit, id a vero minime alienum videtur. Cetera quae Boeckhii rationem confirmant, commemoratio Periclis *νεωστὶ* mortui, Niciae viventis, Alcibiadis Socratis amasii, eiusdem adversa fortuna in rebus publicis futura eique praedicta, ab ipso viro doctissimo ita explicata sunt, ut nihil addendum videatur satisque habeam eorum memoriam instauravisse.

P. 447. B. *οἰκοῦν ὅταν βούλησθε παρ' ἐμὲ ἥκειν οἴκαδε· παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει καὶ ἐπιδείξεται ὑμῖν.* Locum rectissime se habere nullisque mutationibus indigere cum Astio iudicamus. Cur enim Callicles tempus quo venturi sint certius definiat, quum id neque ipse noverit neque illos iam constituisse sciat? Obtinetur h. l. ipsa illa rei incertae significatio cum expectatione eventus, quam coniunctivo particula *ἄν* instructo inesse grammatione docent. Anacoluthiam vero, qua apodosis interpositis verbis *παρ' ἐμοὶ γὰρ Γοργίας καταλύει* turbata est, recte ab Heindorfio indicatam esse arbitramur. Nam infinitivus pro imperativo positus non minus quam appellatio *ὦ 'τᾶν* incommodam emphasin orationi infert, quae h. l. simplicissima est et esse debet. — Cetesum recte Schleiermacherus notavit, non in Calliclis domo, sed alio quodam loco Gorgiam esse. Nam si esset apud Calliclem, invitatione nulla opus erat Socratis ad id ipsum venientis ut Gorgiam audiret; de qua re vid. ipsum p. 474. Simul ita statuentes id lucramur, ut non iam cap. 2. in. ingressi esse Calliclis domum putandi sint, quod Plato sub more ob oculos nobis posuisset, non divinandum reliquisset.

P. 449. A. *καὶ νῦν οὖν οὕτως εἰπέ.* Particulam *οὖν* libentius retinuerim, quum apte conclusionem ex protasi deducat,

Digitized by Google

quasi dixerit: quum antea tam bene rem peregeris, nunc quoque igitur bene agas. Neque propterea necessaria videtur interpunctio ab Astio commemorata: *Γοργίαν, ὥσπερ — ἀπεκρίνω. καὶ νῦν οὖν κτλ.*

P. 449. B. *Ναί*, quod male hic inseritur, inde ortum est, unde etiam Buttmanni et Astii defensio, quod verba *ὅπερ ὑπισχνεῖ* de promissione accipiebantur qua Gorgias ad proxima *ἆρ' οὖν ἐθελήσαις ἄν* responderet. Neque Stallb. aliter, qui pro futuro accepit. Est vero: quod semper, utique profiteris, scilicet, ut statim ipse Socrates explicat, *κατὰ βραχὺ τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι.* Profitentem hoc audivimus Gorgiam p. 447. E. cap. 2.: h. l. ut accuratius rem designet, Socrates addit *κατὰ βραχύ*, atque ad haec iam G. respondet: *εἰσὶ μέν κτλ.*

P. 451. A. *ἴθι νῦν καὶ σὺ τὴν ἀπόκρισιν ἣν ἡρόμην διαπέρανον.* Quod Bekkerus et Astius ex codd. dederunt, *ἴθι οὖν*, valde arridet. Non enim praesens actio prioribus opponitur, sed quam priora recte dicta sint, sequentia ut his respondeant monet Socrates. Quod vero Stallb. voluit, *ἴθι οὖν, νῦν καὶ σύ*, hoc fieri posse negem: debebat saltem *ἴθι οὖν, καὶ σὺ νῦν.*

P. 453. C. *ὁ τὰ ποῖα τῶν ζώων γράφων καὶ ποῦ;* Haerebit omnis lector in isto *ποῦ*: sed quae offeruntur emendationes peiores sunt. *Πόσον* alienum ab huius loci consilio: *τοῦ* neque alienum simul in grammaticam peccat: sed ne *πῇς* quidem satisfacit. Non enim illis *τίνα ποτὲ λέγεις τὴν πειθώ* respondet *πῇς*, sed esset *ποίαν λέγεις*; neque video quomodo aliter vertas atque „quo pacto.“ Tenemus igitur *ποῦ*, neque tamen Astii explicationem accipere possumus, quam vix explicatam intelleximus, sed eo sensu particula adhibita videtur ut ex pluribus *ζωγράφοις* unum notet loco quo commoretur nominato. Est haec ratio non incongrua, neque in eo haerendum quod in re ipsa, in rhetorica, huic imaginis parti nihil respondet. Nam liberius hoc dicendi genus Platonis proprium quaevis pagina ostendit, atque — ut pro multis unum proximum afferamus — statim p. 454. A. *ποίας δὴ πειθοῦς*, quum accuratius fuisset *τίνος.*

P. 456. B. *ὁπότερον δεῖ αἱρεθῆναι, ῥήτορα ἢ ἰατρόν.* Recte Ficinus: uter sit pro medico eligendus, rhetorne an medicus. Nam neque *αἱρεθῆναι* simpliciter est „alteri praeferri,“ neque eximium hoc esset, nisi in ipso medici officio huic praeferretur

Digitized by Google

P. 465. C. *ὅπερ μέντοι λέγω, διέστηκε μὲν οὕτω φύσει· εἶτε δ' ἐγγὺς ὄντων φρόνησιν ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτὰ σοφιστικὴ καὶ ῥητορικὴ οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσωνται οὔτε αὐτοὶ ἑαυτοῖς οὔτε οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι τοῖτοις.* Vulgatae huic lectioni iure defensae haec addam. Plato ubique vitat aequalem membrorum progressum, unde alia omittit, alia immutat. Sic h. l. debebat dicere: Permutantur sophistica et rhetorica (atque nomothetica et dicastica): perinde soph. et nom. atque rhet. et dic.; permutarentur etiam (*εἰ μὴ ἡ ψυχὴ τῷ σώμ. ἐπ. κτλ.*) opsopoeica et commotica (atque iatrica et gymnastica): perinde ops. et iatr. atque comm. et gymn. Iam vero permutationem verarum artium plane omittit quippe in veritate versantium: perro omittit posteriorem prioris membri partem, quum ex respondente posterioris intelligatur (plane ut antea post verba *ὁ κομμωτικὴ πρὸς γυμναστικήν, τοῦτο ὀψοποιικὴ πρὸς ἰατρικήν* omiserat *καὶ ὃ σοφιστικὴ πρὸς νομοθετικήν, τοῦτο ῥητορικὴ πρὸς δικαστικήν*): denique pro artium nominibus artificum ponit, quum non tantum alii has artes permutent, sed ipsi qui eas exercent. Iam verba *οὐκ ἔχουσιν ὅ τι χρήσωνται* evincunt de hominibus loqui Socratem, non de artibus. Ad *διέστηκε* vero subiecti loco subaudiendum *ταῦτα*, hae quaternae artes, sive potius impersonali quam dicimus constructione: ita quadripartito res se habet i. e. haec se habent. Astius supplet *ἡ ῥητορική* sc. a ceteris artibus ipsi propinquis: sed valde dubito de hoc usu verbi *διεστηκέναι* de una tantum re, etiamsi per sententiam ea stare posset. Eodem quo *διέστηκεν* referendum *ὄντων*: nam relato ad *σοφισταὶ καὶ ῥήτορες* quis non exspectaret *ὄντες*? Denique verba *ἐν τῷ αὐτῷ καὶ περὶ ταὐτά* coniuncta ad *φρόνησιν* pertinent: in eadem actione et quae easdem res tractet. Sic neque corruptum cum Heindorfio neque excerptum cum Astio hunc locum habebimus: quod eo facilius assequi videmur, quum uterque rationes integritatis tantum non omnes attulerit.

P. 465. E. *ἐὰν μὲν οὖν καὶ ἐγὼ σοῦ ἀποκρινομένου μὴ ἔχω ὅ τι χρήσωμαι.* Non video cur hoc loco futurum aptius sit quam supra p. 465. C. Futura quidem est haec res, sed hoc scriptor nunc non significat, quum dicat *ἐὰν ἔχω*, non *εἰ ἕξω*.

P. 466. C. Verba *νὴ τὸν κύνα* malim cum Ficino sequentibus adiungere quam cum Heind. ab iis segregare. Non enim est quod Socrates ad Poli quaestionem respondeat, minime tali confirmatione: sed quae illi opponit quum mira videantur, hac

Digitized by Google

confirmatione quasi excussantur. Neque haerebimus in voce μέντοι affirmandi significatione adhibita. Idem ex lingnae usu Astium probavisse animadverti.

P. 467. B. οὗτος ἀνήρ —. Haec sicut interpunctione significantur ita explicanda erant, sermone Poli non sponte ab ipso abrupto, sed a Socrate intercepto. Sic iam Heind. et Schol. neque aliter Astius.

Ibid. σὺκ ἄρτι ὡμολόγεις ποιεῖν ἃ δοκεῖ αὐτοῖς βέλτιστα εἶναι, τούτου πρόσθεν; Verba ultima ego quoque sanissima habeo, sed explico, ut interrogationem non corrigant eoque infringant, sed augeant eius vim. Dicit enim: ante ea quae nunc dicis, quo haec posteriora illis prioribus contraria esse magis appareat, quasi diceret καὶ ἐκεῖνα πρόσθεν ὁμολογήσας εἶτα νῦν ταῦτα ἐναντία λέγεις; Quam rationem Astius tam bene explicavit, ut mirari liceat eum non defendentem sed oppugnantem haec verba fecisse.

P. 470. A. οὐκοῦν, ὦ θαυμάσιε, τὸ μέγα δύνασθαι πάλιν αὖ σοι φαίνεται, ἐὰν μὲν πράττοντι ἃ δοκεῖ ἕπηται τὸ ὠφελίμως πράττειν, ἀγαθόν τε εἶναι, καὶ τοῦτο, ὡς ἔοικεν, ἐστὶ τὸ μέγα δύνασθαι· εἰ δὲ μή, κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι. Omnis loci difficultas tollitur intellecta quae est in verbis καὶ τοῦτο — τὸ μέγα δύνασθαι anacoluthia. Nam accurate dixisset τὸ μέγα δύνασθαι φαίνεται ἀγαθόν τε εἶναι καὶ μέγα δύνασθαι (εἶναι), sicut postea: εἰ δὲ μή (φαίνεται τὸ μέγα δύνασθαι); κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι (εἶναι), ut sint praedicata ad τὸ μέγα δύνασθαι haec: ἀγαθόν τε καὶ μέγα δύνασθαι sicut κακὸν καὶ σμικρὸν δύνασθαι. „Aperte magna potentia tum demum est et res bona et ideo revera magna potentia: aliter eadem est res mala et revera parva potentia.“ Sed quam ingratus fuerit infinitivus μέγα δύνασθαι additus alteri infinitivo εἶναι, rem explicaturus enuntiavit, propria tamen ratione in proximis servata. Eadem est Buttmanni sententia sed parum explicita: Astium cum Stallb. errare opinor.

P. 470. C. χαλεπόν γέ σε ἐλέγξαι ὦ Σώκρατες. ἀλλ' οὐχὶ κἂν παῖς σε ἐξελέγξειεν ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγεις; Vera Stallb. explicatio post Σώκρατες puncto opus esse monstrat: nam ita demum ab ironia ad verum sensum subitus transitus fit, quo hoc loco opus est. Vernacule dicas: Ja das ist nun schwer zu widerlegen. Ei sollte denn nicht ein Kind es können? Aeque celeri transitu Cic. Phil. VII. 8, 23. „Magna pax Antonio cum iis,

Digitized by Google

non id Plato h. l. agit, quomodo fugiendi sint dolores, sed utrum vitandi sint an subeundi: neque sapientem aliquem inducit, sed hominem vulgarem. Ei vero opus est maiore quodam et vehementiore impetu, ut atrocia illa subeat, quod ipsum optime exprimit imago τοῦ μύειν, quum comparem alteri nostratibus frequentiori, si quis compressis dentibus dolorem vincere laborat. Praeterea μὴ μύσαντα, quod illic propositum est, neque vim haberet quam inter illa μὴ ἀποδειλιᾶν et μὴ ὑπολογιζόμενον, neque ante, sed post verbum ἀνδρείως collocandum fuisset: tali enim negatione augeri debet prior affirmatio. — Denique post ἀλγεινόν commate, non puncto distinguendum est: novum enim hic membrum nullum orditur.

P. 481. C. εἰ μή τι ἦν τοῖς ἀνθρώποις πάθος, τοῖς μὲν ἄλλο τι, τοῖς δὲ ἄλλο τι, τὸ αὐτό. Unice vera est Heindorfii explicatio, sed quod additum volebat ὄν, confudisse videtur dictionem ἐνέγκαιεν ὄν cum ea quam hic habemus ἦν.

P. 463. A. φύσει μὲν γὰρ πᾶν ἄδικον ὅπερ καὶ κάκιον, τὸ ἀδικεῖσθαι, νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν. Quod post κάκιόν insertum est οἷον, opus esse non videtur. Scriptor a communi sententia statim ad singularem rem cuius gratia illa protulit transit: quae quum gravissima sit, instar omnium habetur atque ita pro omnibus sub illam sententiam cadentibus affertur. Neque aliter in proximis νόμῳ δὲ τὸ ἀδικεῖν pro pleniore locutione νόμῳ δὲ τἀναντία οἷον τὸ ἀδικεῖν vel similibus.

Ibid. E. ἀλλ' οἶμαι οὗτοι κατὰ φύσιν ταῦτα πράττουσι καὶ ναὶ μὰ Δία κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως, οὐ μέντοι ἴσως κατὰ τοῦτον ὃν ἡμεῖς τιθέμεθα πλάττοντες τοὺς βελτίστους καὶ ἐρρωμενεστάτους ἡμῶν αὐτῶν, ἐκ νέων λαμβάνοντες, ὥσπερ λέοντας κατεπᾴδοντές τε καὶ γοητεύοντες καταδουλούμεθα λέγοντες ὡς τὸ ἴσον χρὴ ἔχειν καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καλὸν καὶ τὸ δίκαιον. Ita minore tantum interpunctione ante ἐκ νέων adhibita (vel potius nulla omnino neque ibi neque ante ὥσπερ) vera huius loci ratio apparet. Non enim suppleto γάρ a verbis ἐκ νέων nova enuntiatio statuenda est, sed per anacoluthiam ex oratione relativa (ὃν τιθέμεθα πλάττοντες) in directam transitur, quum proprie ita exiisset: πλάττοντες καὶ καταδουλούμενοι vel ἐπεὶ πλάττομεν καὶ καταδουλούμεθα. Cf. Reisig. ad Oed. Col. commentt. critt. p. 387. — Verba illa (κατὰ φύσιν) τὴν τοῦ δικαίου spuria esse iam sequentia καὶ κατὰ νόμον γε τὸν τῆς φύσεως ostendunt, quae nihil nisi νόμον et φύσιν sim-

Digitized by Google

pliciter sibi opponi evincunt. Quae contra Asti ratio minime me movet.

P. 485. E. ἐλεύθερον δὲ καὶ μέγα καὶ ἱκανὸν μηδέποτε φθέγξασθαι. Ἱκανόν mihi non „ferri posse", sed plane se recte habere videtur. Est enim quod ad finem quem sequimur consequendum sufficit eoque perducit: quod bene post ἐλεύθερον et μέγα locum habet: neque liberi quid neque magni neque omnino eiusmodi quo aliquid assequaris; vernacule *etwas rechtes*.

P. 485. E. seqq. In restituendis Euripidis versibus Valckenarius non satis feliciter operam posuisse videtur, praesertim quum nimis arcte Platonis vestigia premeret, qui tamen in iis afferendis et sermoni immiscendis liberrime versetur. Et quanquam ipse rem ne tentaturus quidem, aliqua tamen afferam quae minus recte instituta videantur. Iam in verbis p. 484. E. λαμπρός τ' ἐστὶν ἕκαστος ἐν τούτῳ praeter vocabulum λαμπρός non aliud poetae tribuerim: ἐν τούτῳ sane ante κἀπὶ τοῦτ' admodum mihi languet. Hoc vero in loco miror nominativum φύσις ψυχῆς et redundantem et privantem verbum διαπρέπεις obiecto suo, quod in poetica dictione optime sibi adiungit. Praepositione ἐν ad βουλαῖσι poetam potius liberem (in utroque consentit Astius): verba εἰκὸς λάβοις illi tribuam, quum aliter eorum difficultas improbanda videatur: contra πιθανόν explicationis caussa additum puto; neque verba ὑπὲρ ἄλλου magis ex Euripidis quam Calliclis mente dicta videntur, cuius proprium illud οὔθ' ἑαυτῷ οὔτ' ἄλλῳ τινὶ βοηθεῖν. P. 486. B. praeter illa εὐφυᾶ λαβοῦσα τέχνη φῶτ' ἔθηκε χείρονα nihil Euripideum censeo: minime poeticus color inest versui καὶ πῶς σοφὸν τοῦτ' ἐστὶν εἴ τις: quorum ultimum εἴ τις si poetae servandum sit, legam saltem ἥ τις εὐφυᾶ κτλ. sed non εἴ τιν', quo non indiget φῶτα, τέχνη vero addito τίς bene distinguitur. Ille vero versus μήτ' αὐτὸν αὑτῷ δυνάμενον γ' ἐπαρκέσαι paucos opinor defensores habebit. Denique in versu ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς pro σοφίσματα malim etiam contra Stobaeum ex Platone recipere ληρήματα, quod nisi ex poeta attulerit, non video cur adhibito εἴτε — εἴτε a φλυαρίας disiunxerit Callicles.

P. 486. D. οὐκ ἂν οἴει με ἄσμενον εὑρεῖν τούτων τινὰ τῶν λίθων ᾗ βασανίζουσι τὸν χρυσόν, τὴν ἀρίστην, πρὸς ἥκτινα κτλ. Non erat quod haereretur in vocabulo ᾗ. Solita enim cogitandi celeritate pro toto lapidum genere iam singularem illum quem sibi in animo proposuit substituit, atque ad hunc prono-

Digitized by Google

men refert. Est igitur eadem ratio quam supra p. 483. A. vidimus.

P. 487. C. *καί ποτε ὑμῶν ἐγὼ ἐπήκουσα βουλευομένων.* Hanc lectionem ita veram habeo, ut alteram *ὑπήκουσα* vix cum libris tolerarem. *Ὑπακούειν* est obedire vel saltem attente aliquid audire, ut in locis Aristophanis ab Heindorfio allatis; contra *ἐπακούειν* participem esse audiendi (*zuhörer*, quasi *ἐπεῖναι ἀκούοντα*), quod ipsi illi quos Stallbaumius attulit loci demonstrant, clarissime ex Parmenide allatus. Hanc vero notionem, non illam nostro loco convenire clarum est, neque video cur clam illorum sermonem Socrates excepturus fuerit. Sed eadem iam docuit Astius.

P. 488. B. *πῶς φῇς τὸ δίκαιον ἔχειν καὶ σὺ καὶ Πίνδαρος τὸ κατὰ φύσιν; ἄγειν βίᾳ τὸν κρείττω τὰ τῶν ἡττόνων κτλ.* Boeckhii interpunctionem falsam esse sensus loci et Platonici et Pindarici ostendit. Nam Socrates cum irrisione satis acerba Calliclis distinctionem *τοῦ δικαίου τοῦ κατὰ φύσιν* repetit: apud Pindarum autem notio illa *κατὰ φύσιν* non verbo *ἄγει*, sed tantum substantivo *νόμος* addita esse potest, quum non ante illud, sed ante hoc collocanda sit. Neque Pindaricum *ἄγειν τὸ βιαιότατον* est nostrum *ἄγειν τὰ τῶν ἡττόνων*. De loco verborum *κατὰ φύσιν* Boeckhius postea (Pind. III. 642.) idem sensisse videtur: inde vero simul consequi existimo, loco superiore p. 484. B. illa neutiquam Platonis verbis inserenda esse. Fuerunt sane illa in aliquo Pindari loco: etiam coniunctionem aliquam inter ea et locum de „lege omnium rege vim iustam reddente“ fuisse, ex loco de legg. III. 714. E. coll. 690. C. intelligitur: qualis autem haec coniunctio fuerit et ubi illa *κατὰ φύσιν* in Pindaro quaerenda, id profecto nescimus. Non dissimilia habet Astius, cuius tamen explicationem verborum *ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον* probare non possumus.

P. 492. C. *τὰ δὲ ἄλλα ταῦτ' ἐστὶ τὰ καλλωπίσματα, τὰ παρὰ φύσιν συνθήματα, ἀνθρώπων φλυαρία καὶ οὐδενὸς ἄξια.* Heindorf. eiicere voluit articulum ad *συνθήματα*, Stallb. ad *καλλωπίσματα*, neuter recte. Nam utrumque iam supra p. 484. A. significatum erat eoque nunc respicitur: illa artificia, illa composita quae supra iam notavi. Praedicatum enim *συνθήματα* non minus esse quam *καλλωπίσματα* apertum est. *Ταῦτα* et subiecto *τὰ ἄλλα* et praedicatis adiungi potest: equidem his malim. Denique praedicatis illis adduntur sine articulo *ἀνθρώ-*

Digitized by Google

πων φλυαρία καὶ οὐδενὸς ἄξια i. e. *quae sunt* hominum nugae et res nihili. Aliter Astius construit, sed dubito an recte.

P. 493. A. *καὶ τοῦτο ἄρα τις μυθολογῶν κτλ.* Haec non iam ex priore *ὡς* pendere, particula *ἄρα* et *τοῦτο* primo loco positum ostendunt. Non igitur commate, sed maiore interpunctione ante ea distinguendum. Quod factum in Hdf. ed. 2.

Ibid. B. *τῶν δ' ἀμυήτων τοῦτο τῆς ψυχῆς, οὗ αἱ ἐπιθυμίαι εἰσί, τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ καὶ οὐ στεγανόν, ὡς τετρημένος εἴη πίθος, διὰ τὴν ἀπληστίαν ἀπεικάσας.* Sana haec lectio, neque *διά* ante *τὸ ἀκόλαστον* inserendum, multo minus etiam totus locus cum Astio abiiciendus. *τὸ ἀκόλαστον αὐτοῦ* non est „dissoluta eius *pars*" quod sane male se haberet, sive *αὐτοῦ* de toto animo sive de illa animi parte explicares: sed est „dissoluta eius (huius partis) *ratio*", quod additur verbis *τοῦτο τῆς ψυχῆς* explicandi caussa. Duplici enim ratione haec dici poterant: hanc animi partem ob dissolutam rationem dolium perforatum appellavit; et: huius animi partis dissolutam rationem ita significavit ut dolium perforatum esse diceret. Quarum utramque confundens sic Plato locutus est: hanc animi partem, (scilicet) dissolutam eius rationem (ita significavit), ut sit dolium perforatum. Adiecta illa *τὸ ἀκόλ. αὐτοῦ καὶ οὐ στεγ.* ipsa videntur occasionem dedisse constructioni mutandae. Accedere meae sententiae Faehsium V. Cl. gaudeo, qui haec adiectiva substantivorum abstractorum loco esse monet (*ihre Ungebundenheit und ihr Nichthalten*).

Ibid. C. *τὴν δὲ ψυχὴν κοσκίνῳ ἀπείκασε τὴν τῶν ἀνοήτων ὡς τετρημένην ἅτε οὐ δυναμένην στέγειν δι' ἀπιστίαν τε καὶ λήθην.* Schleiermacheri coniecturam *ἀπληστίαν* in altera versionis editione non reperio, summoque iure exterminata est. Non enim affectuum proprius hic locus, sed *ψυχή* eiusque imago cribrum de intelligentia intelligenda, quae illi *ἐπιθυμητικῷ* aut imperat aut servit: propterea intelligendi qualitates recte appellantur *ἀπιστία τε καὶ λήθη*. *Ἀπιστία* is est animi status, quo nulla de re ita sibi persuadere possit, ut persuasio facta eius moderetur utque secundum eam agat. Idem est *λήθη*, si cui omnia quae probavit (*Grundsätze*) statim et ita, ut nullam vim in facta exerceant, effluunt. — Astius etiam ex etymologia caussam pro voc. *ἀπιστίαν* attulit.

P. 494. B. *καί μοι λέγε, τὸ τοιόνδε λέγεις οἷον πεινῆν καὶ πεινῶντα ἐσθίειν; Ἔγωγε. Καὶ διψῆν γε καὶ διψῶντα πίνειν; Λέγω, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα καὶ*

Digitized by Google

δυνάμενον πληροῦντα χαίροντα εὐδαιμόνως ζῆν. Stephani correctio πληροῦν, quam Schleierm. secutus, recte reiicitur. Sed constructionem neque Stallb. neque Ast. recte explicavit; verum Bekk. significavit commute ante χαίροντα posito. A verbo λέγω non pendet ἔχοντα, sed ζῆν, sicut Socrates dixerat λέγας πεπῆν, et tota enuntiatio haec est: id dico, ut aliquis gaudens beate vivat quum omnes cupiditates habeat easque, ut qui hoc possit, impleat. Hanc rationem sequentia manifesto ostendunt, ubi singula singulis respondent: ψωρῶντα καὶ κνησιῶντα nostro τὰς ἄλλας ἐπιθυμίας ἁπάσας ἔχοντα (est enim haec una ex illis), ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι nostro δυνάμενον, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον nostro πληροῦντα. Copula καί, qua nostro in loco ἔχοντα et πληροῦντα coniuncta sunt, ibi omissa est, quod factum propter alterum καί in ψωρῶντα καὶ κνησιῶντα, quocum confundi poterat.

Ibid. E. καὶ τούτων τοιούτων ὄντων κεφάλαιον ὁ τῶν κιναίδων βίος κτλ. Articulus post καί neque necessario neque commode inseritur. Non enim ut in Theaetoti locis et similibus haec notio reliquae enuntiationi interponitur, sed novam enuntiationem orditur, quapropter etiam non πάντων est κεφάλαιον, sed τούτων τοιούτων ὄντων, eoque similis est locus Herodoteo, cui addidit Ast. Plat. Phaedon. p. 96. E. Thuc. I. 142. non neque nostro pares. Est igitur appositio praeposita ad ὁ τῶν κ. βίος articuloque non eget: pro quo, si quid omnino fuisset addendum, potius exspectavissem καὶ ὃ τούτων τ. ὄ. κεφάλαιον.

P. 495. C. ἄλλο τι οὖν ὡς ἕτερον τὴν ἀνδρείαν τῆς ἐπιστήμης δύο ταῦτα ἔλεγες; Non opus esse participio ὄν ad ἕτερον, iam Stallb. exemplis demonstravit: addam Platonem si participio uti voluisset scripturum potius fuisse ὡς ἑτέρου ὄντος τῆς ἀνδρείας sive ὡς ἑτέρας οὔσης.

Ibid. D. Σωκράτης δέ γε ἡμῖν ὁ Ἀλωπεκῆθεν οὐχ ὁμολογεῖ ταῦτα· ἢ ὁμολογεῖ; Callicli haec tribuenda esse iam vocabula γέ et ἡμῖν ostendunt, quae tum demum rationem habent, si his verbis Socratis verba cum irrisione repetuntur. Simul haec ἢ ὁμολογεῖ in Socratis ore languidissima, imo plana perversa essent: denique acumen quod inest verbis οἶμαι δέ γε οὐδὲ Καλλικλῆς perit, si antecedentia οὐχ ὁμολογεῖ non sunt eiusdem Socratis.

P. 496. E. ἢ οὐχ ἅμα τοῦτο γίγνεται κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον καὶ χρόνον εἴτε ψυχῆς εἴτε σώματος βούλει; Praeposi-

Digitized by Google

tionem περὶ post ψυχῆς inserendam loco male mederi opinor, neque melius eandem suppleri: non enim περὶ ψυχῆς καὶ σώματος haec proprie fiunt, sed ἐν ψυχῇ καὶ σώματι. Scripta haec videntur per zeugma vel potius attractionem: attrahuntur enim substantiva ψυχή et σῶμα a substantivis τόπος et χρόνος, quum proprie verbo per ἐν adiungenda fuerint. Ceterum χρόνος magis ad ψυχήν pertinet et τόπος ad σῶμα: quae fuerit etiam Astii sententia: sed transpositio male adhibetur, quum propter ipsam vicinitatem ψυχῆς a τρόπον cui adhaeret attractum sit.

P. 497. A. καὶ πρόιθί γε ἔτι ὡς τοὔμπροσθεν (ὅτι ἔχων ληρεῖς), ἵνα εἰδῇς ὡς σοφὸς ὤν με νουθετεῖς. Verba quae spuria habere loci sensus cogit, quum usitata glossematum ratione explicari nequeant, vide an ita orta esse veri simile sit, ut quis explicaturus verba ὡς σοφὸς ὤν με νουθετεῖς scripserit ὅ τι ληρεῖς, alius vero ad similitudinem aliorum locorum addiderit ἔχων loco simul mutato. Stallbaumii enim rationi et locus obstare videtur quo illa leguntur, neque ὅ τι ληρεῖς satis respondet illi ἅττα σοφίζει. Nisi autem ὅ τι legimus pro ὅτι, omni carebimus explicandi ratione.

P. 498. E. ἀγαθοὶ ἄρα οἳ ἂν χαίρωσι, κακοὶ δὲ οἳ ἂν ἀνιῶνται; Πάνυ γε. Οἱ μέν γε μᾶλλον, μᾶλλον, οἱ δ' ἧττον, ἧττον, οἱ δὲ παραπλησίως, παραπλησίως; Ναί. Quanquam ternum οἵ pro οἱ necessarium esse non contenderim, longe tamen praeferam, quum eiusmodi elliptica oratio melius procedat, si accurate prioribus unde explicanda est congruat. Aliter defendit Astius.

P. 500. E. αὐτὸ δέ μοι τοῦτο πρῶτον σύμφαθι ἢ μή· σύμφῃς; Οὕτω φημί. Interrogationem σύμφῃς unice rectam non tamen eo explicaverim, quod Callicles respondere dubitet. Nam Socrates tali interrogatione saepe utitur, ubi alter libenter rem concedit, sicubi grave quid ex responsione consequitur, sive maius aliquod membrum eo notatur: quod loci ostendunt ab Heindorfio ad Charmid. p. 106. B. allati.

P. 501. A. ἡ δ' ἑτέρα τῆς ἡδονῆς, πρὸς ἣν ἡ θεραπεία αὐτῇ ἐστιν ἅπασα, κομιδῇ ἀνέχνως ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, οὔτε τι τὴν φύσιν σκεψαμένη τῆς ἡδονῆς οὔτε τὴν αἰτίαν, ἀλόγως τε παντάπασιν ὡς ἔπος εἰπεῖν οὐδὲν διαριθμησαμένη, τριβὴ καὶ ἐμπειρία μνήμην μόνον σωζομένη τοῦ εἰωθότος γίγνεσθαι, ᾧ δὴ καὶ πορίζεται τὰς ἡδονάς. Ἀλόγως nullo modo mutandum in ἄλογος. Vitioso enim adiectivum ἄλογος supplete οὖσα

Digitized by Google

et participium *aoristi διαριθμησαμένη* coniungantur: quare etiam in exemplis allatis semper praesentis participium adiectivo respondet. (Etr. Med. 735. *ἀνώμοτος* ipsum est pro participio aoristi *οὐκ ὀμόσας.*) Contra servato *ἀλόγως* optime iam singula procedunt. Primo enim verbo *ἔρχεται* duo adduntur participia aoristi indicantia quid ante aggrediendum fecerit sive potius omiserit, *σκεψαμένη — διαριθμησαμένη τε*: deinde autem participio praesentis *σώζουσα* ratio *τῆς ὀφοποιικῆς* notatur estque hoc adiectivi loco. Simul usus docet verba *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, si fieri potest, interponi iis ad quae pertinent: quod item fit servato *ἀλόγως*. Floini falsa versio et Heindorfii sententia ex eadem causa prodierunt, quod in participio *διαριθμησαμένη* aoristum neglexerunt idque, quasi esset *διαριθμουμένη*, adiectivi loco cum *τριβὴ καὶ ἐμπειρία* coniunxerunt; quo facto *ἀλόγως τε παντάπασιν* verbo *ἔρχεται* adiungendum erat, quod utique tolerari non poterat. Distinctionem Astius recte fecit, a quo simul *ἀλόγως* iam defensum erat.

P. 503. D. *εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἀλλ' — ὅτι αἱ μὲν τῶν ἐπιθυμιῶν πληρούμεναι βελτίω ποιοῦσι τὸν ἄνθρωπον ταύτας μὲν ἀποτελεῖν, αἳ δὲ χείρω, μή· τούτου δὲ τέχνη τις εἶναι, τοιοῦτον ἄνδρα τούτων τινὰ γεγονέναι ἔχεις εἰπεῖν;* Verba difficilia *τούτου δὲ τέχνη τις εἶναι* a Stallbaumio per anacoluthum recte explicata videntur. Lectio *τοῦτο δὲ τέχνης εἶναι* non mala ideo minus placet, quia ex brevitate maiore etiam difficultate laborat, faciliusque *τούτου* propter *τέχνη* mutari poterat in *τοῦτο* quam hoc in illud. Astius: *τοῦτο τέχνη* hoc artem esse i. e. ad hoc requiri artem. Valde dubito.

P. 504. E. *τί γὰρ ὄφελος σώματί γε κάμνοντι καὶ μοχθηρῶς διακειμένῳ σιτία πολλὰ διδόναι καὶ τὰ ἥδιστα ἢ ποτὰ ἢ ἄλλ' ὁτιοῦν, ὃ μὴ ὀνήσει αὐτὸ ἔσθ' ὅτε πλέον, ἢ τοὐναντίον κατά γε τὸν δίκαιον λόγον καὶ ἔλαττον;* Sic locus distinguendus atque explicandus videtur: quod ei non magis (i. e. nihil) prodest, sed contra si verum dicendum etiam minus prodest (i. e. etiam nocet). Ita iam Schleiermacherus; sed Stallbaumius et Astius redierunt ad Heindorfii rationem ut sit *ἢ τοὐναντίον* „quam contrarium“ sc. cibi potusque abstinentia, quod male adiungitur post verba *ἄλλ' ὁτιοῦν*: esset enim res contraria, non res nulla, quod tamen deberet. Si vero haec explicatio sequenda esset, tum sane melius cum Heind. inserto *ἤ* verba

Digitized by Google

κατά γε τὸν δίκαιον λόγον sequentibus καὶ ἔλαττον adderes, quae sine illis mirifice languent.

P. 505. E. ἀτὰρ κινδυνεύει ἀναγκαιότατον εἶναι οὕτως· εἰ μέντοι ποιήσομεν, οἶμαι ἔγωγε χρῆναι πάντας ἡμᾶς φιλονείκως ἔχειν πρὸς τὸ εἰδέναι τὸ ἀληθὲς τί ἐστι περὶ ὧν λέγομεν καὶ τί ψεῦδος. Ad vocabulum οὕτως ut suppleamus ποιεῖν sive potius ποιούμενον, non ita inauditum videtur, quod erit idem atque τοιοῦτον. Stallbaumii explicationem improbamus, quum ita deesset notio eius quod ἀναγκαιότατον dicitur, et quum altera notio „in hoc rerum statu" ab initio elocutionis ponenda fuisset. Quam idem proposuit coniecturam ἀτ. κινδ. ἀν. εἶναι. οὑτωσὶ μέντοι ποιήσωμεν· οἶμαι ἔγωγε κτλ. ea facilis quidem videtur: sed tum post οἶμαι etiam δέ addendum esset: simulque verba p. 506. A. λέγω μέντοι ταῦτα, εἰ δοκεῖ χρῆναι περανθῆναι τὸν λόγον ostendunt, etiam haec priora conditionali modo dicenda fuisse. Nam post affirmationem (οὑτωσὶ ποιήσωμεν) conditioni non iam est locus.

P. 508. C. ὡς ἄρα ἐγὼ οὐχ οἷόστ' εἰμι βοηθῆσαι οὔτε ἐμαυτῷ οὔτε τῶν φίλων οὐδενὶ οὐδὲ τῶν οἰκείων. In hac librorum lectione nobis quoque acquiescendum neque οὔτε inferendum videtur: sed aliter atque Astius fecit οὐδέ explicamus. Duo sunt membra ἐμαυτῷ et τῶν φίλων οὐδενὶ οὐδὲ τῶν οἰκείων, in quibus inter φίλων et οἰκείων non ea quidem est progressio quae plane hoc οὐδέ probet: sed similia non sunt rara. Est plane idem quod p. 509. B. μήτε ἑαυτῷ μήτε τοῖς αὑτοῦ φίλοις τε καὶ ἑταίροις, ubi etiam simplex καί sufficiebat.

P. 509. B. ἀλλὰ πολλὴ ἀνάγκη ταύτην εἶναι τὴν αἰσχίστην βοήθειαν μὴ δύνασθαι βοηθεῖν κτλ. Est haec constructio satis usitata, personalis quae grammaticis nominatur pro nostra impersonali, ut δίκαιός εἰμι ποιεῖν et cetera huiusmodi. Miramur Stallbaumium ita disserentem quasi τὸ μὴ βοηθεῖν dicatur βοήθεια, quum idem recte deinceps rem explicet. Sed ut recta explicatio locum habeat, tollendum comma post βοήθειαν: aliter enim haec confluere nequeunt. Ita vero iam Heindorfius, Bekkerus, Astius, et ipse Stallbaumius in ed. mai.

P. 510. A. ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ ἥδε. Rectum est ἥδε, at non quia referendum ad praecedentia; sunt enim duae quidem rationes, sed ars una, qua docemur eadem esse primi vel saltem primis accepti. Pariter Astius.

Digitized by Google

P. 511. D. ἐὰν δὲ ἐξ Αἰγύπτου ἢ ἐκ τοῦ Πόντου, ἐὰν πάμπολυ ταύτης τῆς μεγάλης εὐεργεσίας, σώσας' ἃ νῦν δὴ ἔλεγον καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας, ἀποβιβάσασ' εἰς τὸν λιμένα δύο δραχμὰς ἐπράξατο. Locus sanissimus est quem iam Buttmannus explicavit. Duae sunt protases ἐὰν ἐξ Αἰ. ἢ ἐκ τοῦ Π. σώσῃ, et ἐὰν π. τ. τ. μ. εὐ. πράξηται. Propter insertam autem secundam protasin in apodosi prioris sensus per epexegesin repetitur participio σώσασα, et denique quo res apertior in oculos cadat additur ἀποβιβάσασα. Quam Astius hic vidit membrorum disiectionem, aptissima est sermoni Platonis nullis regulis incluso. — Verba καὶ γυναῖκας Menexeni loco sane non defenduntur: non enim in eo haeremus quod γυναῖκας post χρήματα collocatum, sed quod χρήματα inter παῖδας et γυναῖκας. Mirus etiam pluralis numerus quasi uni (αὐτόν) essent plures. Ficinus sicut Schleiermacherus ex sensu vertit. Facillime plane abessent. Astius in aliena hoc loco abiisse videtur.

P. 512. E. ἀλλ' ὦ μακάριε ὅρα μὴ ἄλλο τι τὸ γενναῖον καὶ τὸ ἀγαθὸν ᾖ τοῦ σώζειν τε καὶ σώζεσθαι. μὴ γὰρ τοῦτο μέν, τὸ ζῆν ὁποσονδὴ χρόνον, τὸν ὡς ἀληθῶς ἄνδρα ἐατέον ἐστὶ καὶ οὐ φιλοψυχητέον, ἀλλὰ ἐπιτρέψαντα περὶ τούτων τῷ θεῷ κτλ. Μὴ — ἐστί Astius ita tueri videtur ut in eo acquiescere possis. Ἐατέον minime mutandum, neque explicandum per ἐᾶν χαίρειν (quod verum, si esset ὡς πλεῖστον χρόνον), sed est: non curandum, libere et tranquille exspectandum. Bene Schleiermacherus: *und ob nicht ein Mann — muss dahingestellt sein lassen.*

P. 513. D. ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταὐτὰ ταῦτα διασκοπώμεθα, πεισθήσει. Ἴσως optime se habet neque alieno est loco. Non enim hoc incertum est, an ex iterata contemplatione persuasio prodeat (quod esset ἴσως πεισθήσει), sed hoc, an illa contemplatio instituatur.

P. 514. A. εἰ οὖν παρεκαλοῦμεν ἀλλήλους, δημοσίᾳ πράξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων, ἐπὶ τὰ οἰκοδομικὰ κτλ. Aoristi vis haec est: postquam ingressi essemus cursum vitae civilis. Idem infra, sed facilius intellectu ἐπιχειρήσαντες δημοσιεύειν. Similiter, sed obscure Astius.

Ibid. C. οἰκοδομήματα πολλὰ μὲν καὶ καλὰ μετὰ τῶν διδασκάλων ᾠκοδομημένα ἡμῖν, πολλὰ δὲ καὶ ἰδίᾳ ἡμῶν, ἐπειδὴ τῶν διδασκάλων ἀπηλλάγημεν. Verba ἰδίᾳ ἡμῶν recte Astius explicat.

Digitized by Google

Ibid. D. φέρε πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σωκράτης πῶς ἔχει τὸ σῶμα πρὸς ὑγίειαν; ἢ εἰ δή τις ἄλλος διὰ Σωκράτην ἀπηλλάγη νόσου ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος; Vulgatam olim emendatam Stallb. defendit explicatione si quid video satis mira, quum inde sensus exeat: si quis per Socratem morbo liberatus est, quomodo se habet ad valetudinem? Quod quaero quidnam est aliud atque: si quis sonus factus, num sanus factus? — Contra plane eodem modo p. 515. A. φέρε Καλλικλῆς ἤδη τινα βελτίω πεποίηκε τῶν πολιτῶν; Sonus quidem non gratus in verbis ἢ ἤδη: sed saepe in hac re veteres aliter sensisse novimus. Vide ex. c. iam p. 522. A. ἢ εἰ εἴποι. — Aliter rem expedit Fachsius, interrogationem obliquam in verbis εἰ δή τις κτλ. statuens. Sed huic rationi aliquantum iam particula δή, magis etiam interrogationis vehementia (φέρε πρὸς θεῶν, αὐτὸς δὲ ὁ Σ.) obstare videtur.

P. 515. D. Ἴσως. Οὐκ ἴσως δή, ὦ βέλτιστε, ἀλλ' ἀνάγκη ἐκ τῶν ὡμολογημένων. Malum esse δεῖ et constructio cum ἴσως, absente articulo τοῦ, et oppositum ἀνάγκη demonstrat, quo item simpliciter responsum quod dandum erat pronuntiatur. Recte igitur Bekkerum deserimus.

P. 516. A. ὄνων γοῦν ἂν ἐπιμελητὴς καὶ ἵππων καὶ βοῶν τοιοῦτος ὢν κακὸς ἂν ἐδόκει εἶναι, εἰ παραλαβὼν μὴ λακτίζοντας αὐτοὺς μηδὲ κυρίττοντας μηδὲ δάκνοντας ἀπέδειξε ταῦτα ἅπαντα ποιοῦντας δι' ἀγριότητα. Nec hic cum Bekkero ἑαυτόν pro αὐτούς receperim. Exiguum enim videtur hoc significari quod ipsum custodem feriant: contra αὐτούς additum constructionem commodiorem et apertiorem reddit. Neque multum gravabor cum Astio pronomen omnino abiicere nec necessarium nec bene confirmatum a codd.

P. 517. D. ἐγὼ γοῦν σε πολλάκις οἶμαι ὡμολογηκέναι καὶ ἐγνωκέναι, ὅτι διττὴ αὕτη τίς ἡ πραγματεία ἐστὶ καὶ περὶ τὸ σῶμα καὶ περὶ τὴν ψυχήν. Scribo ἔστι. Nam διττή non esse praedicatum, τίς ostendit: itaque Schleierm. recte: *dass es wirklich eine solche zwiefache Beschäftigung gibt.* Similiter p. 518. A. ταὐτὰ οὖν ταῦτα ὅτι ἔστι καὶ περὶ ψυχήν.

P. 518. A. ἥκιις δὲ ὀλίγον ὕστερον λέγων ὅτι ἄνθρωποι καλοὶ κἀγαθοὶ γεγόνασι πολῖται ἐν τῇ πόλει κτλ. Minime suspicione dignum ἄνθρωποι, quod quis tandem intulerit? Est quidem pro τινές, sed indicat addendam esse definitionem, quales homines; quae postea inest latiori quaestioni καὶ ἐπειδὰν ἐγὼ

Digitized by Google

ἐρωτᾶ εἶναι. Eadem sensu, sed brevius dixerit ἄνθρωπον τοιοῦδε εἶναι *Theaetet.* κτλ. Astius in Comment. vocem defendit, sed rem non absolvit; quum contentionis tantum gratia additam existimat.

Ibid. D. *οἱ δ' οὔ, ἀλλὰ διὰ τοῦτο οὐ τοὺς ἑαυτῶν αἰτιάσονται* κτλ. Bonum est *οὐ* neque praefero *οὖν*. Explico: plane eodem modo, in hac quoque re pares civibus in civitate pro quorum imagine sunt.

P. 519. C. *φάσκοντας γὰρ ἀρετῆς διδάσκαλοι εἶναι πολλαχοῦ κατηγοροῦσι τῶν μαθητῶν ὡς ἀδικοῦσιν σφᾶς αὐτούς.* Quamvis non facile explicaveris unde ortum sit *αὐτούς* (nam glossemate ad *σφᾶς* quis opus habuerit?): nos tamen video quomodo defendi possit. Nam ea ratio qua sola sensum praebet, ut quaerantur ipsos se magistros, quibus summa gratia debeatur, iniuria affici, ea neque hoc loco desideratur, poscereque hanc collocationem: *ὡς αὐτοὺς σφᾶς ἀδικοῦσιν* sive *αὐτοὺς σφᾶς ὡς ἀδικοῦσιν*. Sic p. 520. B. simpliciter *ὡς πονηρόν ἐστιν εἰς σφᾶς*. Idem Astium sentire video. Stallbaumii explicationem „eos ipsos conqueri" non intelligo, neque congruit cum ea latina eiusdem versio.

Ibid. D. *σὺ δ' οὐκ ἂν οἷός τ' εἴης λέγειν εἰ μή τίς σοι ἀποκρίνοιτο;* Interrogandi signum sustulerant Heindorfius et Buttmannus in ed. 1., reduxerunt Stallbaumius et Buttmannus in ed. 2., sed hanc rationem non iam ut illam illustraverunt. Videbant illi in his verbis salsam ironiam, quae nulla est Callicle in hoc opere: sed aut festiva levitate aut importuna protervitate quae cogitat apertissime profatur. Sic hoc quoque in loco. Socrates fessus longa oratione eum interruperat: iam illi stomachatur: Putaram nunc quidem aliquando te missis quaestionibus continente oratione sensus tuos explicare: ecce iam denuo res haeret: nunquamne hoc praestare poteris? Cui expostulationi suavissime respondet quae saepissime hunc librum ornat Socratis tranquilla et subridens ironia: *ἴσως γε· νῦν γοῦν συχνοὺς τείνω τῶν λόγων.*

P. 521. A. *ἀλλ' ποτέραν οὖν με παρακαλεῖς τὴν θεραπείαν τῆς πόλεως; διάρισόν μοι τὴν τοῦ διαμάχεσθαι Ἀθηναίοις ὅπως ὡς βέλτιστοι ἔσονται, ὡς ἰατρόν, ἢ ὡς διακονήσοντα καὶ πρὸς χάριν ὁμιλήσοντα; — Λέγω τοίνυν ὅτι ὡς διακονήσοντα. Κολακεύσοντα ἄρα με ἂν γενναιότατε παρακαλεῖς.* Quod Heindorfius, Stallbaumius et Astius ante *κολακεύσοντα*

Digitized by Google

inserere volunt ὡς, mihi non modo ex tribus superioribus facillime suppleri videtur (alia est ratio locorum p. 514. A. D. quos Buttm. attulit), sed eo omisso simul facilior fit transitus ex phrasi ὡς κολακεύσοντα παρακαλεῖς με ad proximam Μυσὸν καλεῖν. — In quibus verbis — ut obiter hoc addam — recte videtur Olympiodori explicatio, quam etiam secutus est Stallbaumius, modo apodosin ex illius quam huius potius sententia conformes: Si hanc vivendi rationem, cui iam κολακείας nomine turpitudinis notam inuris, etiam peiore nomine infamare studes, imo si pessimo omnium, si Mysi nomine appellare eiusmodi hominem tibi libet; nihil proficies, nulla tamen exstat alia ratio qua ab omni te iniuria defendas. — Est eadem sententia quae p. 511. A. — Astii ratio huic cognata, sed paulo debilior videtur.

Ibid. E. ὦ παῖδες, πολλὰ ὑμᾶς καὶ κακὰ ὅδε εἴργασται ἀνὴρ καὶ αὐτούς, καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει, τέμνων τε καὶ κάων καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων ἀπορεῖν ποιεῖ. Melius videtur ita interpungi: καὶ τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων, καὶ ἰσχναίνων καὶ πνίγων ἀπορεῖν ποιεῖ, ne et διαφθείρει parum et ἀπορεῖν ποιεῖ nimium habeat explicationis.

P. 523. B. ὅ τε οὖν Πλούτων καὶ οἱ ἐπιμεληταὶ ἐκ μακάρων νήσων ἰόντες ἔλεγον πρὸς τὸν Δία. Stallbaumius cum Heindorfio ex Plutarcho recepit οἱ ἐκ μακάρων νήσων, in quo non agnosco Platonis manum, neque Astii subtiliore expositione permoveor. Nam qui accuratius apud utrumque scriptorem hanc narrationem considerat, animadvertit Plutarchum Platonis verba in accuratiorem formam redegisse, quum passim particulas adderet et alia mutaret, itaque vel inscius opinor sui aevi colorem illis inferret, quo tamen saepius singulorum vim et simul insignem vitae quotidianae imitationem a Platone multa cum arte expressam perdidit. Ex quibus Heindorfius plura quam debebat recepit, atque pariter h. l. verba ἐκ μακάρων νήσων multo facilius adiunguntur participio ἰόντες, si non per repetitum articulum arcte cohaerent cum substantivo ἐπιμεληταί. Pendent enim ut saepe fit inter utrumque.

P. 524. D. ἑνὶ δὲ λόγῳ, οἷος εἶναι παρεσκεύαστο τὸ σῶμα ζῶν, ἔνδηλα ταῦτα καὶ τελευτήσαντος ἢ πάντα ἢ τὰ πολλὰ ἐπί τινα χρόνον. Ita nobis quoque necessario legendum videtur, quum per totam rem imperfectum nunquam adhibitum sit

Digitized by Google

neque adhiberi potuerit. Nam quae Astius profert (, ita sunt ut prata"). quomodo inesse possint Graecis equidem non video. Simul per ἡ multo aptius oppositio inter πάντα et τὰ πολλὰ indicatur, atque ipsa vis v. πάντα augetur, quum sit idem fere atque: si non omnia quod plerumque, at sane pleraque. — Caeterum in proxima praegressis Stallbaumii explicationem vocis πρὸς ταῦτα Astius male reprehendisse est.

P. 525. D. ὧν ἐγὼ φημι ἕνα καὶ Ἀρχέλαον ἔσεσθαι — καὶ ἄλλον ὅστις ἂν τοιοῦτος τύραννος ᾖ. Ἕνα servandum esse ex ipsis rationis utriusque exemplis ab Heindorfio allatis apparet. Ponitur enim, ubi ex numero et genere quodam unus ita effertur, ut orationis vis sit in illo, omittitur, ubi significatur inesse aliquem generi cuidam, ut vis illa sit in hoc genere.

P. 526. C. ἐνίοτε δ' ἄλλην εἰσιδὼν κτλ. Quod non additur ψυχήν, quamvis non ψυχή, sed τοιοῦτός τις praecesserit, plane convenit libero et negligentiori dicendi generi quod per omnem hunc mythum conspici iam supra monuimus. Accedit quod ψυχήν, si omnino addendum fuisset, proxime vel ante vel post εἰσιδών locum habere debuisse arbitror. Eadem ratione infra in verbis ταὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ ὁ Αἰακός male δὲ omittitur. Omisso enim oratio multo fit pressior et magis ornata quam pro loci colore. Neque haerebit in ter repetito vocabulo, qui p. 523. A. — 524. decies repetitum οὖν (v. praecipue p. 523. B.), p. 523. C. ternum γάρ intra tres versus, atque ibidem ἔφη — ἔφη — ἡ δ' ὅς intra quattuor, denique ibidem haec verba consideraverit: οἱ κρινόμενοι κρίνονται· ζῶντες γὰρ κρίνονται. Neque haec ferenda modo, sed agnoscenda in iis ars scriptoris.

Ibid. ἐκέκτητο δὲ τοίνυν φάβδον ἔχων ὁ Μίνως ἀκουσόμενος πάλαι, μόνος ἔχων τοιαύτην σκῆπτρον, ὡς φησιν Ὅμηρος ὁ Ὁμήρου ἰδὼν αὐτὸν χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα ἀγορεύοντα ἡμιν τάδε. Platoni haec servanda esse iam Boeckhius et Stallbaumius exposuerant, ut non iam hoc demonstrandum esse videretur, atque in ed. 2. Heind. plane haec dubitatio silentio pressa sit. Sed denso qui eam moveret Astius exstitit. Et tamen profecto multae sunt causae quarum quaeque rem evincit. Sic quae Heindorfio et Astio visa est nimis exigua sedendi, baculi, sceptri mentio, num maioris momenti supra distinctio Asiae atque Europae in ortu iudicum? Et omnino Platonem in hoc mytho aliter atque in aliis sublimia minime

Digitized by Google

quaesitisse, sed vulgari captui se accommodasse non solo ex dictione apparet. Nullo enim in alio ita ex vulgi opinione fabulas suas proposuit et quasi sedulo cavit ne novare aliquid videretur. Quo pertinet etiam ratio qua Homeri versum testimonii loco et auctoritate illius nitens attulit, quam alius non nisi ludens posterum verba intuiscent. Quod eadem mente eum fecisse opinor qua totum dialogum, id quod nemimem fugere potest, data opera ita instituit ut vel indoctus, quin vel negligens lector scripteris sententiam non possit non perspicere. Hoc vero exponere non huius loci est: unum addam, nisi hoc finis absolutus esset mythus et quasi rotundus factus, nullo modo Plato novam orationem ordiri potuisset ita ut fecit his verbis ἐγὼ μὲν οὖν ὦ Καλλίκλεις κτλ. — At de parva re ut moneam restat. Mösii complures editores interpungendo cum κάθηται iunxerunt neque quisquam obloquutus est, Stallbaumius etiam diserte explicat „eum solum sedere quum ceteri stare soleant". Sed quis unquam audivit iudicem stantem ius dicere? Contra apertum est Minoem solum sceptro aureo ornatum opponi alteris duobus nonnisi virga instructis. Res ipsa et ratio versus Homerici plura addere vetant: neque omnino video quomodo suam rationem (κάθηται μόνος) Astius ipso illo Homeri versu confirmare voluerit, neque magis Luc. Necyom. 11., ubi aeque atque in Homero de reliquis duobus nulla plane mentio. Quod vero pro simplici ἐπισκοπεῖ dixit ἐπισκοπῶν κάθηται, quae res ansam dedit erroris, ex Homero fluxisse arbitror, qui post versum citatum ἥμενον addit.

P. 527. A. καί σε ἴσως τυπτήσει τις καὶ ἐπὶ κόρρης ἀτίμως καὶ πάντως προπηλακιεῖ. Ἐπὶ κόρρης abesse non posse Buttmannus ostendit; sed nec ἀτίμως praeter necessitatem additum ferri modo posse dixerim. Eo ipso enim alterum minus fit ἀγροικον, quum Socrates ipse quam grave sit illud se sentire ostendat.

Ibid. C. ἐμοὶ οὖν πειθόμενος ἀκολούθησον ἐνταῦθα οἷ ἀφικόμενος εὐδαιμονήσεις καὶ ζῶν καὶ τελευτήσας, ὡς ὁ λόγος σημαίνει. Quod Stallbaumius recepit ὁ σὸς λόγος, multi quidem codices tuentur, sed alienum est ab hoc loco, ubi nec Calliclis nec suum λόγον Socrates affert, sed eum quem communiter uterque atque etiam Polus et Gorgias probaverunt, ut ne addito quidem καί ferri possit. Aptius etiam fuisset p. 511. B. ubi tamen Stallbaumius ipse contra eosdem auctores σός re-

Digitized by Google

fecit. — Neque aliter supra R. οὗτος ὁ λύχος. — Similiter Astius.

Ibid. καὶ ἔσαόν τινά σου καταφρονῆσαι ὡς ἀνοήτου καὶ προπηλακίσαι ἐὰν βούλῃται καὶ ναὶ μὰ Δία σύ γε θαρρῶν στασάξαι τὴν ἄνιμον πληγήν. Πάταξαι a Stallbaumio demum revocatum esse valde miror. Infinitivum et codicum auctoritas et sensus satis tuentur sive potius postulant. Vere dixit θαρρῶν imperativum postulare: sed ipse in ed. mai. iam rectissime eum exhibuit in verbo ἔσαον, cuius ellipsis exempla idem satis multa attulit ad p. 451. D. Medio autem nullus omnino hic locus: quod nisi fallor ne esset quidem „cura te verberandum" sed proprie „cura tibi verberandum sc. alium i. e. verbera". Ita rem verius etiam defendi opinor quam ex Astii ratione. Ceterum in Aristophanis loco (Nub. 494.) τύπτομαι pro simplici passivo habeo, quo efficitur iocus qualis Strepsiadem decet pinguis et stolidus.

Digitized by Google

HENRICI IULII URBANI
PHILOS. DR. GYMNASII CLAUSTHALIENSIS CONRECTORIS

COMMENTATIO CRITICA

DE

LOCIS NONNULLIS LUCIANI.

Digitized by Google

Digitized by Google

In Luciano emendando et explicando etsi doctissimi sagacissimique viri insigni cum laude elaborarunt, larga tamen criticae facultatis in eodem campo exercendae etiamnunc suppetit materies. Quod quum intellexissem, aliquot abhinc annis Samosatensis libros evolvens, magis magisque alliciente et detinente lectione, acriori studio tractare coepi scriptorem elegantissimum. Itaque annotabam, si quae suspecta esse viderentur, et sicubi emendandi via pateret, mutabam, eo consilio, ut obscura et impedita explanarem expeditioremque ex aliqua certe parte facerem scriptorem postea lecturis. Iam vero hac scribendae commentationis occasione sic utar, ut difficiliora quaedam ex locis istis selecta aut leni verborum mutatione sanare, aut nova explicatione iuvare tentem peritisque Lucianei sermonis iudicibus proponam.

Catapl. c. 5. *Σὺ δὲ παραλαμβάνων στοίβαζε καὶ συντίθει, ὦ Ἑρμῆ· σὺ δὲ τὰ νεογνὰ ταυτὶ πρῶτα ἐμβαλοῦ· τί γὰρ ἂν καὶ ἀποκρίναιτό μοι;*

In Cataplo, ad fabulae scenicae similitudinem conformato, quum res gestae ita proponantur, ut oculis auribusque percipi posse videantur, mirari licet, quid sit, quod nec locum nec rationem actionis satis attenderint interpretes. Est autem universum, de quo h. l. agitur, negotium tripartitum. Ad scalam navalem (*ἀποβάθραν*), quam transgrediebantur in scapham descensuri, consedit Clotho Parca, manu tenens libellum mortuorum a Mercurio recens adductorum et singulos deinceps nomine recitans, a Maiae filio propius adducendos et Charonti tradendos; Charon nauta accipit ingressos, stipat et componit. Quod si haec est actionis ratio, constanter in reliquo sermone servata, non temere ab illa Lucianum h. l. discessisse putabimus. Verum enim vero mandatur Mercurio, quod aperte est Charontis officium, verbis *σὺ δὲ παραλαμβάνων στοίβαζε καὶ συντίθει, ὦ Ἑρμῆ*. Praeterea *σὺ δὲ* repetitum et ad eundem Mercurium relatum iam Seagero et Lehmanno corruptelae suspicionem moverunt, ita ut ille *καὶ δή*, hic *νῦν δὲ* substi-

Digitized by Google

tuendum putaret. Mihi vero interpunctione mutata et ὦ vocula, quae abest a codice Guelpherbytano, omissa, rectissime procedere videtur oratio in hunc modum: *σὺ δὲ παραλαμβάνων στοίβαζε καὶ συντίθει· Ἑρμῆ, σὺ δὲ* etc.; quo facto Parca ea mandabit Mercurio et Charonti, quae vere faciunt per totum dialogi decursum *). Eadem colloquii ratio cogit, ut insequentibus verbis: *οἱ ὑπὲρ ἑξήκοντα πάριτε ἤδη* usque ad *καὶ καθ' ὥραν τετρυγημένοι* Mercurii nomen cum libro Guelph. praeponamus, deinde verba *Νὴ Δί' ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη εἰσί* eodem iure quo superiora *Βαβαὶ τῆς εὐαγρίας* etc. Charonti, quae vere sequuntur: *τοὺς τραυματίας ἐπὶ τούτοις* etc, Parcae vel invitis codd. tribuamus. Si quis autem quaerat, cur ὦ omiserim, meminerit, vocativum demta interiectione aut esse vocantis animumque alterius advertere cupientis, aut concitatius loquentis. Cf. Cat. c. 20. *Μίκυλλε, σὺ δ' οὐδὲν οἰμώζεις;* Diall. Deor. 4, 1. *Ἄνθρωπε, οὐκ ἀετὸς ἄρτι ἦσθα;* Herm. ad Soph. Oed. Col. v. 172.

De Mercede Cond. c. 2 sq. *Ἐν δὴ τούτοις καὶ τῇ τούτων διηγήσει ἐδόκουν μοι τὰ πολλὰ οὗτοι ὑπ' αἰσχύνης ἐπικρύπτεσθαι καὶ ἑκόντες εἶναι ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν· ἀλλ' ἔγωγε κἀκεῖνα καί τιν' ἄλλα ἐκ τῶν λόγων ξυντιθεὶς εὑρίσκω προσόντα ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις, ἃ οὐκ ἐκνήσω σοι πάντα, ὦ καλὲ Τιμόκλεις, διεξελθεῖν.*

Haec si quis obiter mentisque acie minus intenta percurrat, acquiescat fortasse in vulgata loci scriptura; sed aliter sensurum confido, qui lectionum diversarum momenta et loci rationem voluerit expendere. Profitetur Lucianus in antecedentibus, se suam vitae mercede conductorum scientiam non ex sua ipsius vita hausisse, sed ex aliorum sermonibus; plurima tamen illos in pristinae conditionis expositione occultare et libenter oblivisci voluisse visos. Iam vero unde ea, quae mercede conducti silentio transierunt, hauriet? Num haec quoque ex illorum narrationibus componere ei licebat ideoque ut vere coniuncta cum istius modi vita proponere? Sentisne iam, egregie secum pugnare loci sententiam? Accedit, quod parum concinne effecta

*) Idem Carolus Iacobitz in edit. minore, quae anno 1835. prodiit huius libelli, proposuit, sed et in hac et in Luciani Opp. Vol. I. p. 380. recepit Iacobsii emendationem: *σὺ δὲ παραλαμβάνων στοίβαζε καὶ συντίθει. σὺ δέ, ὦ Ἑρμῆ,* κτλ. *Editores.*

Digitized by Google

est oratio. Nam quum sententia flagitet, ut primarium enunciatum: *ἐδόκουν μοι τὰ πολλὰ οὗτοι ὑπ' αἰσχύνης ἐπικρύπτεσθαι καὶ ἐχόντες εἶναι ἐπιλανθάνεσθαι αὐτῶν* opponatur huic: *ἀλλ' ἔγωγε — οὐκ ὀκνήσω σοι πάντα, ὦ καλὲ Τιμόκλεις, διεξελθεῖν*, posteriora verba, relative enunciata, mirifice claudicant. Denique attende lectionum discrepantiam, quum M. V. 2956. *ἐκ τοῦ λόγου* pro *ἐκ τῶν λόγων* suppeditent, M. vero exhibeat quidem *ἃ* pronomen, sed a recentiore manu additum, V. denique *ἐστίν* (incertum quo loco) adiicere perhibeatur. His animo reputatis omnibus, vix dubitandum videtur, quin ita ab initio scriptum fuerit: *ἀλλ' ἔγωγε κἀκεῖνα καὶ ἔτι τιν' ἄλλ', ἃ ἐκ τοῦ λόγου ξυντιθεὶς εὑρίσκω προσόντα ταῖς τοιαύταις ξυνουσίαις, οὐκ ὀκνήσω σοι πάντα, ὦ καλὲ Τιμόκλεις, διεξελθεῖν*, hoc sensu: At ego et illa (i. e. quae mercede conducti tegere videbantur), et alia insuper nonnulla, quae ratione colligens (*nach vernünftiger Erwägung (Untersuchung) der Sache*) coniuncta invenio cum eiusmodi familiaritatibus, non gravabor tibi, mi bone Timocles, enarrare omnia. Cf. De Merc. Cond. cap. 4. *ὅτι δ' ἂν οὖν ὁ λόγος αὐτὸς ἐπιὼν ἐξευρίσκῃ, τούτου τὴν αἰτίαν μάλιστα μὲν οἱ ποιοῦντες αὐτοί, ἔπειτα δὲ οἱ ὑπομένοντες αὐτὰ δίκαιοι ἔχειν.* Hermot. c. 50. *ἐγὼ δὲ μετά σου σκεπτόμενος εὗρον τὸ ἐκ τοῦ λόγου ἀποβάν.*

Ibid. c. 32. *Καὶ τὰ μὲν ἐν τῇ πόλει ταῦτα. ἦν δέ που καὶ ἀποδημῆσαι δέῃ, τὰ μὲν ἄλλα ἐῶ. ὕοντος δὲ πολλάκις, ὕστατος ἐλθὼν* (*τοιοῦτο γάρ σοι ἀποκεκλήρωται*) *καὶ τὸ ζεῦγος περιμένεις, ἔστ' ἄν, οὐκ ἔτ' οὔσης καταγωγῆς, τῷ μαγείρῳ σε ἢ τῷ τῆς δεσποίνης κομμωτῇ συμπαραβύσωσιν, οὐδὲ τῶν φρυγάνων δαψιλῶς ὑποβαλόντες.* Haec in Lehmanni editione sic latine conversa leguntur: „Haec quidem urbanae vitae ratio. Si qua vero etiam iter instituendum sit, reliqua omitto. Saepe vero quum pluit, ultimus tu veniens (hoc enim sors tibi tribuit) et iumenta exspectas, donec, quum iam non amplius sit vecturae copia, cum coquo te aut ciniflone dominae in vehiculum compingunt et ne virgultorum quidem satis substernunt.“ Qua interpretatione nihil fingi potest obscurius, nihil perversius. Solanus, etsi omnino in dubium vocans loci integritatem, maxime tamen *καὶ* particula offensus, hanc deletam, Seagerus in *κατὰ* mutandam censuit. At non tam mutatione, quam iusta coniunctione verborum et explicatione opus videtur. Et primum quidem *πολλάκις*, quod cum verbis *ὕοντος δὲ* con-

Digitized by Google

sociatum mirifice languet, cum sequentibus ὕστατος ἐλθών componendum esse apparet, deinde verba καὶ τὸ ζεῦγος adiungenda inclusis parenthesi verbis (τοιοῦτο γάρ σοι ἀποκεκλήρωται καὶ τὸ ζεῦγος) et universa loci sententia sic constituenda: Haec quidem urbanae vitae ratio. Sed si quando peregrinandum quoque sit, reliqua omitto; cum vero pluit, saepe tu ultimus veniens (nam eiusmodi tibi iumenta obtigerunt, *denn darnach ist dir auch das Gespann zu Theil geworden*, sc. ut id vitari nequeat), exspectas, donec, quum nulla iam sit devertendi copia, cum coquo te aut ciniflone dominae in vehiculum compingunt et ne virgultorum quidem satis substernunt. Infelici magistro neque illa, quam fortasse speravit, commoditas, nec currus albis equis iunctus peregrinanti obtingit (vid. c. 13.), sed tam misera iumenta, ut tempestate pluvia, itinere tardissime procedente, postremus in deversorium perveniat; postremo, misellis bestiis curriculo promovendo, viribus exhaustis, non iam sufficientibus, cum servis in vehiculum compingitur homo vexatissimus et commoditati eius adeo non prospicitur, ut vel sarmenta, quibus insidere possit, deficiant. Cf. Xen. Cyr. 5, 2, 15. στρώματα δὲ νομίζετε, οὐχ ὅσα πράβατα φύει ἔρια, ἀλλ' ὅσα φρύγανα ὄρη τε καὶ πεδία ἀνίησιν.

Hermot. c. 59. ἀλλὰ καὶ εἴ τις γεύσαιτο ἀφυσάμενος ὀλίγον ὅσον αὐτοῦ, εἴσεσθαι αὐτίκα, ὁποῖος ἅπας ὁ πίθος ἐστίν, ἀκόλουθον καὶ τοῦτο, καὶ οὐδὲν ἂν ἔγωγέ τι ἀντεῖπον. Postrema nihil aliud possunt significare nisi hoc: consequens etiam hoc, nec quidquam equidem contradixissem; quod eum tantum dicere posse apparet, qui aliquid oblocutus est; atqui nihil opposuit Lycinus. Adde, quod ἀντείπω pro ἀντεῖπον in libris reperitur. Haec igitur me adducunt, ut locum depravatum ita restituendum putem: καὶ οὐδὲν ἔγω ἔγωγ' ὅ τι ἀντείπω, nec habeo equidem quidquam, quod opponam; nam ἔγω facile excidere potuit ante ἔγωγε, ἄν vero ex litera initiali verbi ἀντείπω ortum videtur, ut fit, quum mente praecepta scribere exorsi in viam redimus.

Ibid. c. 76. Τὸ μετὰ ταῦτα δὲ σὺ ἂν ἄμεινον εἰδείης εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωικῷ τοιούτῳ καὶ Στωικῶν τῷ ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήθ' ὑφ' ἡδονῆς κατασπᾶσθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρεῖττον καὶ πλούτου κατηφρονηκότι καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου. ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρόστατον

Digitized by Google

ἐνδεὴς ἀτελής, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ, εἰ δὲ τοῦτο οὐχί, οὐδέπω εὐδαίμων. Contaminatus est hic locus non una nec levi macula, quam eluere iam conabimur. Nam quum verbis Στωϊκῷ τοιούτῳ — εὐδαίμονι Stoici omnibus numeris perfecti notio contineatur, inepte definienda notio ipsis, quibus explicatur, verbis intertexitur. Accedit, quod statim suo loco posita sequuntur verba: ἀποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου, quae et ipsa consummatum ab omni parte Stoicum denotant. Quae quum ita sint, non possumus non subditicia habere verba καὶ Στωικῶν τῷ ἄκρῳ, in margine ab eo haud dubie apposita, qui perfectum Stoicum hic describi admonere vellet lectorem, posteaque in ipsum ordinem recepta. Nec praetermittenda est lectionis discrepantia, haud raro manus alienae index, quum P. et A. ἐς Στωικὸν τὸ ἄκρον, W. autem ἐς pro καὶ suppeditent, aliis nimirum aliter importuna verba Lucismo obtrudere conantibus. Sequitur, ut de verbis κἂν πάντα πλείω ἔχῃ dicendum sit. Et absolutae quidem perfecti Stoici notionis ea est vis, ut nihil perfectioni addi demve queat; quare vel ὁ κατὰ μικρότατον ἐνδεὴς imperfectus habetur, nec magis summum absolutionis gradum quisquam excedere poterit. Atqui hoc sensu, si quid omnino significant, verba suspecta posita oporteret. Itaque olim lectum fuisse coniicio: κἂν πάντα πλέω ἔχῃ, et si omnia plena (*vollständig*) habet; cf. Xen. Cyr. 1, 6, 7. ἅπως ἕξουσι πάντα τὰ ἐπιτήδεια ἅπλεω. Ceterum, uti h. l. καὶ Στωικῶν τῷ ἄκρῳ, sic c. 17. in his: οἱ μὲν δὴ ἀντίδοξοι οὐκ ἔλεγον ὡς τὸ εἰκός· (οὗτοι δὲ ἦσαν οἱ τὰ ἄλλα φιλοσοφοῦντες·) verba uncis inclusa ipsa quasi alta voce spuriae originis se incusant, licet libris refragantibus.

Eun. c. 3. Αὕτη, ὦ Πάμφιλε, ἡ Ἑλένη, ὑπὲρ ἧς ἐμονομάχουν πρὸς ἀλλήλους· καὶ ἄκρως γε τούτου γελοῖον οὐδὲν ἦν ἐκείνους, ὡς τὸ φιλοσόφους εἶναι φάσκοντας καὶ χρημάτων καταφρονεῖν, ἔπειτα ὑπὲρ τούτων, ὡς ὑπὲρ πατρίδος κινδυνευούσης καὶ ἱερῶν πατρῴων καὶ τάφων προγονικῶν ἀγωνίζεσθαι.

Alius aliam huic loco medicinam attulit, at qui morbum persanaret, exstitisse puto neminem. In Lehmanni editione hae proponuntur virorum doctorum sententiae: „Corruptum arbitror, scriptumque a Luciano γελοῖον ἤδη ἦν ἐκείνους. Solan. Sic magis etiam impediri locum, facile intelligitur. I. Seagerus

Digitized by Google

in Classic. Iourn. No. XXXII. p. 233. sic scribit: Si *ἐκείνους* retineamus, eiiciendum *ὡς*. Sed mihi videtur Lucianus scripsisse: — *ἦν, ἐκείνους, οὕτως* etc." Verum ne sic quidem quidquam ad restituendum locum profici, iure contendit Lehmannus, qui vix dubium esse posse dicit, quin vitium in sola voce *ὡς* lateat, inque locum eius vel *εἰ μή*, vel *πλήν*, vel tale quid substitui debeat. Ipse tamen nihil decernens liberum reliquit aliorum iudicium. Haeremus primum in pronomine *ἐκείνοις*, quod quo referendum sit, non apparet; de philosophis concertantibus cave cogites, hi enim tantum abest ut h. l. rideant alios, ut ipsi ab aliis rideantur. Huc adde, quod nec *ὡς* vocula commodum facilemque explicatum habet. Haec igitur me movent, ut verba corrupta lenissima et paene nulla mutatione ita emendanda putem: *Καὶ ἄχρι γε τούτου γελοῖον οὐδὲν* (sc. *ἐστίν*) *ἢ ἐκεῖνο ἴσως, τὸ φιλοσόφους εἶναι φάσκοντας* etc. Attico sale, ut solet, perfricat homines ridiculos, dubitanter proponens rem minime dubiam; nec deest derisori amicus, qui severa scilicet fronte affirmet, non peccare in ea re praeclaros philosophos, sed ex disciplinae lege facere.

Nigrin. c. 6. *Καὶ μὴν τοῦτό γε οὐ μεθύειν, ἀλλὰ νήφειν καὶ σωφρονεῖν ἐστιν. ἐγὼ δὲ βουλοίμην ἄν, εἰ οἷόντε, αὐτῶν ἀκοῦσαι τῶν λόγων· οὐδὲ γὰρ σὺθὲ καταφρονεῖν αὐτῶν οἶμαι θέμις, ἄλλως τε εἰ καὶ φίλος καὶ περὶ τὰ ὅμοια ἐσπουδακὼς ὁ βουλόμενος ἀκούειν εἴη.* Primum hoc tenendum puto, *αὐτῶν*, de quo disceptant interpretes, non pro neutro posse haberi, sed nisi ad *λόγων* antegressum non posse referri; nam locorum a Lehmanno allatorum diversa tamen ratio videtur. Deinde offensioni est mira sententiarum compositio: *nefas puto, contemni eiusmodi sermones, praesertim si amicus audire velit*; quasi pluris sint faciendi tales sermones, si qui audire capiat, quam si nolit. Immo de contemtu tam praeclarae orationis, cuius dulcedine mire delectatus planeque delinitus erat Lucianus, omnino nulla subit cogitatio. Itaque quum Amicus Lucianum ad sermonem, quem in imo pectore reposuisse et vel amico invidere videbatur, tandem communicandum eo permovere studet, ut dicat, non despiciendam esse eiusmodi orationem, praesertim si amicus audire velit, stimulo utitur, qui omni careat aculeo. Iam vero negari non potest, bene apta et inter se nexa fore omnia, si *φθονεῖν* in locum verbi *καταφρονεῖν*, quae facile a librariis misceri poterant, substitueris, unde haec

Digitized by Google

nascitur loci sententia: Atqui hoc quidem non est ebrium, sed sobrium atque temperantem esse. Ego vero optarim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim invidere eam (*sie vorzuenthalten*), opinor, fas est, praesertim si, qui audire cupit, et amicus est eidemque studio deditus. Idem brevius dixit Lucianus in Necyom. cap. 2. *Μηδαμῶς, ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διός, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί.* Ceterum iam Schmiederus *καταφθονεῖν* (vox inaudita) *αἰτοῦντι* proposuit.

Diall. Mort. 5, 2. *Γέλοῖα πείσονται, πανοῦργοι ὄντες· πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐπελπίζει.*

Desidero particulam adversativam, qua Eucratem senem (*κἀκεῖνος*) adulatoribus suis opponi intelligatur; quare pro *πολλὰ* reponendum iudico *ἀλλά*. Sensus hic est: Ridicula patientur homines subdoli; verum et ille perbelle deludit eos et spe vana laetat. Non semel illas voces in libris confusas deprehendimus.

De Saltatione c. 19. *ἴδοις τ' ἂν οὖν αὐτοὺς πρὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν ὠκέως διαλλαττομένους καὶ αὐτὸν μιμουμένους τὸν Πρωτέα.* Seagerus iure offensus *αὐτὸν* pronomine, substituendum putavit *αὐτῶν*, reddens: prout tempora, occasiones ab illis postulant. Quod non videre se dicit Lehmannus, qua ex parte vulgatae rationi praestet. Et profecto fatendum est, *αὐτῶν* non minus redundare quam *αὐτόν*. Itaque equidem *αὐτὸν* prorsus eiiciendum puto, quum verba *ὑπὸ τὸν αὐτὸν καιρόν*, si sumimus genuina esse, nihil nisi moleste consequentis vocabuli *ὠκέως* vim intendere videantur. Cf. Diall. Deor. c. 4, 1. *πρὸς τὸν καιρὸν ἀλλάξας ἐμαυτόν*, qui locus, si sententiam spectas, a nostro nihil plane discrepat. Quemadmodum h. l. *αὐτόν*, sic articulus expellendus in Lycurg. or. adv. Leocr. §. 146. in his verbis: *Βούλομαι δ' ὅτι βραχέα πρὸς ὑμᾶς εἰπὼν καταβῆναι καὶ τὸ ψήφισμα τοῦ δήμου παρασχόμενος, ὃ περὶ εὐσεβείας ἐποιήσατο· χρήσιμον γὰρ ὑμῖν ἐστι τοῖς μέλλουσι τὴν ψῆφον φέρειν· καί μοι λέγε τὸ αὐτὸ ψήφισμα. ψήφισμα.* Ad quem locum Bekkerus haec annotavit: „Fallor aut latet in pronomine (*τὸ αὐτό*) nomen eius, qui hoc psephisma tulit.“ Sed quum in optimo libro A., teste Osanno, desit illud, quod titulo inservit, vocabulum *ψήφισμα*, relicto spatio vacuo, titulum perperam a librariis ipsi verborum ordini adiectum et deinde articulum additum esse, verisimilli-

Digitized by Google

mum est. Propono igitur: καί μοι λέγε αὐτό· ψήφισμα, quod iam sequi plebiscitum indicat *).

Tim. c. 14. πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα, πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν; Magnopere turbata esse haec verba, ostendit Lehmanni editio, haec annotantis: „Sic edidimus e cod. Gorl. praeterquam quod is ἐκεῖνα habet pro ἐκείνων. Cum hoc cod. conveniunt Aug. et 2957., ita tamen, ut post ταῦτα inserant σου. Prorsus conveniunt Coll. G. Sic scripsit Schmiederus, addito tamen σου post ταῦτα ex Aug. et 2957. Eadem habet I. exceptis σοι pro σου et ἐκείνων pro ἐκεῖνα. Eadem et A. 2., modo σου exhibet pro σοι. In Exc. ex P. sic notatum: πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα .... πάλαι μὲν ἐκεῖνα .... In ceteris, quas et Hemsterh. secutus: πῶς οὐκ ἄδικον, πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι. In minori tamen ed. sumserat sibi idem Hemst., ut scriberet σε pro σου. Abresch. Dilucc. Thuc. p. 246. et 830. sibi non constitit.“

Iam vero, critico apparatu ante oculos posito, quid sit faciendum loco, experiamur. Depravationis origo ducenda videtur ex pron. ταῦτα, quo perperam ad antecedentia relato etiam ἄδικον in ἄδικα mutatum oportuit; neque enim pluralis numeri idoneam rationem invenio, quum adiectivum ad simplicem accusandi notionem, quae inest verbis αἰτιᾶσθαι et ἐπικαλεῖν, pertineat; cf. Isocr. Panath. §. 61. πῶς οὐ δίκαιόν ἐστιν ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν μᾶλλον, ἢ τὴν ἐν ἅπασι τούτοις ἀπολελειμμένην; Nec negligendum est, quod non attenderunt viri docti, epanaleptice hic repeti superiora: σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ etc., quare pronomen cum vi positum antegressa, quibus larga illa Pluti in Timonem opprobria continentur, comprehendit ideoque ab insequenti αἰτιᾶσθαι pendere intelligitur. Idem flagitat oppositionis ratio; nam quum πάλαι μὲν et νῦν δέ, τῷ Τίμωνι et ἐκείνων sibi respondeant, verba τὰ ἐναντία non habent cui opponantur, si ταῦτα ad antecedentia retuleris. Tum etiam improbanda est verbi αἰτιᾶσθαι cum gen. ἐκείνων constructio. Etenim componitur illud verbum vel cum acc. personae, vel

*) Eandem fere rationem sanandi locum inierunt Baiterus et Sauppius. *Editores.*

Digitized by Google

cum accusativo rei; vel adsciscit simul acc. pers. et rei, vel acc. pers. et gen. rei (gen. causae) simul. Nihil horum in nostrum locum cadit; nam aut ἐκεῖνα, quod praebet liber Gorlicensis, aut ἐκείνους (i. e. τοὺς πλουσίους) erat ponendum. Denique σου, quod abest a libro Gorlicensi, cum propter fluctuantem scripturam, tum propter incertam sedem suspectum, ad sententiam minime necessarium ideoque eiiciendum videtur. Quae quum ita se habeant, a vero fortasse non aberremus, si haec rescribenda censeamus: πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, ταῦτα πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν; i. e. Qui igitur iniustum non sit, hanc illorum rationem olim accusasse, nunc vero Timoni contraria exprobrare? ταῦτα arcte cohaeret cum genitivo ἐκείνων, uti Diall. Deor. c. 20, 2. τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου; Hermotim. ὁ γοῦν Μῶμος ἀκήκοας οἶμαι ἅτινα ἠτιάσατο τοῦ Ἡφαίστου, et qui ab novissimo Timonis editore allati sunt loci ex Tim. cap. 57. ἐπαινῶ σου ταῦτα, Plat. Apol. Socr. p. 17. τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχύντατον εἶναι, quae exempla usum illum probantia a quovis facile augeri cumularique possunt.

Digitized by Google

Digitized by Google

ERNESTI EDUARDI SEILERI

PHILOS. DOCTORIS

DISSERTATIO

DE

LEXIPHANE ET ALIQUOT LOCIS EX ALIIS LUCIANI SCRIPTIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Graecorum eloquentia aliquamdiu paene sepulta cum imperatorum auspiciis literarum Graecarum amantissimorum, Hadriani potissimum et utriusque Antonini denuo effloruisset, maximo in honore fuisse sophistas consentaneum est, qui cum ceteras bonas artes tum rhetoricam profiterentur in iisque instituerent iuventutem. Sed non amplius eloquentia talis erat qualis Demosthenis temporibus aut Ciceronis, sed profecta ex Asiatico illo molli atque enervato genere dicendi deficiente medulla atque animo in artificiosa compositione certis regulis adstricta et in externo quodam ornatu versabatur. Non amplius valebat commovere et inflammare homines sed solummodo demulcere atque oblectare. In qua etiam qui maxime excelluerunt egregie a natura praediti homines et acerrimo studio sectati oratores Atticos, nullo pacto comparari possunt cum divinis illis ingeniis, quae priora saecula tulerunt. Sed hoc genus eloquentiae cuius ipsa natura et ratio in se corruptionis semen fovebat mox eo degeneravit, ut apud plerosque nihil esset nisi ars quaedam de quavis re proposita copiose et cum specie quadam dicendi, in qua arte exercenda id solum spectabant, ut externo splendore (*ἀνεμῶναι τῶν λόγων*, Luc. Lex. c. 23.), doctrinae vana ostentatione, figuris rhetoricis aut rei quam tractabant futilitatem aut verborum inanitatem occultarent et hac ratione imperitam multitudinem fallerent. Erant sane homines sed pauci, qui ingenio praestantes et veterum scriptorum studio mentem expolitam habentes praeclara exhibuerunt eloquentiae specimina; sed horum paucitas in censum venire nequit cum innumerabili turba ceterorum, quorum numerus cum numero publicarum scholarum et rhetoricae cathedrarum crescebat. His autem hominibus, qui non raro morum pravitatem perversitati mentis addebant, non potuit non Lucianus gravius irritari, qui cum divinum suum ingenium studio optimorum cuiusvis aetatis scriptorum haberet institutum atque expolitum et usu edoctus probe intelligeret eloquentiam sine sententia atque rei scientia nullam esse; istos rhetoricae doctores aeque ac pseudo-philosopherum illiusa tem-

Digitized by Google

poris ineptem plebeculam acerbissime saepe cavillatus est, non solum in peculiaribus libris, qualis est Rhetorum praeceptor et Pseudologista, sed etiam in aliis scriptis satiricis, ubi id quidem commode fieri potuit. Et hoc quidem eo facilius facere potuit, quo accuratius ipse artem istam pernovit, quam circiter per viginti annos rei familiaris inopia exercuerat. Cum ipse puro, simplici, iucundo uteretur sermone et omni fuco, omni tumore abstineret, summopere bilem ei moveri consentaneum erat perversa illa temporis illius contentione Atticam dictionem imitandi, quae profecta e laudabili studio, moderata et scita veterum imitatione linguae indies magis magisque increscentem corruptionem inhibendi, de qua egregie exposuit Emperius in Commentatione de oratione Corinthiaca Dionis Chrysostomi p. 5, deinde in putidum illud Atticarum et vocum et formarum aucupium degeneravit, quod quam ridiculum sit Lucianus ostendit in Soloecista. In hoc studio nonnulli eo progressi erant insaniae, ut quorundam Alexandrinorum poetarum exemplo obsoleta quaeque et situ antiquitatis obducta vocabula undecumque conquirerent iisque non contenti nova artificiose componerent et talibus squalentibus scripta refercirent, quo et doctrinae et elegantiae Atticae laudem assequerentur. Cf. de his ὀνοματοθήραις Athenaeum l. 3. p. 97 sqq. Hanc aetatis illius perversitatem et aliis locis acerbe notavit ut Pseudol. c. 24. 27. Rhetor. praec. c. 16. 17. et peculiari libello exagitavit, quem Lexiphanem inscripsit. Hos enim in libro introducit hominem convivii descriptionem vel potius eius initium recitantem, quae praeterquam quod scatet multitudine vocum aut prorsus obsoletarum aut inusitata significatione usurpatarum mirisque constructionibus ac ridiculum ostendit studium Atticissantium *) et quarundam figurarum **), etiam ob rerum quae tractantur futilitatem et ob neglectum qui

*) Quod studium miris modis saepius prae se fert Lexiphanes. Sic puerum vocat Ἀττικίωνα c. 3, se ipsum ὄφελος ἀττικίσεως c. 14. Huc pertinent Luciani verba c. 23: οὐδὲ διὰ στόματος ἐκείνῳ χείρων τοῖς ἀρίστοις ἔσῃ Ἕλλην καὶ Ἀττικὸν ἀποκαλούντων σε. et c. 25: τὸ δὲ πάντων καταγελαστότατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὅτι ὑπεραττικὸς εἶναι ἀξιῶν κτλ. Etiam nomina propria huc revocanda Ὀνομάκριτος c. 3 et Ὀνόμαρχος c. 4.

**) v. c. alliterationis c. 15: πλεῖ καὶ νεῖ καὶ θεῖ. c. 20: μὴ πτῶμα γένοιτό μου τούτων τῶν λόγων τὸ πρῶτον.

Digitized by Google

singulis narrationis partibus intercedere debet ordinem reprehensione dignissima est; ita ut statim intelligas talem narrationem non oriri potuisse nisi ea ratione, quam Lucianus ipse indicat c. 24: τὸ μέγιστον ἁμαρτάνεις, ὅτι οὐ πρότερον τὰς διανοίας τῶν λέξεων προπαρεσκευασμένος ἔπειτα κατακασμῆς τοῖς ῥήμασι καὶ τοῖς ὀνόμασιν, ἀλλ' ἤν που ῥῆμα ἔκφυλον εὕρῃς ἢ αὐτὸς πλασάμενος οἰηθῇς εἶναι καλόν, τούτῳ ζητεῖς διάνοιαν ἐφαρμόσαι καὶ ζημίαν ἡγῇ, ἂν μὴ παραβύσῃς αὐτό που, κἂν τῷ λεγομένῳ μηδ' (μηδὲν?) ἀναγκαῖον ᾖ. Qua reprehensione quid potest cogitari in rhetorem acerbius aut ad diiudicandum Lexiphanis libellum aptius? qui homo quam potissimum legem secutus sit in symposii sui narratione ipse indicat c. 3: Σκόπει δὴ μεταξὺ ὅπως διαπεραίνομαι, ὦ Λυκῖνε, τὸν λόγον, εἰ εὔσχημός τε (sic enim scribendum) ἐστὶ καὶ πολλὴν τὴν εὐλογίαν ἐπιδεικνύμενος καὶ εὔλεξις ἔτι δὲ εὐώνυμος. Ab hac autem εὐλογίᾳ Lucianus deinde eum liberat ope medici cuiusdam; eumque purgatum eo remedio, quo insania curari solebat a veteribus, rectius edocet de verae eloquentiae laude assequenda. — In hac huius libelli oeconomia nihil inest quod nos cogat eum non a Luciano, sed ab aliquo eius imitatore profectum putare, quam sententiam protulit Bernhardy in hist. lit. Gr. p. 432. Neque in verbis quae Lucianus e sua persona dicit quicquam reperio, quod ab eius sermone abhorreat, aut in quo aliquid languidi Lucianoque indigni comparet, immo dictio est elegans, faceta, salibus Atticis condita. Difficilior autem quaestio est de eo, quis sit cui Lexiphanis personam induerit Lucianus. Etenim quemadmodum dubitari nequit in universum eorum multitudinem irrideri, qui externum orationis ornatum in raris et obsoletis vocibus quaerant, ita tamen unum potissimum hominem ante oculos habuisse Lucianum et per se verisimile est et efficitur iis quae leguntur c. 21, ubi postquam Lexiphanes vomuit, animadvertit medicus, eum nondum τὸ ἴκταρ, τὸ σκορδινᾶσθαι, τὸ τευτάζεσθαι, τὸ σκύλλεσθαι evomuisse, quae cum in iis, quae Lexiphanes in antecc. narraverat, non reperiantur, consentaneum est his vocibus eum, qui Lexiphanis nomine perstringitur, usum esse aut in libello aliquo aut in declamatione. Idem ostendunt etiam nonnulla c. 25, et illud c. 24: οἷον πρώην τὸν θυμάλωπα, οὐδὲ εἰδὼς ὅτι σημαίνει, ἀπέρριψας, ut taceam de adhortationibus et de praeceptis c. 24, quae non recte intelligi possunt nisi ad certum quendam homi-

Digitized by Google

nem pertinent. Et Solanus quidem cum videret Lexiphanem interrogatum a Luciano de sui opusculi argumento respondere c. 1: *ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀριστωνος ἐν αὐτῷ*, Athenaei Deipnosophistas irrideri opinatus est; cuius sententiae facilis est et expedita refutatio. Nam primum quidem ab illius operis ratione tam diversa est huius libelli constitutio et consilium, ut pro illius irrisione nullo modo haberi queat. Deinde Athenaeus ipse satis graviter istos vocabulorum aucupes vituperat p. 97 C sqq. Denique propter temporis rationem illa sententia obtineri nequit. Athenaei enim Deipnosophistae quo anno prodierint quamquam ambigitur, certum est post mortem demum imperatoris Commodi prodiisse, id quod ostendit Athenaeus ipse haec de Commodo tradens p. 537 F: *τί οὖν θαυμαστόν, εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς Κόμμοδος ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῶν ὀχημάτων παραχείμενον εἶχε τὸ Ἡράκλειον ῥόπαλον ὑπεστρωμένης αὐτῷ λεοντῆς καὶ Ἡρακλῆς καλεῖσθαι ἤθελεν;* quae scriptor vivente adhuc Commodo proferre sane non ausus fuisset. Commodus autem occisus est a. 192. p. Ch. exeunte. Utrum autem statim post eius mortem librum ediderit Athenaeus, an demum post annum 228, quod quidam statuunt argumento utentes morte Ulpiani ICti, quem unum eundemque habent cum Ulpiano Athenaei, cuius mors commemoratur Deipnos. XV p. 686 C, id decernere nolo satis habeas adduxisse in hanc sententiam disputantem Schweighaeus. Comment. in Ath. t. I p. 19 sq., in illam Schneiderum praef. ad Oppian. p. XII sq. Annus autem natalis Luciani de quo quidem dissentiunt viri docti, verisimili ratione Godofredi Wetzlari in libello de aetate, vita scriptisque Luciani Samosatensis p. 9 sqq. statuitur a. 125 p. Ch. Ex quo intelligitur, si quidem Athenaei opus ante a. 200 prodiit, id Luciano demum grandaevo semi innotescere potuisse. Inde sequeretur Lexiphanem ab eo conditum esse summa senectute, quod ab omni verisimilitudine abhorret. Quos enim libros ea aetate scripsit, ut Bacchum, Electrum, Herculem, in quibus languescentes vires senis quamquam nondum decrepiti cognoscas, ii mirum quantum distant a nostro libro, in quo omnis orationis color et facetiarum venustas auctorem integris adhuc animi viribus et calido ingenio hominem produnt. Sin autem Athenaei liber post a. 228 conscriptus est, vix ac ne vix quidem in vivis amplius esse potuit Lucianus. — Venio iam ad eos qui Pollucem traduci credebant, quorum sententia non tam facilis est ad redarguendum, quam eorum

Digitized by Google

qui de Athenaeo cogitarunt. Huius sententiae auctor existitit Graevius nixus verbis scholiastae: *φασὶν ὡς εἰς τὸν Πολυδεύκη τὸν ὀγματολόγον ἀποτεινόμενον Λουκιανὸν τοῦτον γράψαι τὸν λόγον τέχνην οὐδ' ἥντινα λόγου* (sic corr. Rankius) *παραδιδόντα, σωρὸν δὲ λέξεων ἀδιακρίτων ὑφιστάντα.* Sed hoc scholion male huc translatum est a principio Rhetorum praeceptoris, cui libro a scholiasta haec verba ascripta fuisse ostendit alia eiusdem scholiastae animadversio ad eundem librum c. 24: *ἀλλ' ἤδη τοῖς Δηὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι· ἐντεῦθεν ἀκαντίρρητον ἤδη ὡς Πολυδεύκην διασύρει ὁ παρὼν λόγος εἶγε Κάστορος ἀδελφὸς Πολυδεύκης ὁ Λήδας; ᾧ οὗτος ὁμώνυμος ὁ διασυρόμενος ῥητόρων διδάσκαλος.* Et profecto rectissime de rhetorum praeceptore statuisse scholiastam post Rankii doctam disputationem in Commentatione de Polluce et Luciano non facile in dubitationem vocari potest. Idem atque Graevius sensit Fritzschius, qui in libro de sortitione iudicum apud Athenienses p. 9. haec habet: „Recte supererime Rankius refutatis Hemsterhusii argumentis quae nulla sunt ostendit, hominem, qui a Luciano in Rhetorum Praeceptore atque in Lexiphane acerbissime agitatus est, vix ac ne vix quidem alium haberi posse nisi Pollucem: illud tamen vitupero quod Rankius hanc quaestionem inchoare, maluit quam plane absolvere." Quo iure h. l. vir doctissimus Rankium de Lexiphane aeque ac de rhetorum praeceptore iudicantem addixerit non assequor, nisi forte idem postea sententiam suam mutavit quod equidem ignoro. Nam in Commentatione de Pollucе et Luciano p. 27. haec scripsit: „Universe igitur et obiter eos perstrinxit (Lucianus) nec singulos laedere voluit. Unus fortasse Lexiphanes excipiendus, quem tamen satis amice tractavit medicoque tradidit sanandum. Quis ille fuerit, nescimus. Cogitavi de Herodiano qui Antonino imperante vixit, — et symposium scripsit, in quo de rebus grammaticis exposuerat. Neque tamen quidquam affirmare audeo." Sed ut ad quaestionem de Pollucе revertar, non potest sane perspicuis argumentis contrarium evinci, cum neque temporis ratio obstet et sophistam illum alias a Luciano exagitatum esse nōsstet. At vero sunt tamen, quae hanc sententiam certe minus probabilem reddant. Nam ut illud taceam, nullum certum iudicium in hoc libro reperiri, quod istum neque vero alicuem alium prodat, disceptat tantopere non solum externa conformatione sed etiam argumentis et consilio Lexiphanis

Digitized by Google

nes Luciani ab illius Onomastico, ut nemo qui hunc libellum legat de illo cogitare possit, id quod iam a Gesnero et Lehmanno animadversum est. At vero, obiiciat aliquis, scripserat Pollux etiam declamationes varii generis, quarum unam alteramve Lucianus fortasse sibi sumsit perstringendam. Audio; sed ne hoc quidem credibile. Etenim si Pollucem neque vero alium Lucianus sibi proposuisset vellicandum, verisimile est eum non tam humaniter tractaturum fuisse quam Lexiphanem, quantum quidem ex acerba irrisione rhetorum praeceptoris coniicere licet, cuius quidem non solum artem traducit, sed foedos etiam mores et vitam inhonestam notat. Imo totum argumentum, quod etiam in principio breviter indicatur his verbis: *ἀντισυμποσιάζω τὸν Ἀρίστωνος*, in eam nos inducere debet sententiam, sub Lexiphanis persona latere hominem, qui symposium composuerit, qualia multa inde a nobilissimo eiusdem nominis libro Platonico scripta esse constat. Et sane hoc genus librorum, cuius ratio non certo argumento adstricta totam doctrinae copiam quam aliquis sibi comparavit ostentare patitur, in deliciis illius temporis fuisse consentaneum est. Inde credibile, Lucianum simul hac scriptione quorundam malam consuetudinem, omnes doctrinae angulos sine ratione effundendi, et eruditionis ostentationem carpere voluisse. Ex quo patet etiam Rankii opinionem dubitanter quidem prolatam, Herodianum clarissimum grammaticum a Luciano irrideri, vix posse probari; eius enim convivium, cuius solum nomen superest, si a ceteris viri acutissimi scriptis non abhorruerit, nullo modo tamopere Lucianus cavillatus esset. Videmus enim a Luciano depingi hominem et quidem, ut videtur, adolescentulum sophistarum perversa disciplina eorumque studio et consuetudine corruptum, inflatum, doctrina sua superbientem, alios cavillantem (c. 24.), ignarum quanto morbo laboret, cum intelligentium et elegantium hominum consuetudine careat (c. 17.), quem tamen non desperet ad sanam rationem rediturum esse. Quapropter etiam ei Lucianus veram ad eloquentiam viam monstrat (c. 22 sqq.), hoc ei potissimum praecipiens, ut maxime a sophistarum imitatione cavent, c. 23: *πρὸ πάντων δὲ ἐκεῖνο μέμνησό μου μὴ μιμεῖσθαι τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν γενομένων σοφιστῶν τὰ φαυλότατα, μηδὲ περιεσθίειν ἐκεῖνα, ὅσπερ νῦν, ἀλλὰ τὰ μὲν τοιαῦτα καταπατεῖν, ζηλοῦν δὲ τὰ ἀρχαῖα τῶν παραδειγμάτων.* Etiam haec quamvis aliam quam Pollucem significare videntur.

Digitized by Google

Sed aliunde huic rei lux quamvis exigua emergit. Etenim si consideramus ea quae Athenaeus III. p. 98 A. tradit de Pompeiano Philadelphensi, homine prorsus ignoto (nisi forte nomen hoc fictum est, id quod Schweighaeuserus statuit), magnam similitudinem istum hominem cum nostro Lexiphane habere facile videmus: τῆς δ' αὐτῆς σοφίας καὶ ἕτερός ἐστι ζηλωτής, Πομπηιανὸς ὁ Φιλαδελφεύς, ἄνθρωπος οὐκ ἀπάνουργος, ὀνοματοθήρας δὲ καὶ αὐτός· ὅστις πρὸς τὸν οἰκέτην διαλεγόμενος μεγάλῃ τῇ φωνῇ καλέσας τοὔνομα „Σρομβιχίδη, ἔφη, κόμιζέ μοι ἐπὶ τὸ γυμνάσιον τὰς βλαύτας τὰς ἀφορήτους καὶ τὴν ἐφεστρίδα τὴν ἄχρηστον· ἐγὼ γὰρ ὑποδησάμενος τὸν πώγωνα προσαγορεύσω τοὺς ἑταίρους· ὀπτὸς γάρ ἐστί μοι τὸ τάριχος: πρότερον γὰρ συντριβησόμεθον, ἔπειθ' οὕτως ἀπολούμεθον." ὁ δ' αὐτὸς οὗτος σοφιστὴς Φεβρουαρίῳ μηνὶ — πρός τινα τῶν φίλων „Οὐκ εἶδές με, ἔφη, πολλῶν ἡμερῶν διὰ τὰ καύματα." τῆς δὲ τῶν Παναθηναίων ἑορτῆς ἐπιτελουμένης δι' ἧς τὰ δικαστήρια οὐ συνάγεται, ἔφη „Γενέθλιός ἐστι τῆς ἀλέκτορος Ἀθηνᾶς καὶ ἄδικος ἡ τῆτες ἡμέρα." Iam compara cum his e Lexiphanis Lucianei narratione haec: c. 9: λαβὼν ἄχρηστα ἱμάτια, εὐήτρια, καὶ ἀφόρητα ὑποδήματα. — c. 5: ἐγὼ μὲν ὑποδησάμενος ἐξυόμην τὴν κεφαλὴν τῇ ὀδοντωτῇ ξύστρᾳ, in quibus verbis quid ὑποδεῖσθαι significet exponit Casaub. ad Athen. l. l. — ibid. εἶτα συντριβέντες καὶ ἀλλήλους κατανωτισάμενοι — ἐγὼ μὲν καὶ Φιλῖνος ἐν τῇ θερμῇ πυέλῳ καταμωνήθέντες ἐξήειμεν. — c. 21: ἐκείνους μὲν διαφῆκα τοῦ τε κρύους ἕνεκα καὶ ὅτι καύματα ἦν. οἶσθα δὲ ὡς ἐν κρύει σφοδρῷ γίνεται τὰ καύματα. — c. 9: ἦν μὲν γὰρ ἄδικος ἡ ἡμέρα. Deinde vocat Pompeianus ἀλέκτορα Minervam, ineptius Lexiph. c. 19. ἀναίσχυντον Ἀθηνᾶν. — Pergit Athenaeus p. 98 C: τοιοῦτοί τινές εἰσιν οἱ Οὐλπιάνειοι σοφισταί, οἱ καὶ τὸ μιλιάριον καλούμενον ὑπὸ Ῥωμαίων — ἰπνολέβητα ὀνομάζοντες κτλ. Lexiph. c. 8: ἰπνολέβης ὑπερπαφλάζων. — Athenaeus p. 99 E: ὁ δ' ὀνοματοθήρας οὗτος σοφιστὴς (Pompeianum Philadelphensem recte intellexit Casaubonus) ἀκάθαρτον ἔφη γυναῖκα ἧς ἐπεσχημένα ἦν τὰ γυναικεῖα. Lexiph. c. 19: ὅτι πυνθάνομαι χρόνου ἤδη ἀκάθαρτον εἶναι αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ ταύτην νοσεῖν, ὅτι μὴ ῥεῖ. Iam vero cum in paucis his versibus, in quibus Athenaeus de Pompeiano refert, tantam utriusque hominis similitudinem reperiamus, non ab-

Digitized by Google

horret a verisimilitudine, in istum Pompeianum Philadelphensem aut quemcunque hoc nomine significavit Athenaeus Lucianeum librum suum conscripsisse. Quam sententiam non dubito quin certius pronunciare possemus, si plura de isto Pompeiano Athenaeus tradidisset.

De tempore quo Lexiphanes a Luciano conscriptus sit nihil contendere audeo nisi hoc, ante a. p. Chr. 165 non conscriptum esse. Eo enim tempore Lucianus se quadragenarium ad philosophiam convertisse ipse testatur in Bis Accusato c. 32. relictis studiis rhetoricis ac sophisticis, quae non amplius colere potuit cum Lexiphanem scriberet. Suspicor autem eum inter Rhetorum praeceptorem ponendum esse, qui libellus, de quo iniquius iudicavit Bernhardy Hist. Gr. lit. p. 432, si veteris scriptis satiricis multo est deterior, id equidem non tantopere admiror, si considero eum a Luciano aetate iam grandi et ut videtur odio et ira in hominem invisum abrepto conditum esse, cum ipse vitae inopia ingruente ad ea studia refugere cogeretur, in quibus Pollucis rhetoricum Athenis suggestum tenentis auctoritatem indies crescere videret. Pollux autem praeceptor publicus institutus est Athenis ab imperatore Commodo; ex quo existit Lucianum iam sexagesimum superasse annum cum Rhetorum praeceptorem scriberet. Incidit igitur Lexiphanes inter quadragesimum et sexagesimum aetatis annum (165—185 p. Ch.), quo tempore omnes libri satirici a Luciano conscripti sunt, v. Wetzlarum l. l. p. 52. Vivebat tum Athenis (v. quod Wetzlar. p. 48.), qua in urbe etiam Lexiphanem scriptum esse ostendunt nonnulla, ut commemoratio Lycei c. 2. et c. 3. τὰ γέλγη.

Ad textum autem ipsum quem vocant si nos convertimus, consentaneum est eum, etiamsi maxima cum cura editores tractassent et summa diligentia mendas investigassent, tamen non talem evasurum fuisse qualis in plerisque Luciani scriptis comparet; cum saltem ea quae ex Lexiphanis ore profert Lucianus certis ac firmis legibus criticae niti editorem non sinant, neque termini ac fines ineptiarum, quos sibi fixerit scriptor in ea parte libelli, reperiri possint. Sed huic difficultati addiderunt editores alii fastidium alii socordiam. Etiam is qui ceteris longe eminet et sagacitate et doctrina, Solanum dico, „magni Athenaei opus derisum esse“ hoc libello cum concoquere non posset, languide et cum taedio in crisi exercenda versatus est, ut supe-

Digitized by Google

rarentur a Guyeto et Gesnero, quorum nonnusquam egregias emendationes aut neglectas aut spretas vides a recentioribus editoribus, cum quaevis inaudita et barbara vocabula Lexiphani relinquenda esse opinarentur. Quorum errores quamquam non dubito quin solita cum diligentia correcturus sit Carolus Iacobitz, tamen nonnulla commemorare placet, omissis iis quae doctissime disputavit Fritzschius in scriptione Academica Rostoch. a. 1829. Cap. 2. ἀπολουόμενος, vulg. Bene W. et Flor. ἀπολούμενος quod Lexiphani ἀττικίζοντι optime convenit, cf. Lob. ad Phryn. p. 189. Tamquam futuro usus hac forma homo notatur apud Athen. p. 97. E: ἀπολούμενος ἐπείγομαι, uti ἀπολούμεθον p. 98. A. C. 3. hodie legitur σέλγη, quod in γέλγη mutandum esse vidit Meursius. *Ibid.* haud scio an praestet Guyeti inventum φύσκας vulgato φύκας, cum ceteris aptius sit. C. 9. ὠοκάταξις. Recte alii et optimi codd. ὠτοκάταξις. v. infra. *Ibid.* ἡμερόλεγδον, ubi Lehmannus: „ἡμερολέγδην vel ἡμερολεγδόν coniecit Guyetus, utrumque certe ad linguae leges rectius.“ Quidni rescripsit ἡμερολεγδόν? C. 20. ἐγγαστρίβυθον. Reponendum ἐγγαστρίμυθον, quod Solanus reperit et W. confirmat. C. 22. mea quidem sententia praeferenda est lectio cod. Gorl. ἐγγεγυμνασμένος vulgato ἐγγυμνασάμενος. C. 24. in λέξεων nihil inest quod reprehendi possit. *Ibid.* Guyeti emendationi θυμάλωπα cedere iam diu debebat ineptum illud οὐ μάλωπα. Denique c. 25. pro κατὰ γλῶτταν egregie Meinekius ad Euphor. p. 47. κατάγλωττα. Praeterea paullo copiosius persequi liceat locos hos:

C. 3. ἀποθρέξομαι οὖν καὶ αὐτὸς τὸν παῖδα. De his verbis ego non ita sentio quemadmodum Fritzschius in Quaest. Luc. p. 212. qui ἀποθρέξομαι οὖν καὶ αὐτὸν τὸν παῖδα Lexiphani relinquendum esse censet. Nam praeter simplicem accusativum a verbo eundi pendentem etiam pronomen αὐτός offendit, quod non magis in verbis editis quam in Fritzschii coniectura explicari potest; quapropter vide ne scribendum sit: ἀποθρέξομαι οὖν καὶ αὖ πρὸς τὸν παῖδα. Optime haec verba huic loco apta sunt, quae respondent prorsus germanicis his: „*Ich will nun auch wieder zu dem Burschen zurückgehn*“, cum a puero se exspectari credat: ὃν εἰκὸς ἢ παρὰ τῇ ληκιθοπώλιθι ἢ παρὰ τῷ γρυμεωπώλῃ με περιμένειν. καίτοι προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντᾶν.

C. 5. οἱ λοιποὶ δὲ τὸ ψυχροβαφὲς κάρα δελφινίσαντες παρένεον ὑποβρύχιοι θαυμασίως. Qui haec verba diligentius

Digitized by Google

consideraverit, ea non prorsus vitio humanis esse videbit. Quid enim sibi vult hoc loco *παρένεον*, quod est adnatabant, aut natando praeterferebantur, imo circum natabant in balneo; est enim sermo de hominibus sese lavantibus. Scribe igitur *περιένεον*.

Sic etiam in sqq. verbis novissimi editores iusto tenaciores erant lectionis receptae: *ὁ δὲ ἀραιὰς ποιῶν τὰς ῥαφανίδας ἐμυστίλατο τοῦ ἐχθυηροῦ ζωμοῦ*, ubi primo loci obtutu *ἐμυστελλᾶτο* scribendum esse vidi, in quam coniecturam etiam Guyetum incidisse postea cognovi. Praeter enim quam quod imperfectum caetera imperfecta, *ἀθερμοτράγει*, *ἤμει*, *ἤσθιε*, *ἐρρόφει* paene flagitant, etiam significatio vocis *ἐμυστίλατο* quod derivari nequit nisi a verbo *μυστίλλειν*, quod est aliquid in parvas particulas dissecare, hoc loco inepta est. Iusculum enim posse secari ne Lexiphanes quidem dicere potuit. Est autem *μυστιλᾶσθαι*, sive ut alii scribunt *μιστυλᾶσθαι ζωμοῦ* sorbere, haurire iusculum cavato panis frusto, quod *μυστίλη* dicebatur. V. Phot. p. 282, 23: *μυστίλην· ψωμόν· κοῖλον ἄρτον, ὃν ἐποίουν, ἵνα ζωμὸν ἐν αὐτῷ ῥοφῶσι*. Pollux VI, 87: *μυστίλη μὲν οὖν ἐστι ψωμὸς κοῖλος εἰς ἔτνος ἢ ζωμὸν βαθυνθείς, ἀφ' οὗ καὶ τὸ μυστιλήσασθαι λέγουσιν*. Fere eodem modo explicat hanc vocem Schol. ad Ar. Plut. 627., ubi poeta verbo *μυστιλᾶσθαι* utitur:

ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμυστιλημένοι
γέροντες ἄνδρες ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις,

quemadmodum translate in Equit. 827:

κἀμφοῖν χειροῖν
μυστιλᾶται τῶν δημοσίων,

de Cleone pecuniis publicis se locupletante. Utraque voce usus est in eadem fabula v. 1169:

ἐγὼ δὲ (sc. *φέρω*) *μυστίλας μεμυστιλημένας*
ὑπὸ τῆς θεοῦ τῇ χειρὶ τηλεφαντίνῃ,

ubi vocibus *μυστίλας μεμυστιλημένας* frusta panis excavata et imbuta vel potius integri panes excavati et in ius imbuti significantur, nativa huius vocis significatione ab Aristophane paulo immutata. Frusta haec fere cochlearis hodierni instar erant, quapropter Pherecrates apud Athen. p. 268 E. summam ciborum abundantiam describens ita dicit:

ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέῳ
διὰ τῶν στενωπῶν τονθολυγοῦντες ἔρρεον
αὐταῖσι μυστίλαισι.

Digitized by Google

Descendit autem μυστιλάομαι a voce μυστίλη, et haec vox rursum a μυστίλλω, quod verbum ex Homero satis notum est, neque possunt μυστίλλειν et μυστιλᾶσθαι, quod quidam statuerunt, pro uno eodemque verbo haberi. — Valde vili prandio igitur homo iste utebatur, nimirum garo, i. e. pulte sive iusculo e tenuioribus piscibus confecto, cuius quamquam varia genera fuisse verisimile est, tamen pro multitudine piscium quibus Athenae abundabant non magno pretio esse poterat, ac propterea etiam ut cibus vulgaris saepius commemoratur ab Athenaeo, Alciphrone, aliis. Hoc garum Lexiphanes vocat *ἰχθυηρὸν ζωμόν*, spreta usitatiore voce, more suo. Praeterea vescebatur ille raphanis condimenti ut videtur loco, quos et ipsos exilis pretii fuisse praeter alios testatur Athen. p. 57 B: *εὐτελὲς δὲ σφόδρα ἔδεσμα ἡ ῥαφανίς. Ἄμφις·*

ὅστις δ' ἀγοράζων ὄψον
ἐξὸν ἀπολαύειν ἰχθίων ἀληθινῶν
ῥαφανῖδας ἐπιθυμεῖ πρίασθαι μαίνεται.

C. 10. Lexiphanes narrat post coenam accessisse tres homines, Megalonymum iuris consultum (*δικοδίφην*), Chaeream aurifabrum et Eudemum quendam. Quos cum interrogasset, cur sero venissent, Megalonymum respondisse: sibi in via obviam factos esse daduchum et hierophantam Diniam quendam in ius rapientes, quod ipsos nomine appellasset; initiatos autem nomine appellare nefas esse. Iam sequuntur verba: *Οὐκ οἶδα, ἦν δ' ἐγώ, ὃν λέγεις τὸν Δεινίαν· ἐκάλει δ' οὖν με τοὔνομα. ἔστιν, ἦ δ' ὅς, ἐν τοῖς σκιραφείοις ἐγκαψικίδαλος ἄνθρωπος κτλ.* Apparet vv. *οὐκ οἶδα — Δεινίαν* verba esse Lexiphanis interrogantis, uti vv. *ἔστιν κτλ.* Megalonymi respondentis; sed quid sibi velint vv. *ἐκάλει δ' οὖν με τοὔνομα* non intelligitur. Solanus: „Loco non suo hic comparent haec verba, sed ubi reponenda, mihi nondum constat: nec tanti hoc opusculum duco ut diutius ei immorari libeat.“ Rectius Solanus mea quidem sententia, quam Fritzschius, qui Quaest. Luc. p. 183. dubitanter quidem coniecit *ἐκλάλει δ' οὖν με τ.* vertens: *accuratius ergo doce me hoc nomen*; quae coniectura num etiam hodie viro doctissimo placeat dubito. In verbis ipsis nulla mutatione opus est, si collocantur ante vv. *οὐκ οἶδα ἦν δ' ἐγὼ κτλ.*, ita ut Dinias in ius raptus appellasse dicatur Megalonymum,

Digitized by Google

fortasse eo consilio, ut sibi opitularetur atque caussam suam ageret, quippe qui esset homo iuris peritus sive *δικοδίφης* (litigiosus) ex sermone Lexiphanis. — Deinde pro *σκειραφείοις* e Flor. reponendum est *σκιραφείοις* (nisi *σκιραφίοις* corrigendum), v. Phot. p. 521.

Paullo infra interroganti Lexiphani, utrum Diniae poenas dederit an secus, Megalonymus respondet: *Καὶ μὴν ἐκεῖνός γε ὁ τέως αὐλούμενος ἤδη ἔμπεδός ἐστιν.* His in verbis *αὐλούμενος* corruptum esse iure critici contenderunt, quamquam commodam medendi loco viam non repererunt; neque enim *ἀλλόμενος* Gesneri, neque *ἀλώμενος* Gronovii a quoquam probari possunt. Nisi fallor reponendum est *ὁ τέως σαυλούμενος*. Est autem *σαυλοῦσθαι levi atque saliente quasi gressu uti*; de satyris saltantibus usus est hac voce Eurip. Cycl. 40:

χῶτε Βακχίῳ
κώμῳ συνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους
προσῇτ' ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι.

Idem fere est *σαῦλα βαίνειν*, quomodo ingredi solent homines molles et delicati, quod nostrates dicunt *einherschwänzeln*, et Aristoph. Vesp. 1177. *σαυλοπρωκτιᾶν*. Inde Hesychius: *σαῦλά· κοῦφα, ἥσυχα, τρυφερά. σαῦλον· ἁβρόν, κοῦφον, τρυφερόν.* et *σαυλοῦσθαι· τρυφᾶν, θρύπτεσθαι, ἐναβρύνεσθαι.* Similiter Photius et Schol. Aristoph. l. supra allato. Vide praeterea Theod. Bergk. ad fragm. Anacr. p. 244 sq. Talem autem incessum isti Diniae optime convenire quis neget? in cuius hominis descriptione si quis quaedam sibi repugnantia invenisse putet, eum ablego ad Lobeckium Aglaoph. t. 2. p. 1036.

C. 11. Eudemus tertius a Lexiphane interrogatus, se a Damasia athleta filiae nuptias celebraturo vocatum fuisse respondet ad lens: *καὶ τὰ μὲν πιττῶν τὰ δὲ εὖων διετέλεσα. ἐξοικιεῖν γὰρ ἔμελλε τήμερον εἰς ἀνδρὸς τὴν θυγατέρα κτλ.* Haec verba quemadmodum leguntur sana esse non possunt, cum non intelligatur quid picaverit et torruerit Eudemus, nisi forte pilos pice sibi evellerit atque adusserit, quod illius temporis trossuli facere solebant contra atque hodierni, qui barbam certe omni artificio eliciunt, alunt, curant et non raro adulterinam sibi agglutinant. Sed etiam hoc absonum esse Gesnerus

Digitized by Google

videns πέτρων reposuit, ita ut Eudemus dicatur coquere et assare carnes ad coenam nuptialem. Quae sententia tum demum recte se haberet, si demonstrari posset, Eudemum coquum fuisse. At vero fuit ὠτοκάταξις, i. e. homo palaestrae studiosus, ex Lexiphanis dicendi ratione (vide c. 9.); neque vero ὠοκάταξις, quod qui amplexi sunt de coquo intelligentes iure perstrinxit Fritzschius de Babylonils Aristophanis p. 9. Quocirca etiam coqui munus Eudemo abrogandum et Damasiae deferendum est, de quo filiae nuptias celebraturo recte dici potuit καὶ τὰ μὲν πέτρων τὰ δὲ εὖων διετέλεσεν. εὖων pro ὀπτῶν in ore Lexiphanis neminem potest offendere abundantis copia ἀτόπων καὶ διαστρόφων ὀνομάτων (c. 17.).

In seqq. cum Dionis cuiusdam Damasiae illius filii mentionem faceret Eudemus, Lexiphanes eum interpellans accuratius edoceri vult de isto homine interrogatque ita c. 12: μῶν ἐκεῖνον φῂς Δίωνα τὸν καταπύγωνα —, βλιμάζοντα ἥν τινα παιδὴ καὶ πόσθωνα αἴσθηται μιν ἐῶν. ἐκεῖνός γε καὶ λεκαλέος, ἀλλά τοί γε τὴν θεάν, ἦ δ' ὅς ὁ Εὔδημος. κτλ. Aperte vv. μιν ἐῶν corrupta sunt. Libri non discrepant, nisi quod Aldina Wessel. μὴ ἐῶν et margo cod. Gorl. νέων habet, in quibus facile infelices emendationes agnoscas. Si verba sequentia consideramus ἐκεῖνός γε καὶ λεκαλέος, quae enunciatum singulare efficiunt, facile videmus, si ab eadem persona proferuntur, a qua antecedentia, intolerabilem continere tautologiam, cum iam in antecedentibus dictum sit, istum hominem scortatorem et omni foedae libidinis generi deditum esse, ad quae non addi potest sententia talis: ille sane etiam est libidinosus. Sed recte se habent, si responsionem continere statuimus, et ita quidem, ut vox praecesserit, quacum ἐκεῖνός γε arctius cohaereat, quod et ipsum alioquin non satis commode explicari posset. Quapropter locum sic distinguendum et legendum esse arbitror: — ἀγαφλῶντα καὶ βλιμάζοντα, ἤν τινα παιδὴ καὶ πόσθωνα αἴσθηται. Iam respondet Eudemus: βινητιῶν ἐκεῖνός γε καὶ λεκαλέος· ἀλλά τοί γε τὴν θεὸν κτλ. βινητιῶν, quod postquam media syllaba periit, facile in μιν ἐῶν depravari potuit, denotat eum qui prurltu ad coitum affectus est, ut apud Aristoph. Lys. 715: βινητιῶμεν, ἢ βράχιστον τοῦ λόγου. Machon. ap. Athen. XIII. p. 583 C: περίμενε τοίνυν καὶ σύ, ἕως ἂν σὺ

Digitized by Google

βινητιάσω. Luc. Pseudol. c. 27: βινητιῶν Πολύφημος. Sic κινητιᾶν eadem significatione habet Plato Comic. ap. Athen. p. 442 A. Nostro loco significat in universum hominem libidinosum atque salacem, quemadmodum ληκαλέος; sic enim scribendum, cum descendat a ληκᾶν *scortari*, *cum aliqua consuetudinem habere*, qua voce utitur Aristoph. Thesmoph. v. 493, et Pherecrates, ut Photius tradit. Quod autem deinde vv. ἦ δ' ὃς ὁ Εὔδημος non statim initio responsionis collocata sunt, id in Lexiphanis certe oratione neminem offendet.

C. 13. in cibis lautioribus recensentur etiam τρυφαλίδες τυροῦ, quo verbo nihil aliud significari potest nisi frustula casei, quae huic loco nullo pacto convenire vix est quod dicatur. Scribendum est τυροῦ τροφαλίδας in quod iam Hemsterhusius videtur incidisse, cum margini editionis suae ascripserit locum Aristoph. Vesp. 835. (838.) ubi poeta: ὁ κύων — ἁρπάσας τροφαλίδα τυροῦ Σικελικὴν κατεδήδοκεν. Adde Athen. XIV. p. 658 A: Σικελίας αὔχημα τροφαλίς. Est autem τροφαλίς casei quoddam genus molle et praestans, v. Athen. X. p. 455 F, forma quidem ut videtur rotunda aut oblonga, v. Schol. ad Ar. l. l., propter quale Sicilia celebrata erat, vid. intpp. ad Ar. l. l. ad Pacem 250. Qui plura cupit, adeat interpp. ad Moer. p. 370. et Iacobs. ad Philostr. imag. 50, 15. quo loco aeque atque in nostro ante Iacobsium corrupte τρυφαλίς legebatur. Unum tantum locum novi, in quo τρυφαλίς bene se habet: apud Septuaginta interp. 1 Samuel. 17, 18. ubi τρυφαλίδες γάλακτος accurate respondent Hebraicis: חֲרִיצֵי הֶחָלָב h. e. *segmenta* sive *frusta lactis coagulati* h. e. casei. חָרִיץ enim descendit a חָרַץ quod est *secare*. Et sic τρυφαλίς est *fragmentum*, *frustum*, a τρύφος, θρύπτω. Prorsus diversa vox est τροφαλίς, quae unde descendat docet Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 65, 23: τροφαλὶς τυροῦ· εἴρηται ἀπὸ τοῦ θρέψαι, ὅ ἐστι πῆξαι. et schol. cod. Paris. Philostr. l. l. τροφαλίς, τὸ τραφὲν καὶ παγὲν γάλα. Hesychius dicens: τρυφαλίδες ἢ τροφαλίδες τὰ τμήματα τοῦ ἁπαλοῦ τυροῦ παρὰ τὸ θρύπτεσθαι, utramque vocem confudit. Alio loco idem: τροφαλίς· τυρὸς μακρός.

Uti in locis supra tractatis editores non satis diligenter in hoc libello edendo versatos esse vidimus, ita magis mireris quod c. 19 in vv. ἔοικα δὲ καὶ ῥιναυστήσειν τοιαῦτα ἐπιτιμῶν-

Digitized by Google

τος ἀκρώων vocem prorsus inauditam ac nulla analogia defensam ῥιναυστήσειν in verbis locum obtinere siverint, cum scholiastes leviter quidem corruptus genuinam scripturam servaverit: ῥιναυστήσειν δὲ ἀντὶ τοῦ ταῖς ῥισὶ καταυλῆσαι· ἐποίουν γὰρ τοῦτο ῥιναυλοῦντες, ἤτοι διὰ τῶν ῥινῶν ψοφοῦντες ἐπὶ διασυρμῷ τινῶν καὶ χλεύῃ· e quibus verbis manifestum est, scholiastam ῥιναυλήσειν in verbis reperisse; id quod iam Gesnerus vidit, qui quidem satis ambigue non perspicuo iudicio hanc suam sententiam protulit. Etiam scholiastae ῥιναυλήσειν pro ῥιναυστήσειν reddendum esse, vix est quod dicam.

Haec hactenus de Lexiphane; quem libellum ubi sagax homo beneque in graecis literis versatus accuratius tractaverit, non dubito quin plura atque adhuc latentia vitia sublaturus sit; quamquam eius ratio nos paene desperare facit fore ut umquam a librariorum maculis perpurgatus compareat. Placet autem hac occasione meam opinionem de aliquot locis ex aliis Luciani scriptis proponere.

Parasit. cap. 3. τί ποτ' οὖν ἐστὶ τέχνη, ὡς ἐπίστασαι. Sic ante Seagerum et Lehmannum legebatur. Hi duumviri interrogandi signum posuerunt post τέχνη, opinantes verba seq. ὡς ἐπίστασαι ironice adiecta esse, hac sententia: *nam scis videlicet.* Sed si haec mens Luciani fuisset, haud dubie aliquam ironiae notam adiecisset. Solanus coniecit εἰ ἐπίστασαι, quod non prorsus displicet. Mihi videntur genuinae lectionis vestigia in codice Gorlicensi servata esse, qui praebet Τί ποτ' οὖν ἐστὶν ἡ τέχνη, λέγε, πάνυ ὡς ἐπίστασαι, quae verba ubi paullo mutaveris ita: λέγε, πάντως ἐπίστασαι, sententiam praebere eam videbis, quae requiritur: *Quid ergo est ars? dic, utique scis.* Dicit Lucianus, se non dubitare quin parasitus accurate artis notionem explicare possit, quippe qui modo esset pollicitus, se ordine philosophico rem pertractaturum esse. Quod autem sequitur paullo infra, εἴπερ οἶσθα, id nihil facit contra hanc explicationem. Poterat enim ille exspectare, parasitum post ea quae dixerat sine ambagibus artis exhibiturum esse definitionem, quod cum non fiat, impatienter eum increpat: *Quin ergo dic, si scis.*

Eiusd. libri c. 4. legitur vulgo: φέρε δὴ καθ' ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικήν, εἰ συνέφδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος, ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι μὴ σαθρὸν ἀποφθέγγηται.

Digitized by Google

Utrum h. l. cum Fritzschio λόγοι μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι κτλ. legendum sit, cuius quidem sententiae quodammodo favent codd. Gorlic. et 3011. et ed. Flor. carentes verbis ἀλλὰ μή, an cum Hermanno ad Lucian. de conscr. hist. p. 236, repetitam negationem defendente vulgata retineri debeat, an prorsus in optimorum codicum et Flor. ed. lectione acquiescendum sit, in quam sententiam ego inclino, id h. l. dirimere nolo. Sed certum mihi est, pro ἀποφθέγγηται reponendum esse ἀποφθέγγεται, quod incommode Fritzschius vestigia secutus eorundem codd. ed. Flor. et marg. Ald. 1. Wessel. exhibentium ἀποφθέγγωνται in ἀποφθέγγονται mutavit. — In eodem capite, id quod in transcursu addo, nullo pacto cum Lehmanno scribi potest: καὶ ταῦτα οὐχ ὥσπερ τῶν νομισμάτων καὶ τῶν ἀνθρώπων μὴ φανερῶν εὐθὺς ὄντων. Acquiescendum in codd. nonnullorum scriptura: καὶ ταῦτα ὥσπερ τῶν νομισμάτων κτλ.

Cap. 7. τό γε μὴν πρός τι τέλος εὔχρηστον τῷ βίῳ μὴ καὶ μανίας εἴη ζητεῖν; Quid hoc loco sibi vult optativus? Repone ᾖ. Bene sic legitur c. 40. ἀγῶνα μὲν γὰρ καὶ μάχην σταδιαίαν καὶ ὠθισμὸν καὶ κόνιν καὶ τραύματα μὴ γελοῖον ᾖ λέγειν δύνασθαι φέρειν ἀνθρώπους, ὥσπερ ἐκείνους τινὰς δεομένους ἀναλήψεως; in quo loco quemadmodum in nostro interrogationis signum in punctum mutandum est. Non enim potest esse interrogatio.

Cap. 12. τῷ δὲ παρασίτῳ οὔτε μάγειρός ἐστιν, ᾧ χαλεπήνῃ, οὔτε ἀγρός, οὔτε οἰκονόμος, οὔτε ἀργύρια, ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων ἀχθεσθείη. Coniunctivus χαλεπήνῃ vix explicari potest; quapropter optativus restituendus est χαλεπήνειε, quem etiam corrupta cod. Gorlic. scriptura χαλεπήνει (sic) commendat et sequens optativus ἀχθεσθείη paene flagitat. Pro ἀπολλυμένων olim legebatur ἀπολογούμενος, in cuius locum lectio, quae hodie vulgatur, e cod. Graevii substituta est, quam confirmare videntur Longolii Exc. et marg. Ald. 1. Wessel. quae exhibent τῶν ἀπολλύμενος. Verum et sententia et scriptura cod. Gorl. ἀπολογουμένων in qua litterae γο punctis subscriptis indicantur delendae, ostendunt aor. ἀπολομένων restituendum esse. Etiam vv. seqq. καὶ πάντα ἔχει — πίοι labem traxisse videntur, quae quidem quomodo tollenda sit mihi quidem non liquet.

Digitized by Google

Cap. 59. *ἄλλως τε, οὐδὲ ὄνειδος αὐτῷ ἐστιν, ὡς σὺ φῄς, τὸ παρασιτεῖν ἐκείνῳ, δῆλον ὅτε ὡς κρεῖττον χείρονα· ὅπως γε μὴν τῷ πλουσίῳ τοῦτο λυσιτελές ἐστι κτλ.* His in verbis quod est vitium fugisse criticos, praeter Seagerum, sane miror is; cui quidem viro uti in eo libenter assentior vv. *ὅλως γε μήν* corrupta esse, ita tamen eius coniecturam *ὅμως* probare nequeo, cum posterius enunciatum necessario continere debeat argumentum prioris, in quo nexu *ὅμως* nullo pacto locum habere potest. Quapropter scribendum censeo: *ὅπου γε μήν, quando quidem*, cuius particulae usus et apud nostrum et apud alios frequentissimus est.

Rhetor. praec. c. 21. *μετὰ ταῦτα δὲ προϊόντα σε δορυφορείτωσαν — καὶ περὶ ὧν ἔφης διαλαμβάνοντα.* Qui h. l. in dubitationem vocaverunt v. *διαλαμβάνειν*, ii errant. *διαλαμβάνειν* est *disserere*, cf. Schaef. ad Greg. Cor. p. 7.

Bis Accus. s. *οὐδὲ ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασί, σχολὴν ἄγων.* Mira hoc in loco reperitur codd. diversitas. Optimi enim libri Gorl. 3011. et Poli Excerpta pro *κνήσασθαι* exhibent *ἁλφήσασθαι* et cod. Graevii *ἁλφαίσασθαι*, in quo verbo vera fortasse latet scriptura. Videtur olim locum habuisse vox rarior, quam deinde in usitatiorem mutaverint librarii; *κνήσασθαι* enim in hoc proverbio vox solennis est, cf. Arsen. Violet. p. 398. Sed hoc non impedit, quominus aliam etiam vocem usurpare potuerit scriptor noster. Si quid in re valde dubia tentare licet, coniicio *ἀδαχήσασθαι*, quam vocem Suidas explicat s. v. *ἀδαξῆσαι* col. 94 ed. Bernh. *καὶ ἀδαχεῖν τὸ κνήθειν* citato deinde loco Aristophanis ex Holcadibus, etiam ab aliis Grammaticis allato, quem emendavit Theod. Bergk in Ephemerid. Darmstad. a. 1835. p. 324:

ἀδαχεῖ γὰρ αὐτοῦ τὸν ἄχορ' ἐκλέγει τ' ἀεὶ
ἐκ τοῦ γενείου τὰς πολιὰς τὰς τοῦ Διός.

Cognatae formae sunt *ἀδαξῆσαι* sive *ὀδαξῆσαι* et *ἀδάξεσθαι* de quibus v. Pierson. ad Moer. p. 40. Est autem *ἀδαχεῖν* i. q. *κνήθειν scalpere* ex sententia Grammaticorum, inde *ἀδαχήσασθαι* i. q. *κνήσασθαι*; unde etiam posterior vox explicationis caussa ascripta facillime in verba irrepere potuit.

Postremo errorem omnium editorum permirum notare placet sententiam celebratissimam Hippocratis quam affert Lucianus Bis Acc. c. 1. in versus iambicos redigentium tales, quales nemo vel mediocriter in arte metrica versatus probare potest:

Digitized by Google

ὑρῇ τε δεινά, θυγγάνει τ' ἀηδέων
ἀπ' ἀλλοτρίῃσί τε συμφοραῖς ἰδίας λύπας
κατοῦται — — —.

Verba Hippocratis sunt de flatibus p. 295: ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς (pro quo Lucianus Ἀσκληπιός) ὁρέων τὰ δεινὰ θυγγάνει τε ἀηδέων καὶ ἀπ' ἀλλοτρίῃσι ξυμφορῇσιν ἰδίας κατοῦται λύπας (hunc ordinem de suo mutavit Lehm.), et sic soluta oratione etiam Lucianus scripsit. Haec Hippocratis sententia a pluribus affertur scriptoribus, v. Wyttenb. ad Plut. Moral. t. 3. p. 56. ed. Oxon.

Digitized by Google

CAR. HERMANNI FUNKHAENEL

PHILOS. DR. GYMNASII NICOLAITAN. LIPS. MAG. III.

DISSERTATIO

DE

DEMOSTHENE PLATONIS DISCIPULO.

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRO AMICISSIMO

HERMANNO SAUPPIO

S. P. D.

CAROLUS HERMANNUS FUNKHAENEL.

Saepe litteris a nobis invicem datis tempus illud praeterivisse conquesti sumus, cum et Tu Lipsiae versabaris et nobiscum Ludovicus Rossius Holsatus et Ioannes Henricus Neukirchius Curonus consuetudine coniunctissimi erant. Nam non de vulgaribus solum et ad vitae usum pertinentibus rebus familiarissime confabulati sumus neque patriae tantum moras quisque descripsit, terrarumque quas perlustraverant naturam et incolas depinxerunt illi, sed accessit studiorum nostrorum diversa ratio et commune quo omnes tenebamur vinculum, Godofredus Hermannus. In huius enim viri admiratione et veneratione praestitis consensimus neque ulla, in hunc ubi sermo incidit, inter nos dissensio fuit. Et nos quidem ambo iam tum Societati Graecae adscripti eramus, in qua Tu Platonem tractare solebas, ego Demosthenis operam novabam. Neukirchius ad Romanos poetas inprimisque fabularum togatarum scriptores studium contulit, cuius documento insigni est quem de iis conscripsit liber, mox tamen, ut antequam in Russiam rediret inter Societatis Graecae sodales referretur, ad Platonem se convertit. Rossius denique, qui iter in Graeciam parabat, Graecorum antiquitates est perscrutatus. In hac studiorum nostrorum discrepantia, si qui dubitandi locus esset aut si quae nova reperisse nobis videre-

Digitized by Google

mur, omnino si qua colloquendi occasio daretur, in medium sua quisque protulit quasi *τέλεσμά τι εἰς τὸ κοινὸν διδόντες ἐρανισταί.* Ita vero non solum amicitia nostra aucta est, sed fructus etiam inde ad studia cepimus non exiguos.

Postea Tu Turicum vocatus es, Rossius in Graeciam abivit, mox etiam Neukirchius Dorpatum revertit; sed omnes huius temporis iucundissimam memoriam, hodie quoque retinemus. Atque ut eius Tibi imaginem exprimerem, his diebus, quibus per solemnium Paschalium opportunitatem muneris scholastici vacatio dabatur, utendum putavi; similem autem ad Acta haec symbolam me quoque conferre debere intellexi, ne quod alii promptissimo animo fecerunt, hac ego viderer recusare. Itaque rem ad scribendum mihi proposui, quam Tibi, qui philosophos graecos pari amore atque oratores amplecteris, non ingratam fore arbitratus sum.

Inter eos, quorum disciplina Demosthenes usus et eo adductus esse dicitur, ut magnus orator fieri posset, duo sunt et ingenio et scriptis clarissimi viri, Plato et Isocrates. Et ad Platonem quidem quod attinet, incerta admodum sunt veterum scriptorum testimonia, quae huc de re a viris doctis collecta sunt [1]). Namque, qui nobis praeclari oratoris vitae gravissimum scriptor est, Plutarchus (vit. Demosth. c. 5.) talia narrat, ut, nisi aliunde aequiorem testis locupletior, fide plane nulla nobis digna sint censenda; cuius enim Hermippum, qui ex ἀποῤῥήτοις ὑπομνήμασι viderit Platonis fuisse discipulum Demosthenem maximamque ex eius admodum cupide ad orationes scribendas utilitatem. Ut vero fidem testimonio, cuius nescit auctorem, fidem denegat, ita non illa ἀδέσποτα ὑπομνήματα reiicere debemus, praesertim quum ipsum Hermippum etiam alium ob caussam suspectum esse nemo unquam intellexerit. Deinde Diogenes Laertius (edit. Huebner. I. p. 244.) alii Platonis discipulo Leonidi adsignat Heidum, Isocrati vero Aeschinem Socraticum.

1) Vide *Westermann* Gesch. der Beredts. I. §. 56. 3. et ad Plut. vit. X orat. p. 69. *Ranke*, qui egregiam de Demosthene dissertationem scripsit in: Ersch und Gruber Allgem. Encyclop. I. Sect. 24. Th. p. 67. sqq. *Scholten* Disquisit. de Demosth. eloqu. charactere p. 114. sqq.

Digitized by Google

cedunt ad hos auctor vitt. X oratorum, Suidas, scholiasta ad Platonis p. 318. Bekker. a Schaefero ad Plutarchi vitt. vol. VII p. 358. citatus. Inter hos Pseudoplutarchus praeter verum Plutarchum maxima auctoritate esse solet; quare quid referat videamus. Statim a principio vitae Demosthenis haec scribit: *Δημοσθένης — παρὰ τῇ μητρὶ διῆγε σχολάζων Ἰσοκράτει ὥς τινες ἔφασαν, ὡς δὲ οἱ πλεῖστοι Ἰσαίῳ τῷ Χαλκιδεῖ, ὃς ἦν Ἰσοκράτους μαθητής, διάγοντι ἐν Ἀθήναις, ζηλῶν Θουκυδίδην καὶ Πλάτωνα τὸν φιλόσοφον, ᾧ τινες εἶπον προηγουμένως αὐτὸν σχολάσαι.* Ita hunc locum exhibuit Westermannus. Ipsa verba parum commodo ordine sunt collocata, quod sensit Reiskius, cuius tamen emendatio probari nullo modo potest: *— τῷ Χαλκιδεῖ, διάγοντι ἐν Ἀθήναις, ὃς ἦν Ἰσοκράτους μὲν μαθητής, ζηλῶν δὲ Θουκυδίδην —.* Nam Isaeus neque Platonis discipulus neque Thucydidem aemulatus esse dici potest; notissimum est Demosthenis studium, quod in Thucydide legendo posuit diligentissimum. Apparet vero haec ad Demosthenem esse referenda et melius perspicuitati consuluisset scriptor, si malalisset scribere: *σχολάζων μὲν Ἰσοκράτει — ζηλῶν δὲ καὶ Θουκυδίδην καὶ Πλάτωνα*, vel nova sententia: *ζήλου δὲ καὶ Θουκυδίδην κτλ.* Neque tamen obscurum est, quid auctor; quum caute autem rem egerit, videas; quam vere tantum illud tradiderit memoraverit. Cur *προηγουμένως* posuerit, sequentia explicant; nec enim addit: *ὃ δὲ ἤκουσεν ἐξ ἐφήβου, ἡνίκα τὸν παρέβαλλεν Ἰσοκράτει καὶ Πλάτωνι.* Haec vero vix est credibile. Constat enim ille tempore Demosthenem duodevigesimum annum natum, quam inter ephebos receptus et sui juris factus esset, statim cum tutoribus de patrimonio controversiam habuisse, et quod sequebatur biennium in hac lite componenda peractum esse [2]), praeterea inde ab hoc tempore usque ad Olymp. CVI, 1 (annum secundum, quo primum contra Leptinem se publice dixit) habuit orationes publicas, non paucas orationes conscripsisse ad iudiciale genus pertinentes. Multo igitur est verisimilius, eum hoc tempore prorsus rhetoricen se dedisse et per Isaeum hanc artem didicisse,

2) V. *Hermann* Staatsalterthümer §. 123, 5. *Westermann* Quaest. Dem. III. p. 8.

Digitized by Google

quam operam et studium Platoni impendisse. Neque equidem intelligo, quid sit, quod Libanius dicit: μετὰ μέσον ταύτους τοὺς ἀγῶνας (τοὺς ἰσοπεραμικούς) βουλῇ τῇ ἡλικίᾳ προελθὼν συμπολιτεύεται, ἐκκλησίαις τοῖσιν συμβάλλεται ἐν δικαστηρίοις, nisi forte hoc τοπικῶς dictum appellat, quod rhetoricam artem exercuit Demosthenes.

Post hos testes alius producitur, ipse videlicet Demosthenes. Cicero Brut. c. 31. §. 121. haec scripsit: „Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur; idque apparet ex genere et granditate verborum. Dicit etiam in quadam epistola hoc ipse de sese.“ Utitur hoc loco Heusdius Init. Philosoph. Platon. Vol. II. Part. I. p. 80., non tamen offenditur eo, quod in epistola quadam hoc scripsisse dicatur Demosthenes; utitur etiam Scholtenius l. c. p. 175., sed nimis dubitanter. Quaeritur enim, quae epistola intelligenda sit inter eas, quae hodie oratoris nomine circumferuntur, quinta tantum est (ed. Reisk. p. 1490.), in qua Platonis mentio fit, cuius tamen philosophiae non ipse Demosthenes, sed Heraeleodorus, cui scripta est epistola, institutus esse traditur; commemorat autem auctor philosophum verbis quae satis testentur, quanti eius praecepta fecerit. Itaque non prorsus inepte iudicaveris hanc epistolam significasse Ciceronem, sed veloci oculo perspexisse. Attamen quo minus ita statuamus, alius Ciceronis locus impedit. Nam Orat. c. 4. §. 15. haec reperimus: „— quod idem de Demosthene existimari potest, cuius ex epistolis intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor.“ Alias igitur epistolas Ciceronis tempore superstites fuisse opinatus, quam quae ad nostram aetatem pervenerunt. Sed neutrum quidem eorum pro explorato hoc esse habendum, ipsum Demosthenem in epistolis suum philosophiae Platonicae studium asseverasse. Quam multae enim antiquis iam temporibus epistolae variis nominibus decoratae et pro variis vendentium sint epistolae inter omnes constat. Eas autem, quas hodie habemus Demosthenis nomine inscriptas, suspectas esse nemo nescit, neque fugit hoc Scholtenium; quare illuc certe confugit, ut etiamsi in spuriis habenda sit illa epistola, vel sic probari luculenter putet, eum qui Demostheni hanc tribuerit epistolam, Platonica studia ab eo haudquaquam aliena censuisse, quod, ne nimis

Digitized by Google

temperiter nobis inepti videtur, Scholiasta longitur, quanquam Platonica studia in illa epistola ne verbo quidem commemorata existimet. Denique qui idem Scholiastes nititur argumento ex oratione amatoria (p. 1414, 15. §. 44.) depromto, ubi omnium philosophiae laudes praedicentur, eo neque doctissimi viri sententiam probari arbitror — nam de Platone nihil ibi scriptum est — et hanc declamatio a Demosthene est alienissima.

Quae praeter Graecos scriptores affernntur Latinorum, Ciceronis, Quinctiliani, Taciti, Gellii, testimonia rem neque probant atque infringunt; sed famam de Demosthene Platonis auditore vulgatam fuisse et ad Romanos etiam translatam esse apparet. Non vero ideo, quod Romani eam acceperunt, neutiquam certis rationibus inniti eam et omni dubitatione liberam esse existimari debemus, id quod bene etiam Rankius significavit. Ut dicam, quae sit mea sententia: quum nullo loco ipse eruditus, quanquam qua puer institutione usus sit, explicet [3]), philosophiae studium professus sit, neque ullus Graecus, qui Demosthenis aetate aut paulo post vixit, quidquam hac de re scripserit [4]), quum ne Plutarchus quidem certa et quae nulli dubitationi locum relinquant tradat [5]), reliqui vero et maxime Romani, qui testes solent vocari, illo non satis digni videantur, prorsus dubium vel potius parum verisimile est, De-

3) Or. 1. adversus Aphobum §. 10. καὶ εἰς τοσοῦτον ἀπορίας ἦλθεν, ὥστε καὶ τοὺς διδασκάλους τοὺς αὑτοῦ ἐπιτρέψαι. Or. de corona §. 257. ἐμοὶ μὲν γὰρ ἔπεμψεν, Αἰσχίνη, παιδὶ μὲν ὄντι φοιτᾶν εἰς τὰ προσήκοντα διδασκαλεῖα καὶ ἔχειν ὅσα χρὴ τὸν μηδὲν αἰσχρὸν ποιήσοντα δι' ἔνδειαν, ἐξελθόντι δὲ ἐκ παίδων ἀκόλουθα τούτοις πράττειν, χορηγεῖν, τριηραρχεῖν κτλ. Ibid. §. 265. ubi Aeschinem alloquitur: ἐδίδασκες γράμματα, ἐγὼ δ' ἐφοίτων. Plutarchum vit. Demosth. c. 4. tutorum fraudes referentem et eum adiicientem: διὸ τὸ δὴ λεγόμενον ὑπὸ πραγμάτων ἀναγκαίων ἀναίσθητος ἐσχὲ παιδεύσεως κτλ. jure convincit erroris *Ranke* l. c. p. 63. B. sq.

4) Potuit hoc Aeschines, velut orat. adv. Ctesiph. §. 171. sqq., ubi adversarii ingenium et mores describit. Mea quidem sententia hanc detrectandi opportunitatem libenter arripuisset, si Demosthenem egregii magistri pessimum discipulum appellare potuisset.

5) Si Plutarchus pro Theophrasto Demetrium Phalereum adhibuisset, quum de aliis re c. 2. tradit λόγοις τισὶν ἐπιφανέσιν ἀνδράσι γεγονότος, equidem facilius ei crederem.

Digitized by Google

nostrorum Platonis scholis frequentatibus, posteriore tempore fama aliqua exstitit ex incertis quorundam hominum testimoniis repetita, quae etiam in Romanorum inde a Cicerone scripta translata est. Iam si quaeris, unde originem ceperit haec opinio, caussa in promptu est non improbabilis. Nam quum Plato eo tempore, quo Demosthenes aliorum clarissimorum hominum disciplinae assectatur, magna gloria floreret, vix credibile visum est, iuvenem tantopere a philosophiae studiis abstinuisse, ut nollet ille per Platonem eruditi; itaque quum liberaliter institutus putaretur, etiam ea existimatus ad oratoriam artem accessisse visus est; quam, ut ante sophistae, ita illo tempore Socratis discipuli et inter hos inprimis Plato profitebantur. Neque altera, nisi me omnia fallunt, caussa defuit in vana quadam philosophorum, qui postero tempore vixerunt, iactatione et gloriae cupiditate posita. Nam quum Demosthenes maxima inter antiquos eloquentiae laude celebraretur et primus ei in dicendo nec consensu omnes deferrent, philosophi nimo sua ipsorum doctrina et scientia magnum eum et perfectum oratorem factum esse noluerunt; hinc pius philosophi disciplinae eum tradiderant, quem si temporis rationem habemus audire certe potuit; hinc non solum Platonis, sed etiam Aristotelis atque adeo Xenocratis et Theophrasti scholis interfuisse oratorem affirmaverunt [6]); fama tum propagata et temere a quibusdam scriptoribus excepta est.

Quum igitur ex veterum testimoniis evinci non queat, quod Apuleius in apologia (edit. Florid. tom. I. p. 425.) contendit, summum oratorem a Platone philosophe facundiam hausisse, alio id modo probare conati sunt Batavi duo, Philippus Guilielmus van Heusde et Ioannes Henricus Scholten, de quorum sententia antequam inquiramus, alius Batavi, Bakii, qui in Biblioth. crit. nov. Vol. V. Part. I. p. 188. egregiam Philippicarum Demosth. orationum V. a Wolmelio editarum censuram scripsit, paucis perlustrare licet iudicium. Primum hoc monet, Hermippum Smyrnaeum, quo teste utitur Plutarchus, dubiae fidei

6) V. *Bonitz* l. c. p. 6. B. et [illegible] Scholtenii libri in Acadcm. Bayr. Diarn. litter. 1836. N. 82. p. 656. *Stahr* Aristotel. I. p. 157.

Digitized by Google

cho eloquio in tam ingratis rebus pravas opiniones Peripateticis deberi 7), et nisi Plutarchei loci scriptura dubitatio testimoniis nitebatur, suspicari quem posse, non Platonis, sed Aristotelis esse περὶ σχολῆς. Tum rem ipsam parum probabilem esse ostendit, nam Demosthenem audito Callistrato paene puerum, quum dicendi facultatis admiratione ardentissima esset, huic rei studio se dedisse 8). Sed ipsum Eukium audiamus haec disserentem: „Idque rhetores audivit, idque ita quidem ei fuit principium, ut quae praeterea conquirerentur tanquam instrumenta dicendi, tum demum didicerit, quum semel iterumque, minime quippe his instructus, offendisset. Tradunt haec satis constanter Dionysius, Plutarchus, Libanius, alii. Philosophari neque audita tum placebat et obsoletabatur sane hominibus et otiosis; sophistarum quippe locum tum rhetores occupabant, spreta philosophia, unde tamen omnem dicendi copiam manare docti statuebant 9). Haec discidium utriusque disciplinae prudenter memorat Cicero de orat. III, 19. et orat. 3, 42: nec tantum dissociatos fuisse a philosophia nostros dicendi magistros, sed horum etiam postea prae illis floruisse auctoritatem, ex Aristotelis invidia intelligi potest, qui Isocratis disciplinam in-

7) Cfr. *Westermann* Quaest. Demosth. IV. p. XI. sq. et p. 34. sqq. *Bernhardy* Grundriss der griech. Litt. I. p. 374. et p. 381. Ab horum virorum iudicio valde dissentit *Stahr* Aristotel. I. p. 5. sq. et II. p. 60. sqq., quanquam Hermippi ἀκριβῶν quodammodo concedit.

8) Notissimum hoc est, sed utrum sit ad causam de Oropo actam referendum an ad aliam, quaeritur. V. *Clinton* F. H. p. 405. ed. Kr. *Westermann* Gesch. der Beredts. I. §. 45, 17—19. et §. 56, qui postea retractavit sententiam Quaest. Dem. III. p. 6., denique *Rauke* l. c. p. 64. sq.

9) Non aliena puto, quae de λογογράφοις secundum Platonis Euthydemum scripsi in Zimmermanni: Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft 1835. p. 834. sqq. Adde *Bernhardy* Wissenschaftliche Syntax p. 17. sqq. et maxime de Isocrate eiusque disciplina p. 20. sqq. Nam Isocrates potissimum adversarius exstitit philosophiae, quam quantam spreverit, exposuit *Sauppius* in Zimmermanni diar. 1835. p. 404. Breviter de hoc philosophiae studiorum contemptu potit sophistas usque ad Platonis tempus et de mutata φιλοσοφίας vi et significatione disseruit *Bernhardy* Grundriss der griech. Litteratur I. p. 337.

Digitized by Google

audere negaverunt [10]). Quod quidquam minus dictum Ciceronem, perfectae tamen eloquentiae magistrum, cuius vim in uno Demosthene exprimendo esse quae dicenda inde intelligi, sine philosophia existere non posse perpetua contendit quamque ipse plurimum illis studiis operae impendisset, ut auctoritatem non ex rhetorum scholis, sed ex Academiae spatiis gravissima affirmaret, ambitiosus, ut mihi videtur, in hoc celebrem celeumcinem posthaxit Demosthenem. Haec tam bene mihi quidem videntur disputata esse, ut quae contra nequeam habeam, modo negaverim Ciceroni hoc esse tribuendum, ut Demosthenes philosophiae se dedisse credatur, sed potius quam inceptum esset, non audivisse eruteo Platonem, hoc neglexisse putaverim romanum orationis, qui idem philosophus existimari mallet, et, quod supra commemoravi, ut Dionysius perfectus orator appellari posset, per academiam hoc effectum esse non aliis censuisse. — Post haec Bakius iudicium fert de Ciceronis locis, quos vidimus, et quum Platonis genus ipsum et grandiloquentiam orationis in Demosthene apprime Cicero testetur, Dionysium Halicarnassensem excitat, qui non solum in libro περὶ συνθέσεως ὀνομάτων p. 240. ed. Schaef. delectu verborum Platonem praestare Demosthenem affirmet, sed in Epist. ad Pompei. non uno loco [11]) ostendat Demosthenem ab iis vitiis liberum esse, quibus Platonis sublimior oratio laboret, poetici ornatus, improprietatis, insolentiae, nimiae audaciae et immodestiae. — Eodem fere argumento usus est Rankius l. c. p. 67. B. et adiecit novum de diversa Platonis et Demosthenis rem publicam administrandi ratione, quam cum Niebuhrio (Kleine historische und philosophische Schriften p. 480.) significavit tantum.

Alia via ingressi sunt Batavi illi duo, quos supra nominavi. Usi quidem sunt suam in rem veterum scriptorum locis, quibus uti potuerunt, sed in iis non acquieverunt; idque omni ex parte est laudandum. Nam ut concedas illa testimonia impugnari non posse: si ipsa Demosthenis scripta adversentur, nihil egeris et

---

10) V. *Stahr* Aristotel. I. p. 69. sq. Exousat quodammodo Aristotelem *Westermann* Gesch. etc. §. 76, 3.

11) Velut p. 6 sq. et p. 124. ed. Krüger.; adde Dionys. de admir. vi dic. in Demosth. p. 1062. Reisk. Defendit Platonem *Bernhardy* Syntax p. 26. adn. 48.

Digitized by Google

operum lectionem. Quare in orationes Demosthenis inquirendum esse illi intellexerunt atque ex his, si quae possent, argumenta petenda; quae si reperiri potuerint et reperta suppeditarint, res erit certissima. Uterque vero copiosissimam disputandi materiem cumulavit, ita tamen ut quod Heusdius quasi in transcursu docuerat, eius discipulus singulari libro magistri vestigia pressius explicaret. Hoc si audis, Demosthenes totus est Platonicus, nihil ex suo ingenio deprompsit nisi Platonis institutione atque perpolitum, et si revera Demosthenes est ἀνὴρ τὴν πολιτείαν ξυνιστὰς φιλοσοφίᾳ προσήκων (quae auctor encomii Demosthenis, quod inter Lucianeos fertur, c. 49. Aristoteli facit iudicium), ad hunc pol Platonem exercitatus aggressus est. Ita igitur clarissimo oratori non innatam esse philosophandi vim et facultatem opinantur, sed Platone duce ad philosophiam esse se conversum. Uterque enim, ut Heusdius et Scholtenius, hoc totius quaestionis ponunt fundamentum, Demosthenem ex diligenti et assidua Platonis operum lectione maximam utilitatem percepisse. Gratios igitur scriptores, qui audivisse Demosthenem philosophi praecepta narrant, minus nequeunt putant. Quod vim rationum hanc probare conati sint, paucis explicabimus, atque de Heusdio potissimum videbimus, quia et auctor eius sententiae exstitit et discipulum adduxit, ut, quod ipse fatetur Scholtenius, degustata Platonis suavitate mox ad Demosthenem legendum excitatus ad huius eloquentiae cum illius philosophia necessitudinem animum adverteret. Neque potuit sane is non persuadere Heusdius, quem tam vere affinitivisset Demosthenem philosophi scriptis legendis operam navavisse, et dubitari posse poenas non videretur. Primum enim praeter ceteros auctores in Demosthene conspicuum esse dicit δεινότητα, quae in illis deprehensa ab antiquitate huic uni quasi propria fuerit; δεινότης vero eiusmodi fuisse, ut Socratis σωφροσύνη retulerit, et in universitatem esse, ut non principibus in re publica viris ipsi populo peperserit. Et professo ipse auctor hanc παρρησίαν profitetur, velut cr. de Cherson. §. 24: λέξω δὲ μετὰ παρρησίας· καὶ γὰρ οὐδ' ἂν ἄλλως δυναίμην: petit, ut sibi liberae, quae sentiat, dicere concedatur (ibid. §. 32. καὶ μοι πρὸς θεῶν, ὅσον ἄνευ τοῦ βελτίστου λέγω, ἐκκοπήσεται παρρησία), neque quantum illo iam tempore inimicus fuerit videri debemus, siquidem auctor timet, ne παρρησιάζωμαι

cives inserantur pochamque irrogent, ut Olynth. III. §. 22. ταῦτα μὰ τὴν Δήμητρα οὐκ ἂν θαυμάσαιμι, εἰ μείζων εἰπόντι ἐμοὶ γένοιτο παρ' ὑμῶν βλάβη τῶν πεποιηκότων αὐτὰ γενέσθαι· οὐδὲ γὰρ παρρησία περὶ πάντων ἀεὶ παρ' ὑμῖν ἐστιν, ἀλλ' ἔγωγε ὅτι καὶ νῦν γέγονε θαυμάζω, quocum loco componere licet alium or. Phil. III. §. 3. ἀξιῶ δ' ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι ἐάν τι τῶν ἀληθῶν μετὰ παρρησίας λέγω, μηδεμίαν μοι διὰ τοῦτο παρ' ὑμῶν ὀργὴν γενέσθαι. σκοπεῖτε γὰρ ὡδί· ὑμεῖς τὴν παρρησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις αὐτῆς μεταδεδώκατε, καὶ πολλοὺς ἄν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλονται λέγοντας ἢ πόλιτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων, ἐκ δὲ τοῦ συμβουλεύειν παντάπασιν ἐξεληλάκατε. Quanti igitur aestimaverit hanc libertatem orator quantumque sit tuitus, ex his facile perspicitur; quam aliis in rebus adeo servis concesserint cives, hanc in dicendo sibi vindicat. Neque vero mirum id est, si homo patriae amantissimus nullaque prava libidine ductus, sed qui solum veri studium sequeretur et civium salutem rectius quam plerique omnes perspectam haberet, hoc quod diu multumque meditatus indagasset, ut libere eloqueretur, licere sibi voluit; hoc potius debet cuivis maxime mirum videri, hanc παρρησίαν non ex eo uno, qui potuerit esse, fonte repeti, ex ipsius Demosthenis ingenio, sed ex remotissimo et quem nullo possis argumento demonstrare, ex Socrate eiusque disciplina. Scholtenius, qui paulo uberius hanc dicendi libertatem inde a pag. 93. usque ad p. 122. describit, primum Socratem et Platonem in Sophistas vehementer invectum cum Demosthene demagogos impugnante (p. 101. sq.) comparat, sed ita rem instituit, ut qua ratiocinatione id, quod vult, assequatur, me quidem fugiat; non probantis enim sunt verba, sed declamantis haecce: „Ac quidni Socratis exemplum ob oculos habuisse eum statuamus, cuius in Melitum (sic) pro tribunali, in Sophistas Calliclis domo παρρησίαν miratus fuerat, cuiusque, etiamsi raro res politicas attigisset, tantam fuisse olim δεινότητα noverat, ut cum ducum ageretur caussa, qui proelio navali ad Arginusas interfuerant, solus adversus coecam multitudinem iustitiae se vindicem praestaret, nec quidquam se facturum profiteretur, nisi quod esset legibus consentaneum.“ Et quum Plato

Digitized by Google

in Apologia p. 32. C. Socratem haec profitentem fecerit: *μετὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ δικαίου ἅμην μᾶλλόν με δεῖν διακινδυνεύειν, ἢ μετ' ὑμῶν γενέσθαι μὴ δίκαια βουλευομένων φοβηθέντα δεσμὸν ἢ θάνατον*, Demosthenes autem orat. pro Megalopolit. §. 8. sq. dicit: *ἐγὼ δ' ὁρῶ μὲν ὡς χαλεπὸν τὰ βέλτιστα λέγειν ἐστί· συνεξεπατημένων γὰρ ὑμῶν καὶ τῶν μὲν ταυτὶ βουλομένων, τῶν δὲ ταυτί, ἐὰν τὰ μεταξύ τις ἐχχειρῇ λέγειν καὶ ὑμεῖς μὴ πειρώμενοι μαθεῖν, χαριεῖται μὲν οὐδετέροις, διαβεβλήσεται δὲ πρὸς ἀμφοτέρους· οὐ μὴν ἀλλ' αἱρήσομαι μᾶλλον αὐτός, ἂν ἄρα τοῦτο πάθω, δοκεῖν φλυαρεῖν ἢ παρ' ἃ βέλτιστα νομίζω τῇ πόλει, προέσθαι τισὶν ὑμᾶς ἐξαπατῆσαι*, haec non eiusmodi esse opinari licet, quae unusquisque probus et aequitatis studiosus civis fari possit, sed vel invitus fateri cogeris, Socraticum per eloquentiam Demosthenis spirare genium, scilicet Scholtenium si audis. Sed ipsi videant lectores, quomodo ea, quae simillima eis, quae attulimus, Scholtenius p. 108. et p. 119. ex Apologia deprompsit, cum Demosthenis componant. Equidem si Batavi isti hoc sibi proposuissent, ut quae similitudo inter philosophos illos et Demosthenem intercederet, explicarent, et exempli loco *παρρησίαν* attulissent, non refragarer; sed quum in eo non acquievissent et multis modis eximio oratoris ingenio iniuriam fecissent, obsistendum putavi. Utrique vero etiam hoc oblitus est, *ἰσονομίαν* et *ἰσηγορίαν* sive *παρρησίαν* tanto studio a popularibus Graecorum civitatibus quaesitas esse, ut sine iis ne libera quidem civitas videretur.[12]) Quo iure igitur per unam Socratem aut Platonem Demostheni hanc *παρρησίαν* insitam esse contenderis, quae liberorum Graecorum omnium communis esse debuit?

Sed aliis praeterea praesidiis ad sententiam tuendam Heusdius (l. c. p. 82. sq.) sibi esse munitus videtur. Non solum libere, sed etiam pari cum prudentia et benevolentia Demosthenem locutum esse ait et, quamvis non raro acerbissime notaverit cives, non tamen irridendi studio id fecisse, sed ut iis persuaderet, atque eo modo, ut oratoris humanitatem cognoscerent. Neque hac in re a vero aberrasse Heusdius pu-

12) Vide *Hermann* Lehrbuch der griech. Staatsalterth. §. 66, 5.

Digitized by Google

laudus est; nam qui oliter tantum oratoris scripta intellexit, quid sibi velit Heusdius, sciet; vide, ut paucis exemplis rem probem, or. Olynthiacae II. clausulam inde a §. 23, Philipp. I. §. 24—27, et quod ipse Heusdius conferri iubet, exordium orationis de corona. Similia his, ut Heusdius iudicat, in Platonis Theaet. p. 151. C. Socrates profert: *πολλοί γάρ ἤδη πρός με οὕτω διετέθησαν ὥστε σχεδόν τι ἐπιχειρεῖν ἐτέροις εἶναι, ἐπειδόν τινα λῆρον αὐτῶν ἀφαιρῶμαι, καὶ οὐκ οἴονται εὖνούς μοι τοῦτο ποιεῖν, πόρρω ὄντες τοῦ εἰδέναι, ὅτι οὐδεὶς θεὸς δύσνους ἀνθρώποις· οὐδ' ἐγὼ δυσνοίᾳ τοιοῦτον οὐδὲν δρῶ· ἀλλά μοι ψεύδος τε συγχωρῆσαι καὶ ἀλήθεια ἀφανίσαι οὐδαμῶς θέμις.* — Hanc oratoris humanitatem et in erga benevolentiam item Scholtenius p. 110. sqq. exponit. Et studium, quod in ea re posuit, vehementer laudo, amorem quo magnum oratorem amplectitur, laetissimo plausu excipio; operam vero eius et laborem irritum esse duco. Bene etiam p. 113. Aeschinis impudentiam a Demosthenis *παῤῥησίᾳ* distinguit, probo Isocratis cum Demosthene comparationem, quam p. 114. sqq. instituit, caetera non item. Neque omni ex parte assensu dignum esse arbitror, quod p. 109., ubi quaerit, qui factum sit, ut dura molestaque verba, quae a Demosthene interdum proiecta sunt, levissima Atheniensium gens pertulerit neque furibunda oratorem de suggestu deiecerit, qui tanta cum audacia libidinibus ipsius frenum inicere sustineret, in oratoris benevolentia, patriae amore et aequitate, omnino in Demosthenis virtute caussam esse positam iudicat; dubium esse nequit, quin haec vera sit, sed non sola videtur statuenda. Uti populi iram non semel excitavit, ita lenivit etiam et placavit [13]), eius facilitatem, clementiam (velut or. de cor. §. 99.), gloriam et merita in totam Graeciam; maiorum immortalia facta praedicavit, neque his artibus, quibus omnes oratores et demagogi utebantur, abstinere voluit. Exspectavit tamen etiam auditorum iram et vindictam (v. Phil. II. §. 33. coll. or. de Chers. §. 31.), rogavit,

13) Epidemum est Hieronymi Wolfii adiotatio ad Demosth. p. 219, 28: „Recte quidem senserunt, nisi Demosthenes ubique mentiatur, qui talem nobis depingit Atheniensem populum, ut asino ignavissimo, qui vix contis et fustibus excitari queat, comparandus videatur.“

Digitized by Google

ut ipsum, priusquam clamarent et tumultum concitarent, audirent (or. de pace §. 15.), et quum sciret plebem facile iracundiae se committere, non tamen hoc timore impediri se passus est, quominus ad veritatem diceret [14]. Ita animi constantia et fortitudine populum clamosum et ad tumultuandum proclivem coercuit [15], et quum neque assentatorum more ad voluptatem loqui vellet neque metu intercludi, quominus utilia diceret (v. Phil. I. §. 51.), hac quasi audacia et animi magnitudine in concionibus ita regnavit, ut omni noxa liber esset. — Denique ne hoc quidem silentio praetermittendum est, hanc dicendi libertatem vel licentiam potius nostris quidem temporibus accommodatam non videri, illis vero vel maxime propriam fuisse, nos multa effrenata et omnem modum superantia existimare, in quibus veteres nullo modo offenderint. Comici poetae largam exemplorum copiam suppeditant; sed hoc significasse satis est.

Redeamus ad Heusdium, qui documento est, ad quae delabatur is, qui praesumptae opinionis ita tenax est, ut ex hac omnia iudicet. Miror tamen eum non etiam Socraticae εἰρωνείας in Demosthene reperisse vestigia. Et quodammodo iniuriam a se illatam Demostheni sentit; ut enim Socratem ad philosophiam, ita Demosthenem ad eloquentiam natum esse ait, statim tamen oratorem illi orationis disciplinaeque exemplum debuisse addit, ad quod suam dicendi facultatem acuerit, excoluerit et uni civitatis saluti adhibuerit. Sed longum est et taedium paene offert omnia refellere quae Heusdius non tam demonstravit quam affirmavit, qui eo usque progressus est, ut illud quod Socratici τοῦ καλοῦ nomine complexi sunt, e Socratica disciplina ad Demosthenem transivisse velit in eamque rem

14) V. Olynth. I. §. 16. ἐγὼ δ' οὐκ ἀγνοῶ μὲν τοῦτ' ὅτι πολλοὺς ὑμῶν οὐ τοὺς αἰτίους ἀλλὰ τοὺς ὑστάτους περὶ τῶν πραγμάτων εἰπόντας ἐν ὀργῇ ποιεῖσθε, ἄν τι μὴ κατὰ γνώμην ἐκβῇ· οὐ μὴν οἶμαι δεῖν τὴν ἰδίαν ἀσφάλειαν σκοποῦνθ' ὑποστείλασθαι περὶ ὧν ὑμῖν συμφέρειν ἡγοῦμαι.

15) Memorabilis est aliam ob caussam locus or. Midian. §. 194. εἰς γὰρ τοῦτο θράσους καὶ ἀναιδείας τότ' ἀφίκετο (Μειδίας) — ὥστε κακῶς λέγων καὶ ἀπειλῶν καὶ βλέπων εἰς τὸν ἀεὶ θορυβοῦντα τόπον τῆς ἐκκλησίας καταπλήξειν ᾤετο τὸν δῆμον ἅπαντα. Quantopere haec pauca verba plebis ingenium illustrant.

Digitized by Google

Panaetii (Plut. Dem. c. 23.) indicio elatum: τὸν λόγον αὐτοῦ οὔτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ παλαιοῦ δι' αὐτὸ ἀκροατοῦ ὄντος, quam praeceptionem quam Cicero (Offic. I. c. 2. §. 6.) Stoicorum, Academicorum et Peripateticorum propriam appellet, unusquisque harum scholarum ut suam sibi facile Demosthenem arrogaverit. Idem quod praeceptor, Schoettenius fecit, qui a p. 128. usque ad p. 147. de honesto e sententia Demosthenis ultima praeferendo scripsit, eandem Panaetium p. 142. (coll. p. 8.) laudavit et p. 124. solum praesentium XXIII (edit. Reisk. p. 1433, 5.) superesse putavit, unde lacalentur effici possit illud oratoris studium. Miramur haec et Demosthenem ex Socraticorum scripto virtutis et iustitiae effigiem expressisse tandem non credimus, dum aliis rationibus illi viri sententiam stabiliverint.

Denique ad ipsum orationis genus accessit Heusdius p. 151—156., quocum Schoettenius p. 36—51. comparandus est. Et ut verum fatear, cum animi quodam impetu ad id properavi, quae Batavi hac de re scripserunt. Quid vero legi? Demosthenis orationum, ut Platonicam, dialogum referre et sermonis familiaris imitationem habere. Quis neget? Quis Demosthenicae orationis ita est ignarus, ut hoc non concedat? At imitatus est Demosthenes etiam hac in re Platonem. Quid, quaeso, si Demosthenes familiarem et quotidianae vitae sermonem interdum recepit, nonne oratorio more hoc fecit, ut vividior et efficacior existeret sermo? Quin in publico verba faceret, nonne ad popularem intelligentiam accommodate loqui debuit? Verus est Demosthenes orator, qui quomodo audientes commoveret et incitaret intellexerit et a populi sentiendi et colloquendi usu, ubi res ferret, discedere noluerit. Si quid unquam imitatus est, hanc populi consuetudinem est imitatus. Longe aliam dramaticae sive scenicae formae, quam Plato dialogis adhibuit, rationem esse apparet. Quod orator natura quasi duce fecit, hoc philosophus artificio quodam assumpsit. Atheniensium morem altercandi disputandique non ignoravit; sophistae hunc si non introduxerant, certe omni modo nutriverant; tum oratores prodierunt, poetae, philosophi secuti sant; neque historici scriptores abhorruerunt, orationes historiae inseruerunt remque ita instituerunt, ut in concione loquentes

Digitized by Google

audire tibi videaris. Philosophos si commemoro, eristicam illam et ὀπλομαχίαν, de qua Winckelmannus in Prolegomenis ad Euthydemum docte disseruit, praetermitto, neque Platonem a scenicis poetis, sed a Socrate potius dialogorum formam repetiisse existimo. Nam quae fuit eius popularis philosophandi consuetudo, colloqui cum hominibus voluit, non perpetua oratione placita sua aperire. Plato quum magistrum in dialogis docentem faceret, eius morem sequi debuit; hinc colloquiorum formam accepit, sed fecit summa cum arte, ut cultior et politior neque ab altiore scientia aliena haec forma esset et magis dramatum quam sermonum, quales vita quotidiana gignit, naturae responderet. Ita vero Plato et magistri consuetudinem bene descripsit et ad popularium usum quodammodo sese accommodavit [16]. — Ex his quid sentiam, facile patet; exempla, quibus Platonis imitationem effici putant, Phil. I. §. 10. sqq. et or. Cherson. §. 34. sqq., alia, nihil probant neque ad adulterinas orationes confugere opus fuit, qualis est Philipp. IV., cuius §. 70. sqq. citavit Heusdius. Tam Demosthenica illa sunt sive enunciatorum conformationem sive dicendi genus spectas, ut nihil comparari, quod magis oratoris ingenium prodat, posse videatur. Neque Heusdius Platonica cum his contulit, sed haec quoque ex sensu suo Platonico, quo ego plane me destitutum fateor, iudicavit. — Denique si quis ad dialogos usitatissimam rhetoribus ὑποφοράν, quam Latini subiectionem appellaverunt (v. Auctor rhetor. ad Herennium IV, c. 23. §. 33.), pertinere opinetur, non a philosophis eam repetendam neque ullo in dialogo Platonis reperiri, sed rhetorum inventum esse censor libri Scholteniani l. c. p. 772. iam monuit.

Reliquorum quae Scholtenius e Platone in Demosthenem translata esse putavit, quaeque ad τὸ δίκαιον, νόμιμον, συμφέρον, καλόν etc. pertinentia ante Platonem in rhetorum scholis tractata erant, et omnino eorum, quae praeter haec, quae vidimus, disputavit, censura eo lubentius supersedemus, quod censor ille, quem virum acutissimi ingenii magnaeque doctrinae, Leonhardum Spengelium esse coniicio, tanta diligentia in iis versatus est, ut ego quae addam nesciam. Unum hoc

16) Vide *Bernhardy* Grundriss der griech. Litter. p. 335.

locutionem gratia adiicere lineas quod Schultzius quoque (index p. 29.) de tropis et imaginibus, quibus illustrandae gratia dissernit, extremo libro capite p. 37. gessit. Platonis machinae περὶ πολιτείας libris legendis haud minimam operam Demosthenem impendisse, Atticorum si quaeris duae erant: Demosthenes Phil. III. §. 30. ἐγὼ δ' οἶμαι καὶ μέχρι τοῦδε γε ἅπαντ' ἂν ὑμᾶς εἰδέναι, ὅσα ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ ἀπαλλαγῆναι τῶν ἔργων ἢ ὑφ' ἡμῶν ἁλῶναι πεποιήκασιν οἱ Ἕλληνες, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ γαμήσειν γε ἄλλην τῆς Ἑλλάδος ἡδυνήθησαν καὶ τὸν αὐτὸν κρόνον, ὃν ἐκεῖνος ἐποίησε τοῦθ' ὅσῳ δὲ μᾶλλον ἂν αὐτὸς ἐν οἰκίᾳ καλῇ γεγονὼς γνήσιος δόξειν εἶναι καὶ σαλεύειν μηδὲν ὀρθῶς — εἰ δέ γε δοῦλος ἢ ὑποβολιμαῖος τὰ μὲν προσήκοντα ἐπαίδευε καὶ ἐδημιούργει, Ἡράκλεες ὅσῳ μᾶλλον δεινὸν καὶ ὀργῆς ἄξιον πάντες ἂν ἅπασιν εἶναι, ἀλλ' οὐχ ὑπὲρ Φιλίππου — εἶτα ἔγημεν, οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος οὐδὲ προσήκοντος τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου τῆλε (Cum his Platonica (Civit. p. 470. C.) comparanda) φησὶ χρῆναι τὸν Ἑλληνικὸν γένος αὐτὸ αὑτῷ οἰκεῖον εἶναι καὶ πανταχῇ τῆς βαρβαρικῆς ὀθνεῖον πεφυκέναι. Deinde quum Demosthenes de cor. §. 122. Aeschinem ita sibi allegantem ἅπαντα ταῦτα ποιῶν λέγεις ἃ δεῖ πρεσβευτὴν τῷ δημοσίῳ ἅπαντ' ἀναθέμενον ἐκδίκως κατὰ συγγραφήν, εἶτ' οὐκ ἔχοντα ἃ πεπόνθει ἐν τῇ συγχρατῇ μομφέσθαι ἢ ἡμῖν τοῖς δημοσίοις ἀλλ' οὐ τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς πολιτεύμασι γεγενημένοις, haec Platoni (ibid. p. 364. D.) eorum putanti, apud quam Socrates ita loquitur Βαβαί, ὦ φίλ' Ἀδείμαντε, οὐκ ἐφαρμόττει σοὶ γε ἀνδρὶ πόλιν ἐκ πολιτῶν ἐκλογίσασθαι ταῖς ἀνδρὸς. Propter illa duo verba ne omnibus Graecis notissima dicta, sed ab utroque scriptore diverse ratione usurpata Demosthenes Platonem imitatus esse videtur Scholtenius. Testimonium non est dissimile. Quod apud Dem. Olynth. II. §. 21. legimus ὥσπερ γὰρ ἐν ταῖς σφαίραις ἡμᾶς τοῦτο μὲν ἂν ἐφαμίλλους φήσει, σώζειν ἐπιτρέψαντας τῶν κατ' ἔχιστα σωζόντων· ἐπὰν δὲ ἀφαιρεῖσθαι τι συμβῇ, τοῦτο οὐ νίκην, οὐκ ἄθλημα οὐκ ὄφελος οὐκ ἄλλο τι, τῶν ἐπιφερόντων τοῖς σπουδαίοις ἢ σῴζειν καὶ τῶν πόλεων καὶ τῶν τειχῶν ἔσται· ἐπειδὰν δὲ ὅμορος πόλεμος ἐμπλήσῃ, πόσα ἀσχήμονα ἐνδήσει, hoc non eiusmodi esse putare debemus, quale quivis homo sponte proferat, sed Plato auctor eius quoque est Rep. p. 556. E.

Digitized by Google

οὐκοῦν. ὥσπερ σῶμα νοσῶδες μικρᾶς ἑορτῆς ἔξωθεν δεῖται προσλαβέσθαι πρὸς τὸ κάμνειν, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει αὐτὸ αὑτῷ, οὕτω δὴ καὶ ἡ κατὰ ταὐτὰ ἐκείνῃ διακειμένη πόλις ἀπὸ σμικρᾶς προφάσεως — νοσεῖ τε καὶ αὐτὴ αὑτῇ μάχεται, ἐνίοτε δὲ καὶ ἄνευ τῶν ἔξω στασιάζει; Quantopere autem hi duo loci inter se discrepent, non est quod doceam. Porro Plato p. 550. E. ἢ οὐχ οὕτω πλούτου ἀρετὴ διέστηκεν, ὥσπερ ἐν πλάστιγγι ζυγοῦ μιμένου ἑκατέρου ἀεὶ τοὐναντίον ῥέπουσι; et Demosthenes or. de pace §. 12., ubi nulla mercede se corruptum esse ait additque: ὁρᾶτ' οὖν — τὸ συμφέρον φαίνεταί μοι. ὅταν δ' ἐπὶ θάτερα ὥσπερ εἰς τρυτάνην ἀργύριον προσενέγκῃς, οἴχεται φέρον καὶ καθεῖλκεν τὸν λογισμὸν ἐφ' αὑτό κτλ., sine dubio ambo hanc imaginem a vitae quotidianae usu deduxerunt et suo quisque modo ad diversam rem adhibuerunt. Quod extremum Scholtenius memoravit, alienissimum est. Nam quod Plato p. 604. C. — καθάπερ παῖδας ἐχομένους τοῦ πληγέντος ἐν τῷ βοᾶν διατρίβειν expressit, id longe aliter et ad imaginem, cuius usus apud veteres in promptu fuit, sic conformavit Demosthenes or. Philipp. I. §. 40. ὥσπερ δὲ οἱ βάρβαροι πυκτεύουσιν, οὕτω πολεμεῖτε Φιλίππῳ· καὶ γὰρ ἐκείνων ὁ πληγεὶς ἀεὶ τῆς πληγῆς ἔχεται, κἂν ἑτέρωσε πατάξῃ τις, ἐκεῖσέ εἰσιν αἱ χεῖρες κτλ., qui locus mihi quidem Platonico praestare multo videtur. Omnino egregium Schaeferi de his imitationibus iudicium Scholtenio in mentem revoco. Nam quum viro docto cuidam Demosthenes Xenophontem loco quodam secutus esse videretur, assentiri se negavit et haec scripsit [17]): „Talia imitabantur umbratici homines temporum citeriorum cadentisque Graecitatis, servum pecus imitatorum, non veteres illi heroes rerum hominumque usu exercitati: ut qui in huiusmodi locis agnoscunt vestigia imitationis, dum ostentant doctrinam, capitalibus ingeniis magnam facere iniuriam videantur.“

Haec habui, quae contra Batavos illos et universe de hac re dicerem. Tu vero, mi Sauppi, a me haec ita disputata esse noli existimare, quasi magnus orator contumelia affectus mihi videretur, si a Platone ad dicendum informatus esset. Neque me fugit, quanto in honore divinum philosophum habeas

17) ad Demosth. p. 182, 4.

Digitized by Google

et desererе amicitiae ius arguerer, si, quae Tu volis, ego despicerem. Illud quoque libenter concedo, Demosthenem non per se solum ad hanc gloriae altitudinem evectum, sed praeclaris magistris, eruditissimorum hominum consuetudine usum esse et poetarum reliquorumque scriptorum operibus ingenium excoluisse. Sed nimium sibi illi arrogavisse visi sunt, qui ita eum Platonis scripta pertractasse affirmaverunt, ut totus ex illis penderet. Quos quomodo refutaverim, penes Te et alios iudicium erit. De Isocrate, quem item in Demosthenis magistrorum numero referunt, quid sentirem adiicere in animo erat, sed temporis angustiae obstiterunt; de hoc igitur alio tempore videbimus, quid sit existimandum. Cura maxime, ut valeas.

Scr. Lipsiae IV. Cal. April. MDCCCXXXVII.

Digitized by Google

CAROLI PUTSCHII

PHILOS. DR. PROF. GYMNASII VIMARIENSIS

DISSERTATIO

DE VI ATQUE USU

formularum *non modo — sed* — et *non modo — sed etiam.*

Digitized by Google

Digitized by Google

DE VI ATQUE USU

formularum *non modo — sed* et *non modo — sed etiam* *).

Quamquam iam diu abiectus est error quorundam grammaticorum, qui inter formulas *non modo — sed* et *non modo — sed etiam* negabant ullum intercedere discrimen, et, ubicunque *non modo — sed* reperiebatur, cogitatione suppleri iubebant *etiam*: tamen ipsum illud discrimen, quod esse inter utramque formulam nunc ab omnibus conceditur, quale sit, nondum satis perductum videtur ad liquidum. Alii enim in maiore tantum minorave vi orationis, alii in ipsa significatione censent esse positum. Horum in numero est etiam Zumptius, cuius in Grammatica linguae latinae §. 725. haec legantur:

„*Non modo — sed etiam* (oder für *modo solum, tantum*, für *sed verum*) wird in der Regel aufsteigend vom Kleineren zum Grösseren gebraucht, wie das Deutsche *nicht nur — sondern auch*, z. B. Liv. 1, 22: Tullus Hostilius *non solum* proximo regi dissimilis, *sed* ferocior *etiam* Romulo fuit. Wenn man herabsteigt vom Grösseren zum Kleineren, sagt man gewöhnlich *sed* ohne *etiam*, z. B. Cic. pro leg. Man. 22: quae civitas est in Asia, quae *non modo* imperatoris aut legati, *sed* unius tribuni militum animos ac spiritus capere possit? pro Sext. 20: iecissem me ipse potius in profundum, ut ceteros conservarem, quam illos mei tam cupidos *non modo* ad certam mortem, *sed* in magnum vitae discrimen adducerem. Wir übersetzen dieses

*) Quum particulae *modo* vice etiam vocabula *solum* et *tantum* fungi soleant, pro *sed* autem haud raro *verum* ponatur, haec dissertatio nostra pertinet simul ad has formulas: *non modo — verum (etiam)*, *non solum — sed (etiam)*, *non solum — verum (etiam)*, *non tantum — sed (etiam)*, *non tantum — verum (etiam)*.

Digitized by Google

I) ubi prior notio posterioris ambitu tamquam pars in toto comprehenditur. Eam esse in formula *non modo — sed* notionum rationem et quasi necessitudinem, cum satis per se, tum additis in altero membro vocabulis *cunctus*, *totus*, *universus*, *omnis*, *omnino* et similibus facile intelligitur. Cic. ad fam. 5, 8: *sum enim consecutus, non modo ut domus tua tota, sed ut cuncta civitas me tibi amicissimum esse cognosceret*; pro Milone 24: *cavebat magis Pompeius quam timebat, non ea solum, quae timenda erant, sed omnino omnia*; Tuscul. 5, 2.: *quid non modo nos, sed omnino vita hominum sine te esse potuisset?* de offic. 1, 28: *nam negligere quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis est, sed omnino dissoluti*; Plin. Paneg. 2: *equidem non consuli modo, sed omnibus civibus enitendum reor*; Iustin. 23, 2, 8: *subeundo se non prosperae tantum, sed omnis fortunae iniisse societatem*; Iustin. 1, 8, 14: *Cyrus regnavit annos triginta non initio tantum, sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis*. His locis omnibus si, quemadmodum Zumptii canon ille postulat, insereretur *etiam*, non gravitas orationis minueretur, sed perverteretur logica, sententiae totius veritas, quandoquidem addere totum ad eiusdem totius partem aliquam cogitandi repugnat legibus *). Ergo delendum videri potest *etiam* in hoc Ciceronis loco: Tusc. 1, 37: *quoties non modo ductores nostri, sed universi etiam exercitus ad non dubiam mortem concurrerunt?* ubi *universo* exercitu non gregarios tantum milites, sed etiam ductores comprehendi necesse est. At lectio vulgata rectissime habet. Cicero enim hoc sibi voluit: quoties ductores agminum (ceteris militibus relictis, ut Decii), quoties universi exercitus (una cum ductoribus) non dubiae morti sese obtulerunt? Non igitur hoc loco per formulam *non modo — sed etiam* totum aliquod ad partem sui, quod fieri nequit, sed ad partem alius universitatis adiicitur. Idem est usus huius formulae in enunciatis negantibus. Cic. de orat. 2, 41: *nihil erit, quod oratorem effugere possit non modo in forensibus disceptationibus, sed omnino in ullo genere dicendi.* Nam si nihil in ullo genere dicendi oratorem effugere potest, sequitur,

*) Eadem est caussa, cur etiam Graeci omisso καὶ dicant: οὐ μόνον — ἀλλά, ut Lucian. dial. mort. 19: οὗτος γὰρ οὐχ ὑπὸ σοῦ μόνου, ἀλλ' ὑπὸ πάντων Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἄξιος ἄγχεσθαι.

Digitized by Google

ne in foreusibus quidem quidquam eum effugere posse disceptationibus. Cic. in Vatin. 1, 3: *quum affirmares, nullum tibi omnino cum Albinovano sermonem non modo de Sextio accusando, sed ulla unquam de re fuisse;* in Pison. 9: *quasi vero non modo ego, qui multis saepe auxilio fuissem, sed quisquam tam inops fuerit unquam!* ubi negatio in ironia latet, qua dempta hic est sensus: non modo non ego, sed nemo unquam tam inops fuit. Cf. pro Balbo 1, 4: *ut plus voluptatis ex recordatione illius orationis, quantum non modo ex mea, sed ex cuiusquam oratione capere possitis.* Sed utuntur Latini hac formula *(non modo — sed)* etiam

ll) tum, quum prior notio non ambitu posterioris, sed interna vi eius comprehenditur, quod facile perspicitur in enuntiatis affirmantibus. Cic. Brut. 91: *Ille recepi me biennio non modo exercitatior, sed prope mutatus;* ad familiares 5, 21: *sed ut illa moderate tulimus, sic hanc non solum adversam, sed funditus eversam fortunam fortiter ferre debemus;* Seneca de benef. 6, 31: *alius (negabat), nihil esse dubii, quin illa mala non vincí solum Graecia, sed obrui posset.* Quibus locis nemo Romanus *etiam* inseruisset, nisi forte latinum est: *non solum orator est, sed etiam maximus orator,* quod recte negavit Billrothius in libro, qui inscriptus est: *Lateinische Syntax für die oberen Classen gelehrter Schulen,* p. 86. Quare eiiciendum videtur *etiam* apud Livium 38, 32, 4: *magna ibi non disceptatio modo, sed etiam altercatio fuit;* siquidem altercatio nihil est nisi disceptatio vehementior. Ac debebat profecto Livius omittere *etiam*, nisi indicare voluisset, primo exstitisse disceptationem tantum, eamque deinde demum apud multos in altercationem exarsisse. Simili modo explicandi sunt ceteri loci, in quibus *etiam* primo adspectu delendum videbitur, ut Cic. de Off. 1, 31: *iis non modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto,* ubi *vitio dare* priorem simul notionem *non laudi dare* comprehendit. Cui igitur oculis velocibus hunc locum percurrenti *etiam* non expellendum videatur? praesertim his locis in comparationem vocatis: de offic. 3, 19: *qualis habendus est is, qui non modo non repellit, sed adiuvat iniuriam?* de leg. agr. 2, 33: *quibus omnibus domesticis externisque bellis Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis praebuit;* divin. in Q. Caecilium 9, 29: *M. Caecilium non modo non adesse, ... sed esse cum Verre;* Philipp. 8, 3:

Digitized by Google

semper *) putat: *ich will nicht sagen — sondern nur.* Quod loquendi genus ne Latinis quidem inusitatum est, qui non solum *non dicam — sed*, ut iam Zumptius monuit, sed etiam *non dico — sed* usurpant, velut Cic. de leg. agr. 2, 33, 90: *nihil est in ea urbe contra hanc rempublicam non dico factum, sed nihil omnino est cogitatum.*

*) In quo vehementer fallitur. Nam ubi deest negatio et in omnibus iis locis, quos supra sub no. I) attulimus, nostra loquendi consuetudo cum romana plane consentit, et formulam *non modo — sed* reddere per: *ich will nicht sagen — sondern nur*, superioribus illis in locis ne logicae quidem leges permittunt. In contrariam plane partem ac Zumptius abiit Handius, qui in Tursellino p. 555 *non modo — sed* reddendum putat *nicht nur — sondern vielmehr*, non respiciens naturam enunciatorum negantium, ubi *vielmehr* non quadrat.

Digitized by Google

CAROLI IAHNII

PHILOLOGIAE ET LITTER. RECENTIOR. PROF. ORD.

IN UNIV. BERN.

SYMBOLAE

AD EMENDANDUM ET ILLUSTRANDUM PLUTARCHI LIBRUM DE SERA NUMINIS VINDICTA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Quam Plutarchus aureo libro de sera numinis vindicta attexuit fabulam de Thespesio Solensi, ab inferis reduce facto, cum per se satis obscura sit, quippe ex antiquissima philosophandi ratione profecta, tum iniuria temporis hominumque imperitorum maiores etiam tenebras ei offudit, quas, si qua ex parte profugare poterimus, tum explicandis fabulose dictis tum tollendis librariorum erroribus, operae nos pretium fecisse arbitrabimur.

Est autem inprimis impedita illa oratio, qua Plutarchus Thespesii cognatum apud inferos varios colores describentem inducit, quibus vitia animas varie inficiant. Sic enim ille ad Thespesium (pag. 565. C. ed. Francof. = pag. 93. ed. Wyttenbachianae peculiaris): *Ὅρα δὲ — τὰ ποικίλα ταῦτα καὶ παντοδαπὰ χρώματα τῶν ψυχῶν· τὸ μὲν ὄρφνιον καὶ ὑπαρόν, ἀνελευθερίας ἀλοιφὴν καὶ πλεονεξίας· τὸ δὲ αἱματωπὸν καὶ διάπυρον, ὠμότητος καὶ πικρίας· ὅπου δὲ τὸ γλαύκινόν ἐστιν, ἐντεῦθεν ἀκρασία τις περὶ ἡδονὰς ἐκτέτριπται μόλις, κακὸν οἷα δεινὸν οὖσα μετὰ φθόνου τουτὶ τὸ ἰῶδες καὶ ὑπόχλωρον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν ἀφίησιν.* Ayaritiae quidem et illiberalitatis hanc vim esse Plutarchus fingit, ut fusco atque squalido colore animam imbuant, crudelitatis et saevitiae *), ut sanguinolento et candenti. Iam colorem intemperantiae libidinosae proprium declaraturus, immutata paullulum oratione, quae simpliciter sic enuntiari potuisse videbantur, *τὸ δὲ γλαύκινον ἀκρασίαν τινὰ περὶ ἡδονάς*, ea hoc modo effert, *ὅπου δὲ τὸ γλαύκινόν ἐστιν, ἐντεῦθεν ἀκρασία τις περὶ ἡδονὰς ἐκτέτριπται μόλις.* Nimirum hac usus orationis immutatione Plutarchus non solum declaravit colorem intemperantiae libidinosae proprium, quam sententiam quum Wyttenbachius temere desideraret, importuno emendandi conatui indulsit; sed simul etiam graviter monuit de vi libidinosae intemperantiae longe pernicio-

*) De voc. *πικρία* vid. Wyttenbach. ad pag. 27. animadvers. pag. 44. Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. pag. 466.

Digitized by Google

sissima neque unquam satis eluenda. Nam quod Wyttenbachius sermonem esse dicit non de colore, quem post purgationem anima retineat, huius rei significatio infra demum reperitur in verbis: *τούτων ἐκλεανθέντων παντάπασι, τὴν ψυχὴν αἰγοειδῆ καὶ σύγχρουν γίνεσθαι.* Nostro autem loco Plutarchus ad eum, quem diximus, modum sic loquitur: *si cui vero animae caerulei inest color, inde intemperantiam quandam libidinosam vix unquam effrictam videas.* Etenim haec ipsa h. l. vis est temporis perfecti, de qua bene est monitum ab Astio ad Platonis Protag. p. 328. D. commentarii p. 114. et a Bernhardio de Synt. Gr. p. 379. Ἐκτρίβειν proprie dici eos qui colores et maculas e vestibus *fricando abstergunt atque eluunt*, recte Suidas docuit voc. *ἐκτριβείης*, ubi tamen *eluendi* vis cum *eradicandi* male commixta est. Utramque separavit et copia exemplorum illustravit C. F. Matthaei ad Nov. Eclog. Chrysost. p. 348. Quod autem Plutarchus libidinosam intemperantiam ex animis vix *ἐκτρίβεσθαι* dicit, haec translatio explicanda est e platonico figmento macularum, quae ex anima vitiosa, haud aliter atque e vestimento sordido eluantur. Praeter Gorgiam p. 525. A. — *ἃ ἑκάστῳ ἡ πρᾶξις αὐτοῦ ἐξωμόρξατο εἰς τὴν ψυχήν* — vide Reipubl. Lib. X. p. 616. A. ubi *Er*, ille Pamphylus, ab inferis redux, daemones vidisse se narrat, Ardiaeum tyrannum arte quadam fullonia ab inveteratis vitiis purgantes. Totum autem hocce figmentum macularum, quas ex vitiis anima contrahat, certatim celebratum est a veteribus scriptoribus iis, qui e platonica philosophia et dicendi ratione ornamenta scriptis suis addere conati sunt. Qua de re optime constabit, si quando filius meus Albertus in locupletissimo auctario Ruhnkeniani in Timaeum commentarii ea protulerit, quae ad voc. *ἐξομοργνύμενος* (pag. 113.) collegit. Sed eluendi necessitatem vitiosis animis impositam, ut alios nunc omittam, egregie explicuit Virgilius Aen. VI, vs. 741. sqq. *Infectum eluitur scelus* etc. Qua in sententia quod Lactantius Inst. Lib. VII. cap. 20. Stoicos secutum esse statuit Virgilium, Virgilii verba non minus e platonico fonte hausta fuere, quam quae Lactantius e Stoicorum doctrina eandem in sententiam attulit: *impios —, quoniam se malis cupiditatibus inquinaverunt, mediam quandam gerere inter immortalem mortalemque naturam, et habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis, cuius desideriis ac libidinibus addictae ineluibilem quendam*

Digitized by Google

fucum trahant labemque terrenam etc.“ Qui quidem locus, ut hoc obiter addam, egregium est firmamentum lectionis a Gronovio apud Senecam Consolat. ad Marc. cap. 23. e codd. mss. restitutae: „(animi cito ab humana conversatione dimissi) *leviores ad originem suam revolant, et facilius quicquid est illud obsoleti illitique eluunt.*“

Sed redeundum nobis ad Plutarchum, ut videamus de proximis verbis *κακὸν οἷα δεινὸν οὖσα μετὰ φθόνου τουτὶ τὸ ἰῶδες καὶ ὕπουλον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν ἀφίησιν.* Nam illud quidem pulere vidit Wyttenbachius, haec verba, quibus novum orationis membrum contineatur, ab antecedentibus puncto dirimenda esse. Quam sententiam egregie confirmat codex Victorii ms. Monacensis 173., fol. 45. a. ubi *τελείαν στιγμὴν* ante *κακὸν* apparere, certiorem me fecit filius meus Albertus, a quo nuperrime thesauri codd. mss. Monacenses magno ipsius, spero etiam virorum eruditorum emolumento excussi fuere. Sed ut aperiam quid mihi de altero illo membro videatur, totum locum sic censeo emendandum et interpretandum esse: *κακόνοια δὲ ἐνοῦσα μετὰ φθόνου τουτὶ τὸ ἰῶδες, καὶ τὸ ὕπουλον, ὥσπερ αἱ σηπίαι, τὸ μέλαν ἀφίησιν*, i. e. *malignitas si cui animae inest, coniuncta cum invidia, rubiginosum istum colorem, subdolus vero animi habitus, sepiarum instar, nigrum colorem effundit atque dispergit.* Neque enim corrupta verba *κακὸν οἷα δεινὸν οὖσα* temere disturbanda sunt, quippe e quibus lectio genuina sponte quasi emergat, si prudenter coniungas quae male diremta fuere, separes quae male coaluerunt, praeterea syllabas quasdam et apices temere adiectos deleas, hoc est, si ex palmaria Reiskii emendatione scribas *κακόνοια δὲ ἐνοῦσα* *). Vestigia genuinae lectionis satis certa apparent in var. lect. *δινοῦσα*, quam loco vulg. *δεινὸν οὖσα* T. V. B. habent et Mg. Aldinae eius, qua Wyttenbachius usus est, non minus quam cuius nos uberiorem notitiam ad calcem huius scriptoris dabimus. Minus etiam a vero remota est varia lectio *δ' ινοῦσα* (sic), quae in margine Aldinae, a Victorio olim usurpatae, nunc Monachii asservatae, enotata est; vero

*) Quod *κακόνοια* in *κακὸν οἷα* diremtum fuit, errore simili apud Aristoph. Ran. 496. *κακόνοι* in *κακὸν οἱ* depravatum fuit. Genuinam lectionem Porso e Suida voc. *κακόνοι* revocavit. Vid. *Tracts* etc. p. 24.

Digitized by Google

autem proximum δεινοῦσα, quod a Victorii manu in codice ms. supra laudato fol. 45. a. e regione vulgatae lectionis in margine annotatum est. Etenim verba δὲ ἐνοῦσα per iotacismi labem in δεινοῦσα et δινοῦσα depravata fuisse, male autem feriati emendatoris manum δεινοῦσα in δεινὸν αὖσα commutasse, vero est simillimum. Reiskii igitur ex emendatione, Wyttenbachio quoque probata, vox κακόνοια novum existit subiectum, quo verbum finitum cum obiecto τουτὶ τὸ ἰῶδες referatur et quocum φθόνου nomen frequenti usu, de quo Wyttenbachius commode monuit, apte coniungatur. Malignitati autem eiusque sorori, invidiae, τὸ ἰῶδες i. e. *rubiginosus* qui animis inest *color* aptissime tribuitur, siquidem trita veteribus fuit sententia, invidiae malignitatisque vim in animabus eandem esse ac rubiginis in ferro. De malignitate conf. Seneca ep. 7. „*Malignus* comes quamvis candido et simplici *rubiginem* suam affricuit," quo loco, ut id obiter dicam, perfectum *affricuit*, post praesentia *facit — enervat et emollit — irritat*, eadem ratione positum, quam supra in perfecto ἐκτέτριπται animadvertimus. *Rubiginosos dentes* Martial. 5, 29, 7. dicit *malignos*; eademque potestate voc. ἰώδης positum reperio apud Alexandrum, qui fertur, Aphrodisium, Probl. Lib. 2. cap. 53. τινὲς ἐκ πολλῆς κακίας ψυχῆς, φύσιν ἔχοντες ἐπὶ τοῖς καλοῖς δάκνεσθαι, τῷ ἀμέτρῳ φθόνῳ τῆς κακίας (f. l. κακονοίας) αὐτοῖς διεγειρομένης, ὥσπερ ἰώδη τινὰ καὶ φθοροποιὸν ἀκτῖνα ἐξιᾶσιν ἀπὸ τῆς κόρης αὐτῶν. Adde, qui invidiam a graecis cum rubigine saepe comparari abunde docuerunt, Wyttenbachium ad h. l. animm. pag. 112. *) ed. pecul. et Meinekium ad Menandr. Fragm. p. 198. Quo minus erat quod Wyttenbachius h. l. *ἰῶδες virulentum* notare posse statueret, aut *lividum colorem* interpretaretur. Quod si quem vero illud fortasse offendit, quod ἐνοῦσα simpliciter dicitur, non τῇ ψυχῇ vel ἐν τῇ ψυχῇ ἐνοῦσα, nil ea ratione est usitatius, qua graeci ἐγγίνεσθαι, ἐνεῖναι, ἐμποιεῖν simpliciter dicunt, ubi plenius dici

*) Aegre sane ferimus, nobis has Symbolas conferentibus non ad manus esse Wyttenbachii animadversiones ad librum de S. N. V., ab ipso auctas in editione Oxoniensi. Nemo igitur nos calumnietur, si quae in hac nostra scriptione repererit a Wyttenbachio in additamentis occupata; quamquam parum aut nihil ab eo fuisse occupatum, ratio additamentorum a nobis olim inspectorum credere nos sinit.

Digitized by Google

poterat τῇ ψυχῇ vel ἐν τῇ ψυχῇ ἐγγίνεσθαι — ἐνεῖναι — τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖν. Quo de genere a viris doctis saepe parum intellecto filius supra laudatus uberius disputat ad Platonis Convivium (p. 178. C. et p. 182. C.) in commentariis adhuc ineditis, sed aliquando, quum ardor iste scholasticas parandi editiones deferbuerit, eruditorum suffragio subiiciendis. Quae ille ad posteriorem locum attulit, eorum partim saltem huc referre iuvat: „Verbum ἐγγίνεσθαι absolute positum, dativo non addito, sed intellecto, fraudi fuit etiam Reiskio apud Maximum Tyr. 22, 4. ubi sophista de tripartita animae natura locutus sic pergit: ταύτῃ δὲ νενεμημένης τῆς ψυχῆς τὴν οἰκονομίαν τῆς τοῦ ἀνθρώπου συντάξεως, στάσις ἐγγίνεσθαι φιλεῖ, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ ἐν πόλει πάθος i. e. *quumque anima hac ratione partita sit administrationem humanae constitutionis, seditio* animae *innasci solet* etc. Quid igitur Reiskius? Scilicet, ut ἐγγίνεσθαι dativum haberet, quo referri posset, sic scribi voluit: ταύτῃ δὲ ν. τ. ψ., τῇ οἰκονομίᾳ τ. τ. ἀ. συντάξεως στάσις ἐγγίνεσθαι φιλεῖ i. e. *mente ad hunc modum dispertita* etc. Tu de medio νέμεσθαι videas Wollii Syntagma p. 62. sqq.“ — Sed ut ad Plutarchum redeamus, τουτὶ esse digito quasi monstrantis singulos illos animarum colores, dubitari nequit collatis supra dictis: ὅρα δὲ τὰ ποικίλα ταῦτα — χρώματα τῶν ψυχῶν. Quo magis autem totam illam scenam, quam fingit, coram ipsi videre videamur, Plutarchus non τοῦτο, sed τουτὶ dixit. Habet enim ἰῶτα παραγωγικόν in demonstrandi pronominibus eam vim, ut illa res, ad quas pertinent, τονώσει demonstrent maiore, quam quae inest usitatis οὗτος, ἐκεῖνος etc. Qua de re, vulgo temere neglecta, bene monuit Fischer. ad Weller. P. I. p. 93. P. II. p. 216. — Sequitur, ut rationem reddamus, cur articulum τὸ ante voc. ὕπουλον inseri velimus. Videlicet grammatica lectionis vulgaris ratio eiusmodi est, ut ὕπουλον non possit non, pariter atque τὸ ἰῶδες, de colore quodam accipi. At hercle neque visus unquam Graecis fuit, neque auditus color ὕπουλος. Deinde, si vocem κακόνοια genuinam esse statuimus, sicuti est revera, illud per est absurdum, quod malignitas et invidia rubiginosum colorem simul cum atro, sepiae instar, suffundere dicuntur. Quae incommoda satis mirari nōn possum qui latere potuerint et Wyttenbachium et Reiskium. Quaenam autem hisce incommodis medicina adhibenda sit, rem accuratius cogitanti diu obscurum esse nequit. Nam qui atten-

Digitized by Google

derit, Plutarchum varios colores significare, quos ex variis vitiis animae contrahant, deinde veteres nigrum colorem non malignitatis et invidiae, sed subdoli animi signum habuisse *); haec, inquam, qui animum adverterit, sponte quasi intelliget, τὸ ὕπουλον esse scribendum, haec ut sententia oriatur: „*animique habitus subdolus*, sepiarum instar, colorem atrum effundit atque emittit.“ De singulis ut dicamus, constat ὕπουλον graecis tralate usurpari hominem specie bonum, intus in animo omnis doli plenum, nil ὑγιὲς habentem. Videsis Suidam atque Etymol. Magn. et conf. nostri libri p. 567. A. B. = p. 104. ὅσοι δὲ πρόσχημα καὶ δόξαν ἀρετῆς περιβαλλόμενοι διεβίωσαν κακίᾳ λανθανούσῃ — ἐνίους — ἀναδέροντες αὐτῶν καὶ ἀναπτύσσοντες ἀπεδείκνυσαν ὑπούλους καὶ ποικίλους —. **) Τὸ ὕπουλον igitur *habitum animi subdolum* graece dici ne tirones quidem nesciunt. Porro in verbis ὥσπερ αἱ σηπίαι breviloquentia apparet similis ei quae paullo post reperitur in verbis οἷον ὁ οἶνος τοῖς μεθυσκομένοις (p. 565. F. = p. 97. ubi comma post μεθυσκομ. male omissum). Sed illic quidem verbum ἐμποιεῖν absolute dictum de eo quod est *in anima procreare*, non minus proprie de vino, quam de aura dicitur. Nostro autem loco cum simili breviloquentia id coniunctum est, quod ad vitium illud, unde anima nigrum colorem trahere fingitur, verbum transfertur sepiae proprium, quae atrum liquorem per aquam effundit (ἀφιέναι). Proprie enim sic loqui poterat Plutarchus: κακόνοια δὲ ἐνοῦσα μετὰ φθόνου τουτὶ τὸ ἰῶδες, καὶ τὸ ὕπουλον, ὥσπερ αἱ σηπίαι τὸ μέλαν εἰς τὸ ὕδωρ ἀφιᾶσιν, τὸ μέλαν τῇ ψυχῇ ἐμποιεῖ. Sed Plutarchus, quum putide loqui nollet, haec in brevius contraxit, ita ut verbum proprium sepiae colorem spargenti transferret ad animum subdolum, qui cum sepia aptissime comparatur. Quid? quod mira quadam libertate zeugmate usus, etiam malignitatis et invidiae vitium, quod cum sepia nemo compararit, colorem suum ἀφιέναι, verbo a sepia tralato, dixit. Ceterum cum nostro loco contulisse iuvabit Iulianeum, a Spanhemio cum nostro comparatum, in Cae-

*) Vide eruditissimi Menagii Origines Ling. Ital. voc. *Furbo*, Gatakerum in thesauro inexhausto commentariorum in M. Aur. Anton. ad 4, 28. μέλαν ἦθος.

**) Favorinus: Ὕπουλος, δόλιος, φαινόμενος δῆθεν εἰρηνικός. Idem: Ὕπουλος ἄνθρωπος, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τραυμάτων, ὑπονεμομένης ὠλῆς, οἷον ὁ μὴ προφανὴς πονηρός.

Digitized by Google

saribus pag. 4. ed. Heusing. ubi varia Augusti vitia, descriptis variis qui animae eius insint coloribus, in oculorum sensu quasi posita sunt. In quibus quod niger quoque color apparere dicitur, quid tandem aliud hac re Iulianus significavit quam animum viri subdolum et fallacem? Neque vero hic praetermittendus est egregius quidam locus in corpore adhuc inedito chymicorum graecorum, quem filius meus in codice Monacensi 112. a se excerpto fol. 25. a. reperit: „τί — ἐστὶ τὸ ζητούμενον εἰ μὴ ἡ ἐκ σώματος ἀσωμάτωσις; „πῶς οὖν ἐνδέχεται ἀσωματῶσαι τὸ σῶμα, εἰ μὴ κατάλυσιν ποιῆσαι (leg. ποιήσαις) τοῦ σώματος διὰ νεκρώσεως καὶ χωρισμὸν ψυχῆς ἀπὸ σώματος; λέγε φανερώτατα (leg. —ώτερα) καὶ φανέρωσον τὰ κεκρυμμένα „ἡ κατάλυσις τοῦ σώματός ἐστιν ἡ διὰ λειώσεως γινομένη „διὰ τί ταύτῃ κέχρησαι τῇ φωνῇ „διὰ τί; ἵνα τὸ ζητούμενον ἐξέλθῃ πνεῦμα, ἵνα τὸ βαπτικὸν εἰσκρίνῃ σῶμα, ἵνα τῆς φύσεως συγγένεια τέρψῃ (fol. b.) τὴν φύσιν, κρατοῦσα καὶ νικῶσα καὶ ἐν αὐτῇ μένουσα — „πότε ταῦτα γίνεται; „ὅτ' ἂν ἐκ τῶν κάτωθεν ἄνω τερπομένη (l. τρεπ.) ἀπώθηται ὅλον τὸ γιῶδες, ὅτε πρὸ τούτου τὴν λεύκωσιν καὶ ξάνθωσιν καὶ ἴωσιν καὶ μέλανσιν ἐνδείξηται. *)

Haec hactenus de loco, quem Wyttenbachius multis partibus misere corruptum merito vocavit. Quo relicto alia nunc addam, quae fabulae gravissimae tum emendandae tum explicandae proderint; ita quidem, ut quae mihi in promtu sunt, initio a capite fabulae capto, deinceps in medium afferam.

Itaque ut incipiamus eo loco, ubi Plutarchus initium narrandae fabulae facit, pag. 561. B. = pag. 72. de verbis ἔχω — λόγον εἰπεῖν — ὀκνῶ δὲ μὴ φαιῇ μῦθος ὑμῖν, praeter Wyttenbachium animm. pag. 82. sq. consulendus est qui de eo, quod inter μῦθον et λόγον inest, coll. Plat. Gorg. p. 513. A. Protag. p. 320. C. egregie disputavit, Patricius Discuss. Peripat. 3, 6.

*) Hoc loco ut ea, quae eloqui animus cogit, silentio premam, impetrare a me non possum. Videlicet in innumeris graecarum literarum monumentis, quae usque adhuc cum blattis pugnare fortunaeque casibus obnoxia esse turpissima quaedam patitur socordia, locum haud infimum, hercle, tenet corpus illud chymicorum Byzantinorum. Utinam igitur Lobeckius, qui Diezio eius edendi auctor sapientissime extitit, nunc, mortuo viro nunquam satis deplorando, opus ab illo ad editionem paratum ad umbilicum ipse adducat!

Digitized by Google

Pag. 563. E. = pag. 85. quod de Thespesio ad bonam frugem converso narratur, neminem eo fuisse *λυπηρότερον ἐχθροῖς ἢ βεβαιότερον φίλοις*, haec dicta accipe non ex Plutarchi, sed ex vulgi de virtute opinione, quam Solon expressit iis verbis, quae a viro docto adscripta fuere margini Aldinae editionis, quae in bibliothecam civitatis Bernensis e Bongarsiana commigravit. Sunt autem haec Solonis verba (in fragmento ap. Stob. Tit. IX, 25.): *Ὄλβον μοι πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων | ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν, | εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν, | τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.* Plutarchum vero par est eadem de hostium et inimicorum amore sensisse, quae Socratem, Platonem et humanissimum quemque apud veteres sensisse Nüsslinus docuit egregia quadam annotatione ad Platonis Critonem in vernaculum sermonem ab ipso versum p. 35, 36, 37. ubi tamen doleas neglectas esse praeclaras Laconum et Lacaenarum sententias apud Plutarchum, Apophthegm. Lac. p. 122. Opp. Morall. ed. Tauchn. Tom. II.: *Ἀρίστων, ἐπαινοῦντός τινος τὴν τοῦ Κλεομένους χρείαν, ὅτι ἐρωτηθείς, τί δεῖ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα ποιεῖν, εἶπε, τοὺς μὲν φίλους εὐεργετεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς κακῶς ποιεῖν. Καὶ πόσῳ κρεῖσσον, ἔφη, ὦ λῷστε, τοὺς μὲν φίλους εὐεργετεῖν, τοὺς δὲ ἐχθροὺς φίλους ποιεῖν;* *) Apophth. Lac. pag. 160. — *σὺ — οὐκ οἶδας ἀδικεῖσθαι, ἐγὼ δέ.* et Instit. Lac. §. 26. p. 178. *ταῖς εὐχαῖς προστιθέασι τὸ ἀδικεῖσθαι δύνασθαι.*

Eadem pagina (563. E.) miror Wyttenbachium sanissimum locum *ὥστε — διηγεῖτο* duplici coniectura sollicitantem. Etenim *ἀκούειν* cum genitivo coniunctum ne tironem quidem male habere posse videtur; et tota constructio verborum misere turbatur, si *ὡς* deleas post *ὅπερ ἦν ἀληθές*, cuius formulae loco interdum simplex reperitur *ὅπερ ἦν*, *id quod rei fuit.* Vide Iacobs. ad Achill. Tat. pagina in indice s. *ὅπερ ἦν* laudata; nam liber ipse nunc ad manus non est.

Statim post cum verbis *ἐξέπεσε τὸ φρονοῦν τοῦ σώματος, οἷον ἄν τις ἐκ πλοίου κυβερνήτης — ἀπορριφεὶς —* a Wyt-

*) Quibus quae vulgo addi solent: *αὕτη Σωκράτους ὁμολογουμένη πρὸς πάντων χρεία οὖσα, καὶ εἰς αὐτὸν ἀναφέρεται*, haud scio an recte interpolationis suspecta fuerint viro docto, qui editioni Aldinae supra significatae notas innumeras adscripsit.

Digitized by Google

tenbachio comparanda erant Platonis verba in Phaedro p. 247. C. *ψυχῆς κυβερνήτῃ — νῷ*, et in Timaeo p. 69. D. *ὄχημα — ἅπαν τὸ σῶμα (τῇ ψυχῇ) ἔδοσαν (οἱ δαίμονες)*: scilicet sic vulgo scribunt, neque aliter fecit Lindavius. Tu repone *ἔδωκαν* vel *ἔδων*. *)

Pag. 564. A. = pag. 87. Thespesius animarum ex corpore excedentium non unam viam unumque cursum esse narrat, sed *τὰς μὲν ἐκπηδᾶν ἐλαφρότητι θαυμαστῇ, καὶ διάττειν ἐπ' εὐθείας ἄνω· τὰς δὲ —, τοτὲ μὲν κάτω τοτὲ δὲ ἄνω ῥεπούσας, μικτήν τινα φέρεσθαι καὶ τεταραγμένην κίνησιν*. Egregie cum hisce consentit, quippe et ipsa e platonico fonte (vid. Wyttenbachium animm. p. 100.) hausta, Stoicorum sententia apud Lactant., loco supra iam partim laudato, Instit. Lib. VII. cap. 20.: „animas — eorum, qui iusti fuerunt, puras et impatibiles et beatas ad sedem coelestem — remeare, vel in campos quosdam fortunatos rapi, ubi fruantur miris voluptatibus: impios vero, quoniam se malis cupiditatibus inquinaverunt, *mediam quandam gerere inter immortalem mortalemque naturam* et habere aliquid imbecillitatis ex contagione carnis —." Deinde quod pars quaedam animarum e corpore prosilire dicitur *ἐλαφρότητι θαυμαστῇ*, significat Plutarchus animas eas, quae, dum corporum compage inclusae fuerunt, pennas, quas Plato divinitus finxit, bene aluerant et e corpore mortuo alacriter erumpunt. Est autem hic usus voc. *ἐλαφρότης* repetendus e Platonis Phaedro pag. 256. B. — *τελευτήσαντες δὲ δὴ ὑπόπτεροι καὶ ἐλαφροὶ γεγονότες κτλ.* unde fluxit frequens apud scriptores *πλατωνίζοντας* usus verborum *ἐλαφρός — ἐλαφρότης — ἐλαφρίζειν* ad animam tralatorum. De quo conf. Synes. Hymn. 3, 42. et vid. Iunius ad Clem. Epist. 1. ad Corinth. cap. 45. in Cotelerii Patribus Apostoll. T. I. p. 174. Creuzerus ad Plotin. Tom. II. p. 737, 9. ed. Oxon. — Tum oportet attendas verbum *διάττειν* dictum de concitatissimo cursu animarum ad coelestem locum subvolantium; cui simile *ἐξάττειν* apud Plutarchum in fragmento de anima p. 133. (post editionem peculiarem

*) Paulo post cum verbis *ἑώρα δὲ — — ἄπλετον* conferenda est Macrobii disputatio de simillimo loco in Somnio Scipionis Lib. I. cap. 16. Ceterum in verbis *ἀπέχοντα πλῆθος ἀλλήλων ἄπλετον* attendas oportet usum voc. *πλῆθος* Herodoteum, de quo Schneid. in Lex. monuit.

Digitized by Google

libri de S. N. V.): *τὸ τοῦ θανάτου* (*ἔνομα*) — *οὐχ ὑπὸ γῆν οὐδὲ κάτω ἔοικε μιγνύναι* (leg. *μηνῦσαι* *)) *χωροῦν τὸ μετηλλαχός, ἀλλ' ἄνω φερόμενον εἰς θεόν· ὃ δὴ* (leg. *οὗ δὴ* cum Wytt.) *καὶ λόγον ἔχει, καθαπερεί κάμπης τινὸς ἀνείσης* **), *οἷον ἐξάττειν καὶ ἀναθεῖν τὴν ψυχήν, ἀποπτέοντος τοῦ σώματος* —. Sic enim vulgatum *ἐξάπτειν* corrigi iussit Koen. ad Greg. Cor. p. 75. sq. (non 76. sq. uti est ap. Wytt.), recte adsentiente Wyttenbachio, a quo tamen miror neglectum esse et nostrum locum, et, qui utriusque loci fons est, platonicum de Republ. Lib. X. p. 621. B. ubi animae, quae celerrimo cursu in corpora rapiuntur, siderum instar coelo labentium *ἄττειν* dicuntur: *ἐντεῦθεν ἐξαπίνης ἄλλον ἄλλῃ φέρεσθαι ἄνω εἰς τὴν γένεσιν ἄττοντας, ὥσπερ ἀστέρας.*

Paullo post pag. 564. C. = pag. 89. cognati manes ad Thespesium: *ἥκεις δεῦρο τῷ φρονοῦντι· τὴν δὲ ἄλλην ψυχήν, ὥσπερ ἀγκύριον, ἐν τῷ σώματι καταλέλοιπας.* Nil est, quod adsentiamur Wyttenbachio, *ἄλλην* in *ἄλογον* mutandum esse censenti. Sponte enim apparet, *reliquam animam* intelligi *animi partes ratione carentes.* Neque quicquam caussae est, cur Ruhnkenio obtemperantes voci *ἀγκύριον* substituamus *οἴκουρον.* Nam ut mittamus elegantiam, quam Wyttenbachius in hac lectione videre sibi visus est, comparatio animae animum evagantem in corpore retinentis cum ancora navim fluctuan-

---

*) Wyttenbachius coni. *δεικνύναι* aut *σημῆναι*, quae a literarum vestigiis longius recedunt.

**) Sic si interpungas et interpreteris: *quasi eruca quadam eam e vinculis remittente*, nulla opus erit emendatione, quam frustra quaesiverunt Wyttenbachius, Valckenarius (ap. Wyttenbachium) atque Ruhnkenius (in epistt. ad Wyttenbachium a Kraftio in Germania repetitis pag. 2.). Ludit enim, et ingeniose satis, Plutarchus in comparatione *ψυχῆς* cum *ψύχῃ*, cui ex erucae involucro remissae similem esse fingit *ψυχὴν* e corpore emissam. Dubium omne tollunt ipsius verba Plutarchi Sympos. Lib. 2. cap. 3. §. 2. — *κάμπη γίνεται τὸ πρῶτον, εἶτ' ἐκπαγεῖσα διὰ ξηρότητα καὶ περιρραγεῖσα, ἕτερον πτερωθὲν δι' αὐτῆς τὴν καλουμένην ψύχην μεθίησι.* quo loco quum Aldus male scripsisset *ψυχήν*, vir ille doctus, qui editionem Aldinam, saepius nobis memoratam, innumeris locis emendavit, *ψύχην* in margine recte reposuit, adstipulante et ad thesaurum suum provocante H. Stephano, cuius manus in eodem illo libro (fuit autem olim viri incomparabilis) saepissime a nobis cognita est.

Digitized by Google

tem stabilientе, cum per se sit rei accommodatissima, tum eidem commendandae egregia accedit Platonis auctoritas, qui eadem imagine usus est ad illustrandam rationem, qua animus cum anima in corpore retineatur. Vid. Timae. p. 73. D. quem locum a Plutarcho etiam in libro de genio Socratis p. 591. C. expressum fuisse Wyttenbachium minime fefellit. Quod autem vir eruditissimus animm. p. 104. eandem imaginem Mercurio ap. Stob. Ecl. Phys. p. 89. festitui iussit, est illa correctio (*προσκειμένην καθάπερ τι ἀγκύριον κάτω*) sane temeraria, siquidem, lenissima adhibita medela, optime se habent Mercurii verba: (*ὁ νοῦς*) *οὐ νωθρᾶς ψυχῆς ἀνέχεται, ἀλλὰ καταλείπει τὴν ἐν τῷ σώματι προσκειμένην κατὰ πάντα ἀγχομένην κάτω.* Videlicet *ἐν* de Wyttenbachii sententia omnino delendum est; deinde scribendum erit *καταλείπει αὐτήν* (quae et ipsa Wyttenbachii est coniectura), *τῷ σώματι προσκειμένην* *) *κατὰ πάντα, ἀγχομένην κάτω*, cuiusmodi asyndeton infra apud Plutarchum videbimus, aut, quod facilius etiam, sic scribi poterit: *καταλείπει τὴν τῷ σώματι προσκειμένην καὶ κατὰ πάντα ἀγχομένην κάτω*, quibus verbis quanta insit contemtus significatio, nemo non sentit. Certe verbum *ἀγχομένης* nobis eripi haud patiamur. Est enim *ἄγχεσθαι* philosophis usitatum in significanda humili conditione animae corpore demersae. Conf. Synes. Hymn. 3, 591. *λαμυρᾶς ὕλας | ἵμερος ἄγχει animam.* Procl. in Euclid. p. 6. *οἱ γενεσιουργοὶ δαίμονες καὶ οἱ ἀγκτῆρες τῆς ὕλης.* Et Mercurius ipse Poemandr. ed. Paris. 1554. 4. p. 35. *τοιοῦτός ἐστιν, ὃν ἐνεδύσω ἐχθρὸν χιτῶνα* (*corpus* significat), *ἄγχων σε κάτω πρὸς αὐτόν.* Adde Creuzer. ad Plotini Ennead. pag. 468. C. ubi egregia est viri eruditissimi emendatio, *ἄγχεσθαι* loco vulg. *ἄρχεσθαι* reponentis. Ceterum in citata Poemandri editione Mercurii verba, e Stobaeo allata, sic reperiuntur interpolata, p. 50. *καταλείπει* (*ὁ νοῦς*) *τὴν τοιαύτην ψυχὴν τῷ σώματι προσηρτημένην καὶ ὑπ' αὐτοῦ ἀγχομένην κάτω.*

Pag. 564. E. = pag. 90. sq. praeclaram hanc Plutarchus profert sententiam: *τῶν πονηρῶν οὔτε μέγας οὐδεὶς οὔτε μικρὸς γέγονεν, ὥστε ἢ λαθὼν διαφεύγειν ἢ βιασάμενος.* Quam in sententiam quae Wyttenbachius p. 107. sq. e Xenophonte et

*) De formula *προσκεῖσθαι τινὶ* videsis Boissonad. ad Philostr. Her. pag. 293. sq.

Digitized by Google

Platone attulit, augenda sunt primario Platonis loco de Legib. lib. X. p. 905. A. B. (οὐκ) ἀπελληθήσῃ ποτὲ ὑπ' αὐτῆς (nim. τῆς δίκης), οὐχ ὕπνῳ σμικρὸς ὢν δύσῃ κατὰ τὸ τῆς γῆς βάθος, οὐδ' ὑψηλὸς γενόμενος εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσῃ. Atque huc respexisse Plutarchum, eo minus potest dubitari, quod idem in proximis· τοὺς μὲν γὰρ —· ὧν δὲ μεῖζον —· τοὺς δὲ πάμπαν —, triplicem illam poenarum ordinem persequi conatus est, quem Plato statim post ita significavit: τίσας δὲ αἰτῶν τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν, εἴτ' ἐνθάδε μένων, εἴτε καὶ ἐν ᾅδου διαπορευθείς, εἴτε καὶ τούτων εἰς ἀγριώτερον ἔτι διακομισθεὶς τόπον. Ei loco, quem Plato significavit verbis ἀγριώτερον τόπον (conf. Phaedo p. 113. C. εἰς τόπον — δεινόν τε καὶ ἄγριον —), Plutarchus praeficit Erinnyn; quam quod ἀγριωτάτην nuncupat, usus est voce eadem, qua Plato daemones declaravit Ardiaeum mirjs modis apud inferos cruciantes, Reipubl. X. p. 616. A. ἐνταῦθα δὴ ἄνδρες — ἄγριοι καὶ διάπυροι ἰδεῖν — τὸν Ἀρδιαῖον — εἶλκον — ἐπ' ἀσπαλάθων κνάμπτοντες —, quem locum ab Astio in Lex. Plat. voc. ἄγριος neglectum esse valde miror.

Pag. 565. A = pag. 92. supr. Wyttenbachius temere offendit in verbis: τῶν δ' ἄλλων — δικαιώσεων ἡ μὲν ὑπὸ τῆς ποινῆς ἐν τῷ βίῳ, ταῖς βαρβαρικαῖς ἔοικεν. Plutarchus videlicet, quum tria puniendi genera universe significasset (p. 564. E. F. = p. 91. τοὺς μὲν —· ὧν δὲ —· τοὺς δὲ —), nunc id agit, ut misso tertio, quod quoniam abolitione animarum continetur amplius describi nequit, duo reliqua genera persequatur: τῶν δ' ἄλλων δικαιώσεων —. Et primum quidem uberius explicat de eorum genere supplicjorum, quibus homines viventes et videntes a Poena *) affici dixit: ἡ μὲν ὑπὸ τῆς Ποινῆς ἐν τῷ βίῳ, ταῖς βαρβαρικαῖς ἔοικεν· ὡς γὰρ κτλ. Tum uberrimam disputationem de poenis, quae homines nondum expiatos apud inferos maneant, sic exordientem inducit Thespesii cognatum p. 565. A.: ὃς δ' ἂν ἐκεῖθεν ἀκόλαστος ἐνταῦθα καὶ ἀκάθαρτος ἐξίκηται, τοῦτον ἡ Δίκη καταλαβοῦσα κτλ. Quae nos quidem sic interpretamur: *qui vero illinc ex vita impunis et inexpiatus huc ad inferos evaserit, hunc* etc. Erroris enim

*) Ποινὴ enim p. 564. E. = p. 91. et Ποινῆς p. 565. A. = p. 92. scribendum collato Boissonadio ad Procli Hymn. pag. 220. sq. T. VIII. Syllog. Poet. Gr.

Digitized by Google

plena est ista, quam Wyttenbachius adiecit, interpretatio: „qui vero *hinc* poena evitata et inexpiatus *eo* pervenit —“! Pari errore idem p. 565. C. = p. 94. et p. 566. F. = p. 103. inf. sq. opposita ἐκεῖ — ἐνταῦθα — sic interpretando perverti passus est: *ibi — hic; illhic — hic.* Tu utroque loco verte: *illic apud homines — hic apud inferos.* Narrantur enim haec omnia apud inferos a manibus viri Thespesio cognati, quumque voces ἐνταῦθα — ἐκεῖ | ἐντεῦθεν — ἐκεῖσε sim. saepissime ita usurpentur, ut prior *hanc* viventium *sedem*, posterior *inferos* demonstret, qua de re conf. Boissonad. ad Sophocl. T. I. = T. IX. Syll. P. Gr., p. 352. 353.; rationem inversam in hac narratione res ipsa flagitat. Conf. Asterii locum ap. Boiss. l. c. p. 353. — Sed ut redeamus, unde profecti sumus, nemo iam non intelligit, quo iure Wyttenbachius scribi voluerit: τῶν δ' ἄλλων δικαιώσεων ἡ μὲν μετὰ τὴν ἐν τῷ βίῳ ποινήν. Quod quomodo tanto viro excidere potuerit, plane non intelligitur, praesertim cum ipse verba τῶν ἄλλων ad duo priora poenarum genera retulerit, inque proxima periodo ὡς γὰρ ἐν Πέρσαις κτλ. quae aperte referatur ad verba ἡ — ὑπὸ τῆς Ποινῆς ἐν τῷ βίῳ, ταῖς βαρβαρικαῖς ἔοικεν, de punitione viventium explicari viderit.

Eadem pagina, 565. A., Wyttenbachius haud temere sollicitavit verba: αἱ διὰ χρημάτων καὶ σωμάτων κολάσεις ἀφὴν οὐκ ἔχουσι δριμεῖαν, οὐδὲ αὐτῆς ἐπιλαμβάνονται τῆς κακίας, ἀλλὰ πρὸς δόξαν αἱ πολλαὶ καὶ πρὸς αἴσθησιν αὐτῶν εἰσίν. Nimirum αὐτῶν non habet quo referatur. Wyttenbachius pro αὐτῶν legendum esse coniecit ἄλλων, quia vocem desiderabat, quo δόξα et in primis αἴσθησις referretur, *aliorum*que opinionem et sensum *hominum* significari voluit. Nobis vero, accurate inspecto priore membro ἀφὴν οὐκ ἔ. δ. οὐδὲ — τῆς κακίας, oppositum membrum sic videtur constituendum esse: ἀλλὰ πρὸς δόξαν αἱ πολλαὶ καὶ πρὸς αἴσθησιν αὐτήν εἰσιν i. e. *sed ad opinionem* (nim. *aliorum hominum*, qui sponte intelliguntur) *et ad-sensum tantum* (videlicet eorum qui σωματικῶς puniuntur) *plerumque comparatae sunt.* Πρὸς αἴσθησιν αὐτὴν i. q. πρὸς αἴσθησιν μόνην. Videsis Leon. Uster. ad Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 112. Ne quis autem hac emendatione animi dolores, qui ex suppliciis corpori afflictis oriuntur, prorsus elevari dicat, conferenda sunt ipsius verba Plutarchi p. 565. B. = p. 92.: πόνοις, οἳ τοσούτῳ μεγέθει καὶ σφοδρότητι τοὺς

Digitized by Google

διὰ σαρκὸς ὑπερβάλλουσιν, ὅσῳ τὸ ὕπαρ ἂν εἴη τοῦ ὀνείρατος ἐναργέστερον. Quae qui dixit de poenis animae corpore exutae exantlandis, idem non potuit non statuere, castigationes hasce nostras sensus tantum attingere, neque ad animi medullas penetrare vitiumque inveteratum corripere atque emendare. Haec ipsa enim vis est verborum *ἁφὴν οὐκ ἔχουσι δριμεῖαν, οὐδὲ αὐτῆς ἐπιλαμβάνονται τῆς κακίας*, quibus Victorius in codice ms. Monacensi 173. hanc notulam adspersit: „*ἐπιλαμβάνομαι τοῦ ἁμαρτάνοντος, ἅπτομαι* — corripio, emendo. hinc *ἀνεπίληπτος*, qui nulla correctione indiget et in nulla re peccat: [Plutarch.] *πῶς δεῖ ἀκ. τ. ν.*"

Retinemur adhuc in eadem pagina (565. A.) a verbis *ὃς δ' ἂν —, τοῦτον ἡ Δίκη διαλαβοῦσα τῇ ψυχῇ καταφανῆ γυμνόν, εἰς σὐδὲν ἔχοντα καταδῦναι — ἔδειξε κτλ.* Nam quod Reiskius et Wyttenbachius de voce *διαλαβοῦσα* in *ἰδίᾳ λαβοῦσα* mutanda cogitarunt, repugnat haec coniectura rei ipsi, quae narratur. Qui enim *seorsim ducitur* vel *rapitur*, is qui fieri potest ut aliorum in conspectu ponatur (conf. *ἔδειξε —*)? Adde quod verba *ἀλλὰ πανταχόθεν — καθορώμενον* plane insulsa sunt, nisi *διαλαβεῖν* retineas atque de malefieis accipias, qui detecti tandem omniumque adspectui undique patentes *corripiuntur* et *in vincula coniiciuntur*. Quam verbi significationem quum Wyttenbachius ipse attigerit (animm. p. 110.), miramur, quomodo de immutanda vulg. lectione cogitare potuerit. — Idem V. D. inter *καταφανῆ* et *γυμνὸν* voculam *καὶ* excidisse putavit, quae apparet sane apud Pfannerum Syst. Theol. Gentil. Pur. p. 448. ubi vir egregius hoc loco optime usus est. Sed magnopere fallimur, aut de suo copulam adiecit. Nam quivis tiro eam desiderarit. Wyttenbachii autem erat, post *καταφανῆ* comma adpingere et *ἀσύνδετον ἐμφατικὸν* plurium adiectivorum, exemplis confirmare atque illustrare. Homerica exempla vide ap. Matthiaeum §. 444, 3. Alia dedit Mingarellus ad Didymum Alex. de Trinitate pag. 25. not. 6. Adde Platonem in Convivio p. 181. C. — *πρεσβυτέρας*, — *ἀμοίρου*. ubi Astius temere item cogitavit de interpolanda vocula *τε*. Sed hoc adiectivorum *ἀσύνδετον* in commentariis aliquando a filio edendis diligenter illustratum est.

Pag. 565. B. = pag. 93. supr. de voce *πάντα* in *πάντη* commutanda vix dubitari posse censemus. Magnopere enim nos fallit memoria, aut numerale *πᾶς* cum participio casu quarto,

Digitized by Google

adverbii potestate coniunctum nunquam reperimus. Nam quod Luciani aureus asinus p. 60. ed. Cour. haec habet: *τί — ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον, πάντα καταπίπτοντα*, recte hunc locum Hoogeveenus ad diversum genus retulit (ad Viger. p. 136. ed. 4.).

Sequitur, ut videamus de emendando loco, qui illum excipit unde disserendi initium cepimus, p. 565. C. = p. 94. *ἐκεῖ γὰρ ἥ τε κακία τῆς ψυχῆς τρεπομένης ὑπὸ τῶν παθῶν καὶ τρεπούσης τὸ σῶμα τὰς χρόας ἀναδίδωσιν, ἐνταῦθα δὲ καθαρμοῦ καὶ κολάσεως πέρας ἐστί. Τούτων ἐκλελανθέντων παντάπασι, τὴν ψυχὴν αὐγοειδῆ καὶ σύγχρουν γίνεσθαι.* Has enunciationes parum cohaerere, et separatim positas misere claudicare, paullo attentius legentem fugere non potest. Etenim Plutarchus notatis singulorum vitiorum coloribus primum quidem explicavit, quo tandem modo coloribus istis homines vitiosi *in vita* inficiantur (*ἐκεῖ — ἀναδίδωσιν*); deinde, id quod ex enunciatione contrarii (*ἐκεῖ — ἐνταῦθα δὲ —*) manifesto apparet, finem *apud inferos* purgandis et vitiis animae et coloribus constitutum declarare voluit. Nunc in membro priori opposito universe et inepta negligentia hoc tantum ponit, apud inferos lustrationi et purgationi animarum finem esse constitutum. Huc accedit, quod Plutarchus, sui plane immemor, proxima periodo (*τούτων κτλ.*) Thespesium sermones cognati oratione quae dicitur indirecta referentem inducit, quum et antea et postea cognatum ipsum a Thespesio loquentem induci fingat. Atque huic quidem incommodo bene medetur Wyttenbachii coniectura, qui eiecto post *ἐστί* puncto duas periodos vocula *ὥστε* coniungendas putavit; priori incommodo medelam affert nullam. Neque enim, si scribatur *ἐνταῦθα δὲ — πέρας ἐστί, ὥστε — γίνεσθαι*, quisnam castigationis et purgationis terminus sit apparet, sed quid eum consequatur. Ne multa, hac opus emendatione: *— ἐνταῦθα δὲ καθαρμοῦ καὶ κολάσεως πέρας ἐστὶ τό, τούτων ἐκλελανθέντων παντάπασι, τὴν ψυχὴν αὐγ. καὶ σύγχρ. γίνεσθαι.* Sic demum omnia optime cohaerent; quumque antea vox *τούτων* non potuerit non ad *καθαρμ.* et *κολάσ.* inepte referri, nunc in promtu est, pronomen ad colores illos respicere. Sed vel sic aliquid remanet quod nobis scrupulum iniiciat. Nimirum vocula *τε* ante *κακία* nil habet quod ei respondeat. Itaque nisi *τε* delere malueris, statuendum erit, aut ante vocem *κακία* aliud subiectum, aut post verba *ἥ τε*

Digitized by Google

κακία — ἀναδίδωσιν cum alio subiecto simul similem enunciationem, a καὶ incipientem, intercidisse. — Ceterum cum verbis — τὸ τούτων ἐκλεανθέντων παντάπασι, τὴν ψυχὴν αὐγοειδῆ καὶ σύγχρουν γίνεσθαι, conferas quae p. 564. D. = p. 90. dicuntur de animis a vitiorum labe liberis: τοὺς μέν, ὥσπερ ἡ καθαρωτάτη πανσέληνος, ἓν χρῶμα λεῖον καὶ συνεχὲς καὶ (i. e. *idque*) ὁμαλῶς ἰέντας. De *elmendi* significatione, quae h. l. verbo ἐκλειαίνειν inest *), conferri oportet Favorinum Lex. vocc. Λεαίνω· τὸ ὁμαλίζω, ἐκ τοῦ λειαίνω, τὸ οἱονεὶ ἀποσπογγίζω καὶ ἐκμάσσω. Λεαίνεται· λειοῦται, ἐξαλείφεται. Λεανθείης· ἐκτριβείης. Hanc glossam Favorino Hesychius praebuit, recte ille a Victorio h. l. comparatus. Ψυχὴ αὐγοειδὴς quid sibi velit, optime perspicitur ex iis quae Wyttenbachius de verbis e pag. 90. modo allatis animm. pag. 106. docuit. Sed hac oblata occasione, vocem αὐγοειδής, quae Platonicis recentioribus in deliciis fuit, restituamus Scholiis ad Plat. Gorg. p. 513. E. Sic enim sunt corrigenda: γυμνὸς ὁ κριτὴς οὐ μόνον τοῦ ὀστρεώδους σώματος, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἀερώδους φυράματος καὶ μόνον ἔχων τὸ αὐγοειδὲς ὄχημα. Vulgo male, etiam apud Bekkerum, scribitur τὸ αὐτοειδὲς ὄχημα, quod nihili est **). Tu conferas e permultis locis similibus hunc unum ex libro Aeneae Gaz. de immortal. et resurr. p. 64. ed. Barth. (σώματος) τοῦ αὐγοειδοῦς, ἢ τοῦ ἀερώδους ἢ τοῦ ὀστρεώδους: sic enim corrigo vulgatum ἀστρεώδους. Barthius annot. p. 143. genuinam lectionem exhibet, male tamen ille cogitans de restituenda voce ἀστροειδοῦς. Nam quod in proximis σῶμα ἀστροειδὲς commemoratur, huius plane gemi-

*) *Elimandi* verbo in eadem re usum reperio Macrobium in Somn. Scip. Lib. I. cap. 12. — cum (anima) rursus e corpore, ubi meruerit *contagione vitiorum* penitus *elimata* purgari, ad perennis vitae lucem restituta in integrum revertatur. Lib. II. cap. 17. (cum sit philosophia) moralis, quae docet morum *elimatam* perfectionem.

**) Eodem modo laborat Aeneas Gaz. in Biblioth. PP. Parisina anni 1654. Tom. XII. p. 650. A. ubi et typis exscriptum et ab interprete expressum est voc. αὐτοειδοῦς, cuius in locum apud Barth. p. 64. loco supra laudato αὐγοειδοῦς recte repositum est; eademque vox restituenda M. A. Antonino Comm. XI, 12. cuius verba a me primo emendata hic adponam: Σφαῖρα ψυχὴ (vulgo ψυχῆς) αὐγοειδὴς (vulgo αὐτ.), ὅταν μήτε ἐκτείνηται ἐπί τι, μήτε ἴσω συντρέχῃ, μήτε σπείρηται, μήτε συνιζάνῃ, ἀλλὰ φωτὶ λάμπηται, ᾧ τὴν ἀλήθειαν ὁρᾷ —.

Digitized by Google

num est τὸ αὐγοειδές *). Recte vero ex Neoplatonicorum sententia triplex corporum genus discernitur, αὐγοειδὲς sive ἀστροειδές, ἀερῶδες et ὀστρεῶδες sive ἀγγειῶδες. Quam vocem Iamblicho apud Stob. Ecl. I. c. 52. p. 926. Heer. Boissonadius ad Herodian. p. 212. felicissimo conatu vindicavit. Sed σῶμα ὀστρεῶδες quid sibi velit, fefellit etiam C. D. Beckium, at quantum virum —, qui in scholiis ad Plat. Gorg. l. l. Opp. Plat. ed. Tauchn. Tom. III. p. 305. bis ei substituerit σῶμα ἀστεῶδες. Tu vide locutionis fontem apud Platon. in Phaedro p. 250. C. ἀσήμαντοι ὄντες τούτου, ὃ νῦν σῶμα περιφέροντες ὀνομάζομεν, ὀστρέου τρόπον δεδεσμευμένον. Quae comparatio quanto opere quamque varie expressa fuerit a scriptoribus Platonem imitantibus, ab Alberto, filio meo, diligenter, opinor, et cum fructu critico explicatum est in fasciculo variarum lectionum propediem edendo.

Sed ne extra oleas vagemur, pergamus ad verba, quae p. 565. D. = p. 95. reperiuntur: — αἱ μὲν πάλιν καὶ πάλιν κολασθεῖσαι τὴν προσήκουσαν ἕξιν καὶ διάθεσιν ἀναλαμβάνουσι· τὰς δὲ αὖθις εἰς σώματα ζώων ἐξήνεγκεν βιαιότης ἀμαθίας καὶ φιληδονίας εἶδος. Postremae voci locus hic est datus nul-

*) Apposite Favorinus: *Αὐγοειδές, ἀστροειδές τι καὶ ἀΐδιον, ὡς τό· Ἔφασκεν Ἰσίδωρος ἐκεῖνο ἀκηκοέναι, ὡς ἔχει ἡ ψυχὴ αὐγοειδὲς ὄχημα. Ὄχημα αὐγοειδὲς* commemoratur etiam genuino Simplicio Comm. in Aristot. de Coelo lib. 2. eo loco ubi' αὐτοκάβδαλος iste graeculi cuiusdam Simplicius, ab Aldo editus, haec habet (pag. 114. B.): *εἰ δέ τις καὶ τοῦτο τὸ γήινον σῶμα ἐξηρτημένον, καὶ τὸ αὐγοειδὲς αὐτοῦ οὐράνιον καθέδραν, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ αἰσθήσει κεκαθαρμένας ἔχοι, — οὗτος ἂν ἴδοι τὰ τοῖς ἄλλοις ἀόρατα κτλ.* Sic autem habet genuinus Simplicius: *εἰ δέ τις καὶ τοῦτο τὸ ἐπίκηρον σῶμα ἐξηρτυμένος, τὸ αὐγοειδὲς αὐτοῦ καὶ οἰράνιον ὄχημα, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ αἰσθήσεις κεκαθαρμένας ἔχοι, — οὗτος ἂν ἴδοι τὰ τοῖς ἄλλοις ἀόρατα.* Genuinam philosophi manum dedi *e variis lectionibus mss. in margine editionis Venetae Bernae asservatae, cui a manu diligentissima eademque elegantissima genuini Simplicii lectiones magnam partem annotatae olim fuerunt*, Venetiis, ut apparet hac ex nota ad calcem libri adiecta: *ἐνετίησιν ἐν ἔτει ἀπὸ τῆς χριστοῦ γεννήσεως αῶ φῶ λζῶ· ἀπριλεωμηνὸς δεκάτῃ.* Ceterum Macrobius graecum ὄχημα interpretatus est *luminosum corpus*, in Somn. Scip. Lib. I. cap. 12.: de zodiaco et lacteo ad subiectas usque sphaeras anima delapsa, dum per illas labitur in singulis — *luminosi corporis* amicitur accessu.

Digitized by Google

lus, id quod luce clarius apparet ex insequenti oratione: ἡ μὲν γὰρ — · ἡ δὲ — i. e. *nam alia quidem anima* —, *alia* —. Nimirum prius membrum (ἡ μὲν γὰρ —) rationem reddit, quomodo illa ἀμαθίας βιαιότης partem animarum ad corpora redire cogat. Altero membro Plutarchus non εἶδος quoddam φιληδονίας, sed libidinum cupidinem universe statuit in caussa esse, cur pars animarum alia corporibus rursus insinuari cupiant. Id quomodo sit factum ut Wyttenbachium lateret demiramur. Reiskius vero merdum quod voci εἶδος inest, bene odoratus quidem est, sed quod ἰσχὺς scribi voluit, rem acu haud tetigit. Veri autem est simillimum, Plutarchum πλατωνικῷ ζήλῳ scripsisse ἦ δ' ὅς, quo magis hanc orationem e Thespesii ore, cognati sermonem referentis, audire nobis videremur. Conf. p. 564. E. = p. 90. ἔλεγεν οὖν ἕκαστα φράζων ὁ τοῦ Θεσπεσίου συγγενὴς — ὡς sq. — p. 565. A. = p. 92. supr. ἔφη —. p. 565. C. = p. 93. inf. εἶπε —. et p. 566. B. = p. 99. ἔλεγεν οὖν —· ἀλλὰ τοῦτο μέν, ἔφη, —. p. 566. C. = p. 100. supr. ὡς ὁρᾷς —. De formula ἦ δ' ὅς vix est quod conferri iubeamus Koen. ad Gregor. Cor. p. 61. (ed. I.) et Fischerum ad Weller. P. I. p. 343. Quod autem formula non, uti fit vulgo, medio in membro, sed in fine eius est posita, ea ratio hic nil magis habet offensionis, quam v. c. apud Aristoph. Vesp. vs. 795. et ap. Platon. Reip. I. p. 348. A. Conviv. p. 178. B. quo loco in codicibus quibusdam mss. et apud Stobaeum male item εἶδος pro ἦ δ' ὅς scriptum reperitur. Atque haec stribligo coniecturas sane ingeniosas, sed plane inanes peperit, pariter atque formula ἦ δ' ὅς inaudito, ut videbatur, modo posita nodi in scirpo quaerendi caussa exstitit. Qua de re accuratius dicetur a futuro, quem supra significavimus, Convivii editore.

Sed quae paullo ante obiter inspeximus, ad ea nunc propius accedamus; dico autem duo haec membra (p. 565. D. = p. 95.): ἡ μὲν γὰρ — ἔρρεψε τῷ πρακτικῷ πρὸς γένεσιν· ἡ δὲ ὀργάνου τοῦ ἀκολάστου δεομένη ποθεῖ τὰς ἐπιθυμίας συρράψαι ταῖς ἀπολαύσεσι καὶ συνεπαίρεσθαι διὰ σώματος. In formula ἔρρεψε πρὸς γένεσιν Victorius dicendi usum platonicum scite advertit; id quod apparet ex hac eius notatione in margine codicis ms. saepius laudati: „Olympiodor. Interp. Plat. ἢ ὅσον γε ἐπὶ τῶν οἰκείᾳ ζωῇ μὴ ῥεπουσῶν πρὸς γένεσιν.“ Fontem formulae habes in Plat. Phaedr. p. 247. B. βρίθει —

Digitized by Google

ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων *), ἐπὶ τὴν γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων —, ubi male nonnulli codices mss. ap. Ast. annot. p. 412. ῥέων pro ῥέπων, quod non magis quam alia innumera ab Astio confirmatum et illustratum est ex usu dicendi Platonicorum. Tantum enim abest, ut in eo comparando et ad crisin adhibendo nimius fuerit, id quod conqueruntur homines quidam suaves et fastidiosi historicae platonicorum librorum interpretationis, ut plurimum reliquum fecerit aliis Ruhnkenios, Wyttenbachios, Creuzeros hoc in labore imitantibus. Sed quod apud Platonem ἐπὶ τὴν γῆν ῥέπειν, idem apud Plutarchum et Olympiodorum l. c. ἐπὶ γένεσιν ῥέπειν, nimirum vergere ad *hanc terrenam et generationi interituique obnoxiam sedem.* Quae significatio vocabuli γένεσις utplurimum temere sollicitata aut male intellecta est. Statim nostro loco interpretatio latina *procreationem* reddidit. Itaque filius meus operae pretium fecit, quod eam significationem in variis lectionibus, propediem edendis, post Boissonadium ad Marin. V. P. p. 104. illustratum ivit locisque permultis vindicare conatus est. — Alterum membrum (ἡ δὲ — συνεπαίρεσθαι διὰ σώματος) quod attinet, hic quoque comparanda est Stoicorum πλατωνιζόντων sententia, quam sub initium huius scriptionis e Lactantio Inst. Lib. VII. cap. 20. attulimus. Quae autem vis sit verbi ἐπαίρεσθαι in composito nostro συνεπαίρεσθαι, pulcre vidit Victorius, cuius haec est annotatio in codice ms. saepius laudato: „Δημοσθ. de divitiis loquens, ἃ νῦν ἐπαίρει αὐτὸν ὑβρίζειν, ἀντὶ τοῦ παροξύνει, *incitant*, ἐξάγει, *erigunt*, ut „spes erigunt homines" latine. Δημοσθ. οὔτε ἐλπίς, οὔτε φόβος, οὔτε χάρις, οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἐπῆρεν." Hanc in verbo ἐπαίρειν *commovendi, excitandi* vim Ruhnkenius ad Timae. Lex. Plat. p. 119. egregia illustravit annotatione, quae in auctario supra promisso animadversionum cumulo augebitur, non neglecto verbo συνεπαίρειν, Stoicis maxime usitato. De quo, ut hoc utar, auctor conferri iubet Epictet. Enchir. cap. 26. — μήποτε ἰδών τινα προτιμώμενον — μακαρίσῃς, ὑπὸ τῆς φαντασίας συνεπαρθείς, cuius interpretamentum est συναρπασθείς, quod in vulgares editiones irrepsit; quamquam etiam vulgarius verbum συναρπά-

*) Fortasse delendum est μετέχων, quippe omissum a Hierocle in aur. Carm. p. 138. ed. Needh. qui vocem temere interpolavit.

Digitized by Google

ζειν in eadem re Stoicis in usu fuit. Verbi caussa conf. Epict. Enchir. cap. 24. Plutarchus igitur, Stoico usus loquendi genere, formula *συνεπαίρεσθαι διὰ σώματος* id significavit, quod est *abripi corporis ope et auferri*, nimirum ad libidines fruendas, de quibus sermo est.

Pag. 566. A. = pag. 98. in verbis *ἔδοξεν ἀφορᾶν κρατῆρα* velim attendas usum minime vulgarem formulae *ἀφορᾶν τι*, *ex alto aliquid conspicere vel contemplari*, quod est ubi latini quoque simpliciter dicunt *despicere aliquid*. Vid. qui graecum *καθορᾶν* eadem potestate usurpari docuit, Valckenar. ad Fragm. Eleg. Callim. p. 63. sq.

Sequitur, ut nonnihil dicamus de verbis quae p. 566. F. = p. 102. reperiuntur: *τὸν πατέρα τὸν ἑαυτοῦ κατεῖδεν — στιγμάτων καὶ οὐλῶν μεστόν*. Quae parum intelliget, qui immemor fuerit eorum quae Wyttenbachius ad pag. 93. animm. p. 110. sq. doctissime annotavit. *Stigmata* quod attinet, in primis conferas oportet locum a Wyttenbachio allatum e Luciani Catapl. p. 645, quo in eadem re explicanda item usos video Spanhemium ad Iuliani Caesares p. 55. ed. Heusing., Pfannerum Syst. Theol. Gentil. Pur. p. 451. Ego in eandem rem e propriis copiis addo haec e Platonicorum doctrina hausta apud Theophylactum Simoc. ep. 25. *τοῖς θνητοῖς τὰ θνητὰ καταλείψωμεν· μεγάλαις γὰρ κηλῖσιν ἐνθάδε τὸ βασιλικὸν τῆς ψυχῆς καταστίζεται*. Platonis ipsius auctoritate Agathias usus est Hist. lib. V. p. 147. D. *ὁ Πλάτωνος λόγος ἀθλίους εἶναί φησι καὶ κακοδαίμονας τοὺς ὅσοι κάκιστα βιοῦντες μὴ ἐνταῦθα δίκας ἀποτίσαιεν τῶν ἡμαρτημένων, ἢ ὀλέθρῳ βιαίῳ, ἢ ἄλλως πως τετιμωρημένοι, ἀλλ' οὕτω ἀπέλθοιεν, καθάπερ οἱ στιγματίαι τῶν οἰκετῶν τοῖς ἀδικήμασι πεπελιδνωμένοι καὶ τὸ μὴ ἐκκεκαθάρθαι ἀποκερδήσαντες.*, quem ad locum haud inutilis exstat Vulcanii annotatio.

Proxima pag. (567. A. = 103.) quod Wyttenbachius animm. pag. 121. post *τριβομένην* excidisse putavit voc. *τριβήν*, utitur sane Plutarchus pag. 564. A. = pag. 87. simili formula *φέρεσθαι — κίνησιν*, et quod maioris est momenti, p. 564. B. = p. 88. supr., quo potissimum respiciunt verba *οὐχέτι* et *ὁμοίως*, a Reiskio et a Wyttenbachio minime intellecta, animae de quibus hic est sermo sic describuntur: *φορὰς — πάσας πρὸς οὐδὲν ἀχρίτως ἐφέροντο*, quae verba maxime commendant,

Digitized by Google

si modo opus est orationis supplemento, Wyttenbachii additamentum. Sed caussae quae Wyttenbachium permovere potuerunt, ut aliquid ad orationis integritatem deesse et τριβὴν ante ἀτελῆ excidisse statueret, eae nullius sunt momenti. Etenim ἀτελῆ cum participio τριβομένην optime coniunctum est, adverbii potestate (conf. Matth. §. 446. Winer. Gramm. N. T. pag. 389.) et hoc quidem sensu: versantem *labore inani — re infecta*. Quae significatio vocis ἀτελὴς uberrime illustratur in commentario in Platonis Symposium nondum edito, ad p. 179. D. Ὀρφέα — ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου. Altera caussa quae Wyttenbachium inducere potuit, ut de supplendo accusativo τριβὴν cogitaret, in eo est posita, quod vox ἐπίπονος haud aliter atque ἀτελὴς raro de personis, fere de rebus usurpatur. Itaque ut rem haberemus, quo verba ἐπίπονον οὖσαν pariter ac voc. ἀτελῆ referremus, τριβὴν inseri iussit. Sed voc. ἐπίπονος etiam de personis in usu fuisse testem satis locupletem habemus vel hunc unum locum e Platonis Phaedro pag. 229. D. δεινοῦ καὶ ἐπιπόνου — ἀνδρός.

Eadem pagina (567. A. = 103.) de formula πρόσχημα — ἀρετῆς περιβαλλόμενοι conf. Timaei Lex. Voc. Plat. p. 221. ibique Ruhnkenius, cuius annotationi multa haud ita vulgaria accedent in auctario animadverss. in Tim. supra promisso.

Pag. 567. B. = pag. 104. supr. in verbis ἰλυσπωμένους — καὶ ἅμα καμπτομένους mendose scriptum ἅμα pro θαμά. — Paullo post (567. B.) mendum latet in verbis ἐν τῷ λογιστικῷ καὶ κυρίῳ τὴν μοχθηρίαν ἔχοντες. Nimirum κυρίῳ commutari oportet in κυριωτάτῳ, id quod et usus loquendi platonicus et res ipsa postulat. Nam Plato quum sentiret quod in Alcibiade I. p. 130. D. scriptum est: οὐ γάρ που κυριώτερόν γε οὐδὲν ἂν ἡμῶν αὐτῶν φήσαιμεν ἢ τὴν ψυχήν, in anima ipsa τὸ κυριώτατον, mentem esse statuit. Vide locum primarium in Timaeo p. 90. A. — περὶ τοῦ κυριωτάτου παρ' ἡμῖν ψυχῆς εἴδους διανοεῖσθαι δεῖ τῇδε —. Hinc scriptores πλατωνίζοντες, ubi de anima est sermo, mentem simpliciter dicunt τὸ κυριώτατον, non τὸ κύριον, sicuti Wyttenbachius docuit, adversantibus quos ipse attulit locis (animm. p. 123.).

Pag. 567. E. = pag. 106. inf. assentimur Wyttenbachio de transponendis verbis πρὸς τὴν δίκην. Sed verbum ἤπειγον in ὑπῆγον quam in ἐπῆγον commutare malimus coll. Timae. Lex.

Digitized by Google

p. 261. *Ὑπάγειν· εἰς δίκην ἐνάγειν*, ubi Ruhnkenius inter alia: „Multo frequentior est plena locutio, *εἰς δίκην ὑπάγειν*." Et commode me filius docet, Siebelisium ad Philoch. fragm. p. 28. de verbo *ὑπάγειν, in ius rapere*, in *ἐπάγειν* saepiuscule depravato monuisse.

Pag. 567. F. = pag. 107. med. *ἐκλεαίνειν* alio sensu dicitur, quam quem p. 565. C. = p. 94. attigimus, nimirum de eo quod est *exaequare poliendo et laevigando*. Veluti cerdones *λεαίνειν* et *ἐκλεαίνειν* proprie dicuntur. Conf. Plato Conviv. p. 191. A. *τὰς — ἄλλας ῥυτίδας — ἐξελέαινε καὶ τὰ στήθη διήρθρου, ἔχων τι τοιοῦτον ὄργανον, οἷον οἱ σκυτοτόμοι, περὶ τὸν καλόποδα λεαίνοντες τὰς τῶν σκυτῶν ῥυτίδας*, ubi editor futurus, saepius nobis laudatus, plura dabit.

Pag. 567. F. = pag. 107. inf.*) ad verba *Πινδαρικῆς ἐχίδνης εἶδος* haec pertinet annotatio Schneideri de Pind. Fragm. p. 72. „Poterat Chaeronensis simpliciter ponere *ἐχίδνης*; quod vero meminerat de vipera alicubi canere Pindarum, cuius testimonio etiam in tritissimis rebus lubenter utitur, addidit *Πινδαρικῆς*." — Idem vir Salmasiana eruditione sua egregie profuit tum illustrandis Plutarchi verbis (p. 568. A. = p. 109.) *καί τι ῥαβδίον κτλ.* tum emendandis, quae libri finem faciunt, *αὐτὸν δὲ ὥσπερ κτλ.* Vide illum ad Xenoph. Memor. 3, 11, 17. **) Est profecto palmaria Schneideri emendatio, pro *ὑπὸ σύριγγος* scribi iubentis *ὑπὸ ἴυγγος*. Exquisitam, quae hac ex mutatione oritur, sententiam uberius illustremus. Refert igitur Plutarchus, ex emendatione Schneideriana, Thespesium, *quasi illecebra quadam rapiente*, ad corpus relictum iterum delatum esse. Interpungimus autem post *σπασθέντα*, quum vulgo post *βιαίῳ* comma inepte ponatur. Etenim verba *ὥσπερ — σπασθέντα* unam sententiam efficiunt, et *σπασθῆναι* cum *πνεύματι* pessime coniungitur, optime cum verbis *ὑπὸ ἴυγγος* ***). Constat enim,

*) Paulo ante non nisi virgula post *βίοις* interpungi oportere, haud latuit Wannovskium in doctissimo Specimine Synt. Anom. Graec. p. 65.

**) De veruculo pictorum V. Cl. uberius dixit ad Varron. 3, 17, 4. et in Indice Script. R. R. p. 311. Huc pertinent etiam Timaei verba Lex. Plat. voce *Χραίνειν*. — *τὸ — χρώζειν διὰ τοῦ ῥαβδίου*.

***) Hoc vel tiro videat; et vidit Krebs. Lectt. Diodorr. p. 188. qui tamen, quum propter verba *ἑτέραν δὲ κωλύειν* a Schneidero ne-

Digitized by Google

graecos vocem ἴυγξ ab ave illa illice (conf. Schol. Theocrit. Id. 2. vs. 17. Voss. ad Virgil. Eclog. 8, 86. Schneider l. c.) ad omne genus *illicii* vel *illecebrae* transferre solitos. Schol. Theocr. l. c.: ἴυγξ, ἡ λεγομένη σεισοπυγὶς —· ἀφ᾽ ἧς καὶ πάντα· ἁπλῶς τὰ εἰς φιλίαν κινοῦντα φάρμακα ἴυγγας λέγουσι, καὶ τὰ ἐπαγωγὰ ἄλλως καὶ χαρίεντα, κατὰ μεταφοράν. Scholion cod. ms. Darmstad. ap. Creuzer. annot. ad G. I. Bekkeri Specimen Philostr. p. 86. Ἴυγξ (σημαίνει) τὴν γοητείαν· ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τῆς ἴυγγος — καὶ ἀπὸ τούτου πᾶν τὸ τερπνὸν καὶ ἐπαγωγὸν ἴυγξ λέγεται· ὡς παρὰ Συνεσίῳ (de Insomn. p. 134. C.) καὶ μήποτε [add. αἱ] μάγων ἴυγγες αὗται. Translatae significationis exemplum reperitur apud Xenoph. l. l., et in fragmento Sophoclis apud Athenae. XIII. p. 564. C. τοιάνδ᾽ ἐν ὄψει ἴυγγα θηρατηρίαν | ἔρωτος, ἀστραπήν τιν᾽ ὀμμάτων ἔχει. Male vulgo, etiam apud Dindorf. Poet. Scen. Fragm. pag. 50. λύγγα. Genuina lectio, quam exhibet Boissonadius Sophocl. T. II. p. 306., Casaubonum non magis latuit, quam Salmasium, cuius haec est notula ad Solin. p. 662. a. B. „Graeci ἴυγγα vocant omne, in quo est aliquid ἑλκυστικόν —. Sophocles, ὀφθαλμῶν ἴυγγα θηρατηρίαν.“ Adde Himer. Orat. 23, 5. ὦ πάντας ἀνθρώπους ταῖς ἑαυτοῦ θηρεύσας ἴυγξι, qui locus cum Sophocleo conferri oportet. Themist. Orat. 13. p. 176. D. ὁ θυμὸς αὐτῶν ἐκεῖνος φροῦδος, ἐκτακεὶς ὑπὸ τῶν ἰύγγων, αἷς καταπολεμεῖ αὐτοὺς ὁ νεανίας. Sed plena exemplorum, ut par est, Sophistarum scripta. Eadem usus significatione tralata Plutarchus Thespesium in oris coelestibus versantem ὥσπερ ὑπὸ ἴυγγος ἐξαίφνης σπασθέντα ad corpus suum narrat delatum fuisse. Quid vero haec illecebrae mentio sibi velit, nemo facile intelliget, nisi qui in

---

glecta, putide calumniatus esset optimam interpretationem verborum καί τι ῥαβδίον — προσάγειν, insuper eruditissimum virum propter emendationem vocis σύριγγος perstringere ausus est. Sed hoc dum fecit, se ipsum risui eorum exposuit, qui sciunt ὑπ᾽ ἴλιγγος σπασθῆναι eum qui *a turbine corripiatur*, graece non magis dici, quam τῷ σώματι προπεσεῖν de eo qui ex altissimo loco procidit. Sed maxime ridiculum, quod Krebsius Thespesium, per coelos peregrinantem, corpore oneratum sibi finxit, quum Plutarchus aperte narret, hanc sarcinam ab illo in terra fuisse relictam.

Digitized by Google

philosophia platonica hospes non est. Cum enim per totam hanc narrationem fabulae involucro absconditae sint sententiae platonicorum mysticae, tum h. l. Plutarchus significavit vim illam, quam materiae inesse volebant, animas fascinandi et ad sese e coelo alliciendi. Conf. Porphyr. de Abst. I, 27. *τὸ γοήτευμα τῆς ἐνταῦθ' ἡμῶν διατριβῆς.* Synes. de Insomn. p. 141. C. D., Hymn. 3. vs. 575. sq. *Ὕλα με μάγοις | ἐπέδησε τέχναις.* Eodem pertinent Theoduli verba apud Maium Coll. Nov. Vet. Scriptt. T. III. P. 2. p. 178. — *ὅταν τῇ γῇ καὶ ταῖς τῆς γῆς ἐπῳδαῖς τε καὶ φίλτροις καταγοητευθῶμεν καθάπαξ, ὡς μηδ' ἀνανεύειν δύνασθαι, γεγονότες ἄνωθεν* —. Adde Neandri librum qui inscribitur *Gnostische Systeme* p. 217. sq. Haec hactenus de sensu genuinae lectionis, cuius in sedem adulterina vel e marginali vel ex interlineari scioli cuiusdam annotatione facillime subrepere potuit, siquidem a lexicographis et scholiastis veteribus in variis significationibus vocis *ἴυγξ* etiam *σύριγξ* refertur. Vid. Schneider. et scholium ap. Bekk. Spec. Philostr. ll. cc. — Verum enimvero vel sic Plutarchi verbis inest quod correctione egeat, nimirum illud quod Thespesius ab illecebra quadam raptus, simulque *πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ* corpori illapsus esse narratur. Nam haec verba, ut significent id quod iis significari nequit, Thespesium *vento impulsum vehementi valde et importuno*, corpori allapsum esse, nemo non videt, quam absurde et insulse, qui illecebra quadam rapi dicitur, idem vento quodam abripi fingatur. Ne multa, loco vulgati *πνεύματι* reponendum erit *νεύματι inclinatione*, vel, quod magis etiam placet, *ῥύματι tractu*. Conf. Favorin. *Ῥῦμα·* — — — *ὁλκός.* = *Ὁλκός· ἰσχυρὰ φορά, παρὰ τὸ ἕλκω, ὁλκός, καὶ φέρω* (leg. *φέρβω*) *φορβός.* Priorem tamen coniecturam illud haud parum commendare videtur, quod *νεύειν* Platonicis dicuntur animae quae e coelesti loco in terram labuntur. Vid. Wyttenbachius ad p. 98. animm. p. 118. et ad Eunap. p. 30. sq., Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. pag. 265. Adde, quod facillimo lapsu a *νεύματι* ad *πνεύματι* aberrari potuit; conf. Boissonad. ad Marin. V. P. p. 71. sq. Sed ut *ῥύματι* a Plutarcho putemus scriptum fuisse, res ipsa postulare videtur. Etenim Thespesius, quoniam dum in coelo peregrinabatur a materiae illecebris raptus esse fingitur, percommode fit quod idem tractu quo-

Digitized by Google

dam vehementissimo in terras corpori dicitur esse allapsus. Utramvis coniecturam amplectaris, vide, quod nunc demum adverti iubere possumus, vide igitur, ne simplex *σπασθέντα* e composito *κατασπασθέντα*, a librariis male truncato, ortum sit negligentia ea, cuius exempla non desiderabunt, qui veteres membranas tractarunt, praesertim cum reperiantur, in quibus praepositiones in verbis compositis locis innumeris neglectae fuere. Sed ut praepositionem *κατὰ* h. l. omissam fuisse minime dubitemus, in caussa est primum illud quod Plutarchus in tota hac descriptione itineris a Thespesio per coelos facti omnia quam *γραφικώτατα* narrat; deinde per est frequens usus verbi *κατασπᾶν* de vi materiae rerumque corporearum animas, vel reapse vel cogitatione in coelo degentes, ad sese alliciendi. Conf. Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 107. F. Lucian. Hermot. sub fin. Ioseph. de B. I. Lib. II. p. 787. G. Method. Conviv. Virgin. (in Galland. Bibl. Patr. T. III.) p. 695. A. *αἱ ψυχαὶ — μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων.* — p. 747. A. *ψυχὴν ἀνάγκη πᾶσα μηχανωμένην* (leg. *μὴ χανωμένην*) *πρὸς τὰς ἐφόδους τῆς ἐπιθυμίας, μὴ κατασπωμένην, ἀλλ' ἀνθέλκουσαν καὶ ἀντικασσομένην, ἰσχυροτέραν φαίνεσθαι τῆς μὴ ἐπιθυμούσης.* Gregor. Nyss. T. II. p. 564. D. *ἡ τῷ σώματι συγκατασπασθεῖσα ψυχή.* Proclus in Alcib. I. p. 257. ed. Creuz. *ἔοικεν ἡ λήθη καὶ ἡ πλάνη καὶ ἡ ἄγνοια φαρμακείᾳ τινὶ κατασπώσῃ ἐπὶ τὸν τῆς ἀνομοιότητος τόπον* (*terram* nimir.), quo loco verbum *κατασπᾶν* cum fascinatione animae coniunctum imprimis adverte. Damasc. ap. Phot. cod. *σμβ.* p. 574. Hoesch. *καταβοῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πασῶν, μᾶλλον τῶν ἄλλων τῆς ἁπτικῆς κατεβόα. εἶναι γὰρ αὐτὴν — κατασπῶσάν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν τῆς γενέσεως ἀένναον ὀχετόν.* Thomas Mag. in Maii Coll. N. V. S. T. III. p. 201. *τῆς ἀπὸ τῶν παθῶν ἀναφερομένης ἀχλύος τὸν λογισμὸν συνθολούσης καὶ δίκην ἀνδραπόδων ἐφ' ἃ μὴ δεῖ τὸν νοῦν κατασπώσης.* Adde locum ex egregia quadam anonymi cuiuspiam laudatione Io. Baptistae in Combefisii Auctar. Novo P. I. p. 1382. C. et consule denique Rhoerium, qui de eodem usu monuit, ad Porphyr. de Abstin. Lib. I. cap. 41. p. 69.

Digitized by Google

Haec hactenus de nostro penu ad emendandam et illustrandam posteriorem partem Plutarchei libri de S. N. V. contulimus. Nunc restat, ut adiiciamus ad unum omnia, quae toti libro tum emendando tum illustrando a viris doctis partim ex ingenio partim e libris mss. olim annotata fuere marginibus Aldinae Opp. Morr. editionis, in bibliotheca civitatis Bernensis asservatae. Quibus notis edendis quum hodie fere nihil novi afferatur, ideo tamen minime dubitamus, omnes cum pulvisculo huc referre: multa enim iis occupata simulque confirmata reperiuntur, quae viri docti vel ex ingenio vel e libris mss. ad Plutarcheum librum posterioribus temporibus contulerunt; idemque quum valeat de notis quae in eodem illo libro omnibus fere Plutarchi operibus moralibus adscriptae sunt, hoc specimine proferendo simul *γεῦμα* visum est dare omnium copiarum quae in pretiosissimo thesauro, a nobis detecto, reconditae iacent. — Sed quo magis de libro ipso deque indole eius et dotibus constet, haec praefanda sunt. — Habet igitur de qua agimus editio Aldina (duae autem apud Bernates exstant) hanc notam: „*Y*, 85.“ estque corio tecta fusco, ceterum satis bene conservata, licet multum multorum manibus tritam fuisse res ipsa ostendat. Statim prima pagina supra titulum manu Bongarsii haec scripta: „Bongarsii; fuit H. Stephani.“ Et saepius sane Henrici Stephani manum deprehendimus, adiuti hac eius nota quae reperitur pag. 661. supr. „*προσοδιακὸν* [non *προσωδιακόν*, quam varietatem manus quaedam docta ex editione germanica i. e. e Basileensi enotaverat] *agnoscit Tricl. in Πρόσοδος nostri Thes.*“ Ad calcem libri in tergo paginae, quam anchora Aldi praecedit, nonnulla scripta sunt, quae nos de origine variarum lectionum atque emendationum aliquatenus saltem certiores faciunt; dubitatio autem nulla superesset, si literarum ductus, praesertim in nominibus propriis, minus impediti et incerti essent. Sunt autem haec illa verba: *) „Castigationes minio rubro interiores ex Victorii libro sunt, quas ille a Mar-

*) Quae nobis minus explorata sunt, ea punctis notavimus: quae vero nostram aciem prorsus eluserunt, eorum loco puncta substituimus; quod simul de annotationibus infra exscribendis dictum accipi volo.

Digitized by Google

cello Virgilio ex codicibus S. Marci Florentiae collatis collectas accepit, additis praeterea suis. Quae in interiore margine sunt nigro minio, ex libro . . dnensi exscriptae fuerunt, quae vero in ulteriore margine rubro notata, ea sunt ex castigationibus aliquibus Danesii Galli et praeterea ex antiquissimo codice Bessarionis cardinalis in bibliotheca Veneta servati, sunt praeterea ex castigato codice veneto in variis opusculis, multa item Romae ex codice quem Gulielmus (sic) Iulianus bibliothecarius Vaticanus dedit.“ Haec vero nota necesse est scripta fuerit, antequam H. Stephanus in possessionem libri venit. Est enim ubi ille adspersis notulis confirmat vel refutat notas, quae ab auctore huius notitiae innumerae fuerunt perscriptae. Sed quinam tandem iste fuit? Brodaeum fuisse, manus ipsa prodit, bene illa nobis cognita e certissimis vestigiis Brodaeanae eruditionis, quae in parte librorum Bongarsii Bernam delata ex annotationibus mss. hinc inde elucet. — Sequitur ut quae supra promisimus, praestemus *).

Pag. 421. *supr.* *κύνιε*] *κίρνε* A. — *ante med.* *κατεφόρει*] *φρόνει* A. — *media.* *τολμωμένοις*] *γρ.* *γινομένοις* A. — *inferiori.* *νόσος καὶ κατανεμηθεῖσα*] *καὶ* infra lineam punctis notatum minio. — *ibid.* *τὼ πόδε*] infra lin. punctis rubris notata, addita lineola, quae incertum, delendis punctis, an verbis *τὼ πόδε* notandis inserviat. — *ibid.* *ἰδεῖν*] *ἐπιδεῖν*. B. — *ibid.* *ἀποσφαγέντων*] *λ.* A. — *infima.* *μάρψει*] *ψῃ*. Bb. — *ibid.* *κακοὺς*] *ὡς*. A. — *ibid.* *ἐπιχειρεῖν*] *χω*. A.

Pag. 422. *supr.* ad *τοῦ πατροκλέους* et ad *ὦ πατροκλέα*] notandus *πατροκλέας* iste huius libelli; sic et passim ut p. 425.

---

*) Utimur autem siglis hisce:

A = margo interior ruber

B = margo exter. ruber

Ba = margo inter. niger (a manu *Brodaei*)

Bb = margo exter. nig. (item a *Brodaei* manu)

Vict. = annotatio Victorii. Sunt enim, uti aliis opusculis moralibus, ita nostro quoque in extremo margine notulae quaedam passim adspersae, in quibus filius manum Victorii, cognitam sibi e libris illius Monachii asservatis, deprehendere sibi visus est.

Digitized by Google

Ba. — *ibid.* ἐπιβαλὼν] ἐπιλαβὼν | ὑπολαβὼν B. — *ibid.* ὀλυμπιακὸς] ὀλυμπικὸς A. Ita reponendum ut apparet ex pag. 432. infra ..... petens ὀλυμπικὸς, at 431. (post med.) ὀλυμπιακός. Ba. — *med.* πρὸς αὐτὸν ὄντος] αὐτ̃. ἀντ (sic) A. — *ibid.* λογισμῷ] λόγῳ A. — *ibid.* τῶν ἐν ἀκαδημίᾳ] μὲν post τῶν add. A. — *ibid.* τὸ μὲν ὡς εἰδότες τι λ. π. τ. ἀφοσ.] μὲν non habet postsequens δέ. Bb. — *post med.* περὶ θεοῦ δὲ] θεῶν A. — *ibid.* ἐπὶ πάντων ἔχουσαν] σα A.

Pag. 423. *ante med.* τὴν ἀρχὴν τοῦ μεβαλεῖν] ἄλλειν A. — *ibid.* ἀνάψαι] supra lin. minio ἐν. — *ibid.* ἀσπάζηται] ζεσθαι A. γρ. ἁρπάξηται B. — *med.* πραότητα καὶ τὴν μέλλησιν] καὶ punctis infra lineam notatum rubris. — *ibid.* μεταμελείᾳ] μεταμέλῳ B. — *post med.* τοῦ ἀμμύνασθαι τὸ παθεῖν] τὸ ἀμύνεσθαι τοῦ παθεῖν A. Supra haec Thucydidis profert, dicit τῷ παθεῖν Bb. — *infima.* νόμον ἔχουσι] μόνον ἔχουσαι A.

Pag. 424. *supr.* ἐκποδὸς ἐπιδιώκουσι] ἐπι punct. inf. lin. not. rubr. — *ibid.* πρὸς ἐπανόρθωσιν] hnec verba punctis rubris inf. lin. dupliciter notata. — *ibid.* ἐξανθεῖ] θειν B. — *ibid.* τροφῆς] τρυ A. — *ibid.* κατεπείγει] πάγει A. — *ante med.* οὐ γάρ που] πω B. — *ibid.* διαφύγωσιν] ἀπο — A. — *med.* γέλωνά γε ἴσμεν] περ A. — *ibid.* πονηρίᾳ] τιμωρία A. — *ibid.* σωφρονας τοὺς πολίτας] καὶ ante τοὺς add. A. — *post med.* ad verba γέλων δὲ κτλ.] A confert 152, nimirum paginam 152 (Opp. Morr. ed. Ald.) mediam. — *ibid.* λυδιάδας] λυδίδας A. — *ibid.* εἰ δέ τις ἡ τύραννον] νος A. — *ibid.* ad verba ἀφείλετο — γραψάμενος] ἀφείλετο γραψάμενος ὡς ὕστερον ἀλκιβ. Bb.

Pag. 425. *supr.* ad πάνυ μὲν οὖν] L. Imperator. de stat. ho. (sic) Vict. — *ibid.* ἐμοι μὲν γὰρ ἔφη] ἔφην A. — *ibid.* καὶ ὑμῖν] supr. lin. ἡ minio. — *ibid.* εἶπεν, ὀρθῶς ἔφη] ἔφη ὀρθῶς εἶπον. B; ..... *nostro quoque indicio*, καὶ εἶπεν. ἡμῖν ὁ Πατροκλέας ὀρθῶς ἔφη, Bb. — *med.* τραχύτητα χαλεπὴν] λέπτην | λεπτὴν (sic) A. — *ibid.* μάριος] κάϊος A. — *ibid.* ὅτε τελητίαν] ὅτι A. — *post med.* καὶ φλεγύου γένος] τὸ post καὶ add. A. — *ibid.* τὸν ἀσπάραγον] τὴν A. — *inf. ante fin.* τρόπῳ προσήκοντι] τῷ interserit A.

Digitized by Google

Pag. 426. *supr.* τῶν τυράννων] τῷ τυράννῳ A. — *ante med.* ἀκόλουσθον] ϑ Ba. — *ibid.* τιμωρίαν ἀδικίας παθεῖν] τῷ ante παθ. inserit A. — *ibid.* ἡ γὰρ κακὴ φησι βουλὴ] pro φησὶ γὰρ ἡ δὲ κακὴ βουλὴ Hes. Bb. — *med.* δημιουργὸς οἴκτρους] οἰκτροῦ A. — *post med.* ἀναφθῶσιν] ἂν ὀρθῶσιν B. — *ibid.* ἅπερ ἄν τις] ἅσπερ A. — *ibid.* μακρὸν ποιῆσαι] κρὰν A. — *ante fin.* λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς τ. π. β.] nostro iudicio. Bb. — *ibid.* τὸ μηδέν ἐστι καὶ τὸ νῦν] post ἐστι ⸗ ponit Bb. — *infima.* φᾶναι κολάζεσθαι] φάναι Ba. — *ibid.* κώνιον] κωνειον A.

Pag. 427. *ante med.* ad verba δράκων ἐδόκησε μολεῖν κτλ.] Bb haec habet: (ἢ (i. e.) σημείωσαι) pentametrum praecedit alius versus quam hexameter. — *ibid.* καταιβασίαι] τα A. — *med.* εἶτα προσιοῦσαν] ποιοῦσαν A. — *ibid.* πλεύσας] πέμψας A. — *post med.* φαίη τις ἐν τῷ βίῳ] ἂν A. — *ibid.* ἐλεγχομένης] που add. A. — *ibid.* ἱστοροῦσι δή που λυσίμαχον κτλ.] A confert pag. ed. Ald. Opp. Morall. 110. (suprem.) et 160. (ante med.). — *ibid.* παραδόντα] δόντα A.

Pag. 428. *supr.* σιμωνίδης ἔλεγε] A confert pag. 462. (infer.). — *ibid.* εὑρεῖσκειν] ρύσκειν A. — *ante med.* τῶν πονηρῶν] εἰκὸς add. A. — *ibid.* εὑρήσεις] εὗρης A. — *med.* μεταμελείᾳ] μέλῳ A. — *post med.* οὔτε ἀνθρώπου] πων A. — *inf.* ὅπου δὶς] sub. τιμωρεῖν, punire, κολάζειν Ba. — *ibid.* ἀδίκως τὸ βραδέως] τοῦ A. — *ibid.* ἀναλαμβάνουσιν] ἀντι B. — *ibid.* ϑύσηται τῷ ϑεῷ] τῷ ϑεῷ χρήσηται B. — *infima.* τὰ δὲ χρήματα ἀνέπεμψαν] τὸ δὲ χρῆμα ἀντέπεμψεν A. ἀντέπεμψεν B.

Pag. 429. *supr.* δίκην λαβεῖν] λαμβάνειν A. — *super.* τὴν ναυπλίαν] ναυλίαν A. — *med.* μαντικὸν] δελφικὸν A. — *infer.* τῶν ἔναγχος τῶν] post ἔναγχος Bb, add.

Pag. 430. *supr.* δαΐφρατον] δαϊφαντὸν B. — *ibid.* λυκόρμαι καὶ σατιλαῖοι] λαίοις A, et Bb: λυκόρμαις καὶ σατιλαίοις | λυκορμαίοις vid. Steph. — *ibid.* φιλοσοφίας πρεπόντως] ᾳ supra lin. min., τος A, φιλοσοφίᾳ μᾶλλον πρεπόντως B. — *med.* ἀναλαβόντες] τας A. — *ibid.* τοὺς παῖδας, εἰς ὕδωρ κτλ.] puto et alibi ut præ hac de re dicere ... obscurius Bb. — *ibid.* πελάζειν αὐτοῖς] αὐτοὺς A. —

Digitized by Google

post med. μηκέτι] μήκεσι A. — *ibid.* οὐ μὴν ἀλλά τε τὰ δημόσια] γε B: γρ. πρός γε τὰ δημόσια A. — *ibid.* ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὐτῆς] τοις A: οὐκ ἐξιστάμενη αὐτ͂ (sic) ὥσπερ ζῶον Bb. — *ibid.* κατὰ τὸ κοινὸν] τὴν κοινὴν B.

Pag. 431. *supr.* ἄνθρωπον] θρώπου A. — *ante med.* πάσχειν ἀδικώτατα] τέρα A. — *med.* κασάνδρου, φύσεως] comma del. Bb. — *ibid.* ὁμοίως πᾶσι] παισι A. — *post med.* μνημονεύει] νεύειν A. — *ibid.* μᾶλλον ἢ σώματι] post ἢ A add. τῷ. — *infer.* ὑπολαβὼν] ὑποβαλὼν A.

Pag. 432. *suprem.* ἀποσβενν. ἀεὶ] εὐθὺς A. — *ante med.* διαμονὴν] Brodaeus linea adducta comparat διαμονὴν *pag. mediae.* — *ibid.* ἄχρι τοῦ κτλ.] ἰ̅ν̅ (sic) *) καὶ ἄχρι vel ἄχρι δὲ Bb; idem verba πολλὰ τοιαῦτα post καθ' ἡμᾶς transponenda esse significat. — *med.* κατοικῆσαι παρὰ τὸ] περὶ A. — *ibid.* διαμονὴν] διανομὴν A. — *post med.* ἀθλητὴς τὸν βίον] ante τὸν A add. κατὰ. — *ibid.* οὐθέν ἐστι] εἰσι A. — *ibid.* γενόμεναι] ι̅ν̅ (omissis siglis ι̅ν̅) γινόμεναι Bb. — *ibid.* δι' αὐτοὺς] non l. αὐτοὺς, alioquin *ipse* alio referretur Ba. — *ibid.* οὐδεὶς ἂν ἀγαπήσειεν] nemo iam cupiens foret Ba. — *ibid.* ἐπὶ ταῖς τοῦ διὸς τιμαῖς] ea conditione ut accipiat τιμὰς Iovis Bb. — *ibid.* ἄδικον] non (vel mg = marg) ἄδικος Ba. — *infer.* ὀλυμπικὸς] sic p. 34. (nimir. 434. post med. ubi item ὀλυμπικός, non ὀλυμπιακός).

Pag. 433. *supr.* νόσιμα] ση Ba. — *med.* ἀμφανῆ] ἀφανῆ A. — *post med.* γυγγενές] συγγενὲς A. — *infima.* ἀλλ' ὁ θεὸς] ὁ δὲ A.

Pag. 434. *ante med.* ἐκποιότητος] ἐκπόνητος A; ι̅ν̅ ἐκποιητος (sic) Bb. — *med.* e regione lineae quae incipit a verbis ὁμοιότητα τῆς καχίας] Pli.(nius) *Victor.* quae nota incertum ad enunciationem ὡς γὰρ ἀκροχορδόνες κτλ. pertineat, an ad praecedentem. Certe voc. ὁμοιότητα linea subducta notatum. — *post med.* οἵτως οὖν ἔφην] οὕτως ἔφην Ba. — *ibid.*

*) Hoc siglum permultis praefixum est variis lectionibus, quas Bb habet. Est autem ι̅ν̅ i q. *in*, siglo ν significari puto codicem ms. Vaticanum, de quo in notitia narratum. Siglis ν̲ quid faciam, prorsus nescio.

Digitized by Google

μεθ' ἡμᾶς] ∽ (sic) καθ' ἡμᾶς Bb. — *ibid.* e regione lineae quae incipit a verbis ἐνταῦθα πρωτογένους κτλ.] Plato ⅃. (= I.) πολιτ. supra σολεὺς ὁ θεσπέσιος, *Vict.* Quae quid sibi velint, minime scio: certe vocabulum ἐνταῦθα, ad quod potissimum spectare videtur Platonis commemoratio, linea subnotatum est. — *infima.* λυπηροτ. ἐχθρ. ἢ βεβ. φιλ.] Sic Solon φίλοις γλυκὺν ἐχθροῖς πικρόν. Ba.

Pag. 435. *supr.* ἀκοῦσαι τῆς διαφορᾶς] ἔχει τι τῆς διαφορᾶς A. — *ibid.* διηγεῖτο, τῷ τε] Bb supra comma signo hocce posito ./., eidem signo in margine posito haec adscripsit: σημ. hoc ,| esse relictum in nova editione nupera. — *ibid.* ὁμοίοις] ὁμοίως A. — *ibid.* τὸ φρονῦν] φρονοῦν A. — *ibid.* ἔθοξεν] ἔδοξεν A. — *ibid.* ἀναπνεῖν ὅλος] ὅλως A. — *ibid.* σώματος] ὄμματος B. — *ante med.* ἐποχουμένην] ἐνοχλ A. — *ibid.* post διαφέρεσθαι Brod. interpungit. — *ibid.* διάττειν] διατάττειν A, quod nigra litura notatum. — *med.* ἐντυγχάνουσαι καὶ περιπλεκόμεναι] ἐντυγχανούσαις καὶ περιπλεκομέναις A: ἐντυγχάνου∽ (sic) καὶ περιπλεκομέναις. — *ibid.* verba οἷον ἀλαλαγμοὺς Brod. parenthesi includ. Ceterum ἀλαλαγμοὶ B. — *ibid.* ἐν ἄκρῳ] καιρῷ A. — *ibid.* εἰς ἑαυτὰς] αὐτὰς A. — *ibid.* ἐκπεκτάσει] ἐκπετάσει. γρ. ἐπεκτάσει. — *ibid.* συγγενοῦς τινος] hisce ἰδεῖν add. B. — *post med.* φᾶναι] pro φάναι . . . . . alibi . . . φᾶναι a φαίνω Bb. — *ibid.* ἀπὸ τοῦδε] τούτου A. — *infima.* verba οὐδὲν γὰρ — προσαγορεύειν] parenthesi incl. Brod. — *ibid.* διαφεύγει] γειν A. — *ibid.* ἄλλη δὲ ἄλλη] ἄλλης A.

Pag. 436. *sub init.* εἰς τὸ ἄῤῥητον] τὴν A. — *ibid.* ἡ μὲν ὑπὸ τῆς] ὁ A. — *ante med.* διὰ σωμάτων κολάσεις] διὰ supra lineam punct. not. rubr. — *ibid.* ἀκόλαστος] εὐκόλαστος A; σημ. in propria significatione *non punitus* Bb. — *med.* ἄνπερ ὦσι] ὄντες A. — *ibid.* ἐξαιρούμενος] ἐξαρνούμενος A. — *ibid.* ὅσω] ὅσον A. — *post med.* δεινὸν οὖσα] δινοῦσα A. — *ibid.* καθαρμοῦ] μῶν A. — *ibid.* δεομένη] μένου A. — *ante fin.* ἁπαλῶς] ἀπλανῶς A. — *infima lin.* ἡδονῆς] ἡδονὰς A.

Pag. 437. *supr.* διαχέοντο] δεχέοντο (sic) A. — *ibid.* ταύτη] ταύτην A. — *ante med.* τὸ μὲν] τὸν μὲν A. — *ibid.* χιόνων] χίονος B. — *ibid.* βαφαῖς] μορφαῖς A. —

Digitized by Google

ibid. ἀφανισθ
— *med.* μιγνύ
post med. καὶ
B. — *ibid.* λ
quoque habet; λ
rubr. lit. — *inf*

Pag. 43*.
d. ἀλληλ
συλλα
— *ib*

νο
τι
ῥαβ

Digitized by Google

ADOLPHI EMPERII

PHILOS. DR. PROF. EXTRAORD. COLLEGII CAROLIN.

BRUNSVIC.

CONAMINA CRITICA.

Google

post med. μηκέτι] μήκεσι A. — *ibid.* οὐ μὴν ἀλλά τε τὰ δημόσια] γε B: γρ. πρός γε τὰ δημόσια A. — *ibid.* ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὐτῆς] τοις A: οὐκ ἐξιστάμενη αὐτ (sic) ὥσπερ ζῶον Bb. — *ibid.* κατὰ τὸ κοινὸν] τὴν κοινὴν B.

Pag. 431. *supr.* ἄνθρωπον] θρώπου A. — *ante med.* πάσχειν ἀδικώτατα] τέρα A. — *med.* κασάνδρου, φύσεως] comma del. Bb. — *ibid.* ὁμοίως πᾶσι] παισί A. — *post med.* μνημονεύει] νεύειν A. — *ibid.* μᾶλλον ἢ σώματι] post ἢ A add. τῷ. — *infer.* ὑπολαβὼν] ὑποβαλὼν A.

Pag. 432. *suprem.* ἀποσβενν. ἀεὶ] εὐθὺς A. — *ante med.* διαμονὴν] Brodaeus linea adducta comparat διαμονὴν *pag. mediae.* — *ibid.* ἄχρι τοῦ κτλ.] ἰν (sic) *) καὶ ἄχρι vel ἄχρι δὲ Bb; idem verba πολλὰ τοιαῦτα post καθ' ἡμᾶς transponenda esse significat. — *med.* κατοικῆσαι παρὰ τὸ] περὶ A. — *ibid.* διαμονὴν] διανομὴν A. — *post med.* ἀθλητὴς τὸν βίον] ante τὸν A add. κατὰ. — *ibid.* οὐθέν ἐστι] εἰσι A. — *ibid.* γενόμεναι] ιη (omissis siglis ιν) γινόμεναι Bb. — *ibid.* δι' αὐτοὺς] non l. αὐτοὺς, alioquin *ipse* aliò referretur Ba. — *ibid.* οὐδεὶς ἂν ἀγαπήσειεν] nemo iam cupiens foret Ba. — *ibid.* ἐπὶ ταῖς τοῦ διὸς τιμαῖς] ea conditione ut accipiat τιμὰς Iovis Bb. — *ibid.* ἄδικον] non (vel mg = marg) ἄδικος Ba. — *infer.* ὀλυμπικὸς] sic p. 34. (nimir. 434. post med. ubi item ὀλυμπικός, non ὀλυμπιακός).

Pag. 433. *supr.* νόσιμα] ση Ba. — *med.* ἀμφανῆ] ἀφανῆ A. — *post med.* γυγγενές] συγγενὲς A. — *infima.* ἀλλ' ὁ θεὸς] ὁ δὲ A.

Pag. 434. *ante med.* ἐκποιότητος] ἐκπόνητος A; ἰν ἐκποιητος (sic) Bb. — *med.* e regione lineae quae incipit a verbis ὁμοιότητα τῆς κακίας] Pli.(nius) *Victor.* quae nota incertum ad enunciationem ὡς γὰρ ἀκροχορδόνες κτλ. pertineat, an ad praecedentem. Certe voc. ὁμοιότητα linea subducta notatum. — *post med.* οὕτως οὖν ἔφην] οὕτως ἔφην Ba. — *ibid.*

---

*) Hoc siglum permultis praefixum est variis lectionibus, quas Bb habet. Est autem ιη i q. *in*, siglo ν significari puto codicem ms. Vaticanum, de quo in notitia narratum. Siglis ν quid faciam, prorsus nescio.

Digitized by Google

μεθ' ἡμᾶς] ∽ (sic) καθ' ἡμᾶς Bb. — *ibid.* e regione lineae quae incipit a verbis ἐνταῦθα πρωτογένους κτλ.] Plato ⅃. (= I.) πολιτ. supra σολεὺς ὁ θεσπέσιος, *Vict.* Quae quid sibi velint, minime scio: certe vocabulum ἐνταῦθα, ad quod potissimum spectare videtur Platonis commemoratio, linea subnotatum est. — *infima.* λυπηροτ. ἐχθρ. ἢ βεβ. φιλ.] Sic Solon φίλοις γλυκὺν ἐχθροῖς πικρόν. Ba.

Pag. 435. *supr.* ἀκοῦσαι τῆς διαφορᾶς] ἔχει τι τῆς διαφορᾶς A. — *ibid.* διηγεῖτο, τῷ τε] Bb supra comma signo hocce posito ./., eidem signo in margine posito haec adscripsit: σημ. hoc ,| esse relictum in nova editione nupera. — *ibid.* ὁμοίοις] ὁμοίως A. — *ibid.* τὸ φρονῦν] φρονοῦν A. — *ibid.* ἔθοξεν] ἔδοξεν A. — *ibid.* ἀναπνεῖν ὅλος] ὅλως A. — *ibid.* σώματος] ὄμματος B. — *ante med.* ἐποχουμένην] ἐνοχλ A. — *ibid.* post διαφέρεσθαι Brod. interpungit. — *ibid.* διάττειν] διατάττειν A, quod nigra litura notatum. — *med.* ἐντυγχάνουσαι καὶ περιπλεκόμεναι] ἐντυγχανούσαις καὶ περιπλεκομέναις A: ἐντυγχάνου∽ (sic) καὶ περιπλεκομέναις. — *ibid.* verba οἷον ἀλαλαγμοὺς Brod. parenthesi includ. Ceterum ἀλαλαγμοὶ B. — *ibid.* ἐν ἄκρῳ] καιρῷ A. — *ibid.* εἰς ἑαυτὰς] αὐτὰς A. — *ibid.* ἐκπεκτάσει] ἐκπετάσει. γρ. ἐπεκτάσει. — *ibid.* συγγενοῦς τινος] hisce ἰδεῖν add. B. — *post med.* φᾶναι] pro φάναι . . . . . alibi . . . φᾶναι a φαίνω Bb. — *ibid.* ἀπὸ τοῦδε] τούτου A. — *infima.* verba οὐδὲν γὰρ — προσαγορεύειν] parenthesi incl. Brod. — *ibid.* διαφεύγει] γειν A. — *ibid.* ἄλλη δὲ ἄλλη] ἄλλης A.

Pag. 436. *sub init.* εἰς τὸ ἄῤῥητον] τὴν A. — *ibid.* ἡ μὲν ὑπὸ τῆς] ὁ A. — *ante med.* διὰ σωμάτων κολάσεις] διὰ supra lineam punct. not. rubr. — *ibid.* ἀκόλαστος] εὐκόλαστος A; σημ. in propria significatione *non punitus* Bb. — *med.* ἄνπερ ὦσι] ὄντες A. — *ibid.* ἐξαιρούμενος] ἐξαρνούμενος A. — *ibid.* ὅσω] ὅσον A. — *post med.* δεινὸν οὖσα] δινοῦσα A. — *ibid.* καθαρμοῦ] μῶν A. — *ibid.* δεομένη] μένου A. — *ante fin.* ἁπαλῶς] ἀπλανῶς A. — *infima lin.* ἡδονῆς] ἡδονὰς A.

Pag. 437. *supr.* διαχέοντο] δεχέοντο (sic) A. — *ibid.* ταύτη] ταύτην A. — *ante med.* τὸ μὲν] τὸν μὲν A. — *ibid.* χιόνων] χίονος B. — *ibid.* βαφαῖς] μορφαῖς A. —

Digitized by Google

post med. μηκέτι] μήκε
δημόσια] γε B: γρ. πρ
ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὐτ
ὥσπερ ζῶον Bb. — *ibi*

Pag. 431. *supr.*
med. πάσχειν ἀδικώτα
σεως] comma del. Bb.
post med. μνημονεύει
post ἢ A add. τῷ. —

Pag. 432. *supra*
med. διαμονὴν] Bro
pag. mediae. — *ibid.*
ἄχρι δὲ Bb; idem ve
ponenda esse signific
A. — *ibid.* διαμονὴ
τὸν βίον] ante τὸν
A. — *ibid.* γενόμενα
ibid. δι' αὐτοὺς] no
Ba. — *ibid.* οὐδεὶς
Ba. — *ibid.* ἐπὶ ταῖ
piat τιμὰς Iovis Bb.
ἄδικος Ba. — *infer.*
med. ubi item ὀλυμπ

Pag. 433. *sup*
ἀφανῆ A. — *post*
ἀλλ' ὁ θεὸς] ὁ δὲ

Pag. 434. *an*
ποιητος (sic) Bb. -
bis ὁμοιότητα τῆς κ
ad enunciationem
praecedentem. C
— *post med.* οἱ

Digitized by Google

ADOLPHI EMPERII

PHILOS. DR. PROF. EXTRAORD. COLLEGII CAROLIN.

BRUNSVIC.

CONAMINA CRITICA.

Digitized by Google

philosophia platonica hospes non est. Cum enim per totam hanc narrationem fabulae involucro absconditae sint sententiae platonicorum mysticae, tum h. l. Plutarchus significavit vim illam, quam materiae inesse volebant, animas fascinandi et ad sese e coelo alliciendi. Conf. Porphyr. de Abst. I, 27. *τὸ γοήτευμα τῆς ἐνταῦθ' ἡμῶν διατριβῆς.* Synes. de Insomn. p. 141. C. D., Hymn. 3. vs. 575. sq. *Ὕλα με μάγοις | ἐπέδησε τέχναις.* Eodem pertinent Theoduli verba apud Maium Coll. Nov. Vet. Scriptt. T. III. P. 2. p. 178. — *ὅταν τῇ γῇ καὶ ταῖς τῆς γῆς ἐπῳδαῖς τε καὶ φίλτροις καταγοητευθῶμεν καθάπαξ, ὡς μηδ' ἀνανεύειν δύνασθαι, γεγονότες ἄνωθεν* —. Adde Neandri librum qui inscribitur *Gnostische Systeme* p. 217. sq. Haec hactenus de sensu genuinae lectionis, cuius in sedem adulterina vel e marginali vel ex interlineari scioli cuiusdam annotatione facillime subrepere potuit, siquidem a lexicographis et scholiastis veteribus in variis significationibus vocis *ἴυγξ* etiam *σύριγξ* refertur. Vid. Schneider. et scholium ap. Bekk. Spec. Philostr. ll. cc. — Verum enimvero vel sic Plutarchi verbis inest quod correctione egeat, nimirum illud quod Thespesius ab illecebra quadam raptus, simulque *πνεύματι νεανικῷ σφόδρα καὶ βιαίῳ* corpori illapsus esse narratur. Nam haec verba, ut significent id quod iis significari nequit, Thespesium *vento impulsum vehementi valde et importuno*, corpori allapsum esse, nemo non videt, quam absurde et insulse, qui illecebra quadam rapi dicitur, idem vento quodam abripi fingatur. Ne multa, loco vulgati *πνεύματι* reponendum erit *νεύματι inclinatione*, vel, quod magis etiam placet, *ῥύματι tractu*. Conf. Favorin. *Ῥῦμα· — — — ὀλκός. = Ὁλκός· ἰσχυρὰ φορά, παρὰ τὸ ἕλκω, ὁλκός, καὶ φέρω* (leg. *φέρβω*) *φορβός.* Priorem tamen coniecturam illud haud parum commendare videtur, quod *νεύειν* Platonicis dicuntur animae quae e coelesti loco in terram labuntur. Vid. Wyttenbachius ad p. 98. animm. p. 118. et ad Eunap. p. 30. sq., Creuzer. ad Plotin. de Pulcrit. pag. 265. Adde, quod facillimo lapsu a *νεύματι* ad *πνεύματι* aberrari potuit; conf. Boissonad. ad Marin. V. P. p. 71. sq. Sed ut *ῥύματι* a Plutarcho putemus scriptum fuisse, res ipsa postulare videtur. Etenim Thespesius, quoniam dum in coelo peregrinabatur a materiae illecebris raptus esse fingitur, percommode fit quod idem tractu quo-

Digitized by Google

dam vehementissimo in terras corpori dicitur esse allapsus. Utramvis coniecturam amplectaris, vide, quod nunc demum adverti iubere possumus, vide igitur, ne simplex *σπασθέντα* e composito *κατασπασθέντα*, a librariis male truncato, ortum sit negligentia ea, cuius exempla non desiderabunt, qui veteres membranas tractarunt, praesertim cum reperiantur, in quibus praepositiones in verbis compositis locis innumeris neglectae fuere. Sed ut praepositionem *κατὰ* h. l. omissam fuisse minime dubitemus, in caussa est primum illud quod Plutarchus in tota hac descriptione itineris a Thespesio per coelos facti omnia quam *γραφικώτατα* narrat; deinde per est frequens usus verbi *κατασπᾶν* de vi materiae rerumque corporearum animas, vel reapse vel cogitatione in coelo degentes, ad sese alliciendi. Conf. Plutarch. Consolat. ad Apollon. p. 107. F. Lucian. Hermot. sub fin. Ioseph. de B. I. Lib. II. p. 787. G. Method. Conviv. Virgin. (in Galland. Bibl. Patr. T. III.) p. 695. A. *αἱ ψυχαὶ — μὴ κατεσπάσθησαν ὑπὸ ὑλικῶν καὶ σωματικῶν ῥευμάτων.* — p. 747. A. *ψυχὴν ἀνάγκη πᾶσα μηχανωμένην* (leg. *μὴ χαυνωμένην*) *πρὸς τὰς ἐφόδους τῆς ἐπιθυμίας, μὴ κατασπωμένην, ἀλλ' ἀνθέλκουσαν καὶ ἀντιτασσομένην, ἰσχυροτέραν φαίνεσθαι τῆς μὴ ἐπιθυμούσης.* Gregor. Nyss. T. II. p. 564. D. *ἡ τῷ σώματι συγκατασπασθεῖσα ψυχή.* Proclus in Alcib. I. p. 257. ed. Creuz. *ἔοικεν ἡ λήθη καὶ ἡ πλάνη καὶ ἡ ἄγνοια φαρμακείᾳ τινὶ κατασπώσῃ ἐπὶ τὸν τῆς ἀνομοιότητος τόπον* (*terram* nimir.), quo loco verbum *κατασπᾶν* cum fascinatione animae coniunctum imprimis adverte. Damasc. ap. Phot. cod. *σμβ.* p. 574. Hoesch. *καταβοῶν δὲ τῶν αἰσθήσεων πασῶν, μᾶλλον τῶν ἄλλων τῆς ἁπτικῆς κατεβόα. εἶναι γὰρ αὐτὴν — κατασπῶσάν τὴν ψυχὴν εἰς τὸν τῆς γενέσεως ἀέννaον ὀχετόν.* Thomas Mag. in Maii Coll. N. V. S. T. III. p. 201. *τῆς ἀπὸ τῶν παθῶν ἀναφερομένης ἀχλύος τὸν λογισμὸν συνθολούσης καὶ δίκην ἀνδραπόδων ἐφ' ἃ μὴ δεῖ τὸν νοῦν κατασπώσης.* Adde locum ex egregia quadam anonymi cuiuspiam laudatione Io. Baptistae in Combefisii Auctar. Novo P. I. p. 1382. C. et consule denique Rhoerium, qui de eodem usu monuit, ad Porphyr. de Abstin. Lib. I. cap. 41. p. 69.

Digitized by Google

Haec hactenus de nostro penu ad emendandam et illustrandam posteriorem partem Plutarchei libri de S. N. V. contulimus. Nunc restat, ut adiiciamus ad unum omnia, quae toti libro tum emendando tum illustrando a viris doctis partim ex ingenio partim e libris mss. olim annotata fuere marginibus Aldinae Opp. Morr. editionis, in bibliotheca civitatis Bernensis asservatae. Quibus notis edendis quum hodie fere nihil novi afferatur, ideo tamen minime dubitamus, omnes cum pulvisculo huc referre: multa enim iis occupata simulque confirmata reperiuntur, quae viri docti vel ex ingenio vel e libris mss. ad Plutarcheum librum posterioribus temporibus contulerunt; idemque quum valeat de notis quae in eodem illo libro omnibus fere Plutarchi operibus moralibus adscriptae sunt, hoc specimine proferendo simul *γεῦμα* visum est dare omnium copiarum quae in pretiosissimo thesauro, a nobis detecto, reconditae iacent. — Sed quo magis de libro ipso deque indole eius et dotibus constet, haec praefanda sunt. — Habet igitur de qua agimus editio Aldina (duae autem apud Bernates exstant) hanc notam: „*Y*, 85.“ estque corio tecta fusco, ceterum satis bene conservata, licet multum multorum manibus tritam fuisse res ipsa ostendat. Statim prima pagina supra titulum manu Bongarsii haec scripta: „Bongarsii; fuit H. Stephani.“ Et saepius sane Henrici Stephani manum deprehendimus, adiuti hac eius nota quae reperitur pag. 661. supr. „*προσοδιαχὸν* [non *προσωδιακόν*, quam varietatem manus quaedam docta ex editione germanica i. e. e Basileensi enotaverat] *agnoscit Tricl. in Πρόσοδος nostri Thes.*“ Ad calcem libri in tergo paginae, quam anchora Aldi praecedit, nonnulla scripta sunt, quae nos de origine variarum lectionum atque emendationum aliquatenus saltem certiores faciunt; dubitatio autem nulla superesset, si literarum ductus, praesertim in nominibus propriis, minus impediti et incerti essent. Sunt autem haec illa verba: *) „Castigationes minio rubro interiores ex Victorii libro sunt, quas ille a Mar-

*) Quae nobis minus explorata sunt, ea punctis notavimus: quae vero nostram aciem prorsus eluserunt, eorum loco puncta substituimus; quod simul de annotationibus infra exscribendis dictum accipi volo.

Digitized by Google

cello Virgilio ex codicibus S. Marci Florentiae collatis collectas accepit, additis praeterea suis. Quae in interiore margine sunt nigro minio, ex libro . . dnensi exscriptae fuerunt, quae vero in ulteriore margine rubro notata, ea sunt ex castigationibus aliquibus Danesii Galli et praeterea ex antiquissimo codice Bessarionis cardinalis in bibliotheca Veneta servati, sunt praeterea ex castigato codice veneto in variis opusculis, multa item Romae ex codice quem Gulielmus (sic) Iulianus bibliothecarius Vaticanus dedit.“ Haec vero nota necesse est scripta fuerit, antequam H. Stephanus in possessionem libri venit. Est enim ubi ille adspersis notulis confirmat vel refutat notas, quae ab auctore huius notitiae innumerae fuerunt perscriptae. Sed quinam tandem iste fuit? Brodaeum fuisse, manus ipsa prodit, bene illa nobis cognita e certissimis vestigiis Brodaeanae eruditionis, quae in parte librorum Bongarsii Bernam delata ex annotationibus mss. hinc inde elucet. — Sequitur ut quae supra promisimus, praestemus *).

Pag. 421. *supr.* *κύνις*] *κίρνε* A. — *ante med.* *κατεφόρει*] *φρόνει* A. — *media.* *τολμωμένοις*] *γρ. γινομένοις* A. — *inferiori.* *νόσος καὶ κατανεμηθεῖσα*] *καὶ* infra lineam punctis notatum minio. — *ibid.* *τὼ πόδε*] infra lin. punctis rubris notata, addita lineola, quae incertum, delendis punctis, an verbis *τὼ πόδε* notandis inserviat. — *ibid.* *ἰδεῖν*] *ἐπιδεῖν.* B. — *ibid.* *ἀποσφαγέντων*] *λ.* A. — *infima.* *μάρψει*] *ψῃ.* Bb. — *ibid.* *καχοὺς*] *ὡς.* A. — *ibid.* *ἐπιχειρεῖν*] *χω.* A.

Pag. 422. *supr.* ad *τοῦ πατροκλέους* et ad *ὦ πατροκλέα*] notandus *πατροκλέας* iste huius libelli; sic et passim ut p. 425.

---

*) Utimur autem siglis hisce:
A = margo interior ruber
B = margo exter. ruber
Ba = margo inter. niger (a manu *Brodaei*)
Bb = margo exter. nig. (item a *Brodaei* manu)
Vict. = annotatio Victorii. Sunt enim, uti aliis opusculis moralibus, ita nostro quoque in extremo margine notulae quaedam passim adspersae, in quibus filius manum Victorii, cognitam sibi e libris illius Monachii asservatis, deprehendere sibi visus est.

Digitized by Google

Ba. — *ibid.* ἐπιβαλὼν] ἐπιλαβὼν | ὑπολαβὼν B. — *ibid.* ὀλυμπιακὸς] ὀλυμπικὸς A. Ita reponendum ut apparet ex pag. 432. infra ..... petens ὀλυμπικὸς, at 431. (post med.) ὀλυμπιακός. Ba. — *med.* πρὸς αὐτὸν ὄντος] αὐτ. ἀὐτ (sic) A. — *ibid.* λογισμῷ] λόγῳ A. — *ibid.* τῶν ἐν ἀκαδημίᾳ] μὲν post τῶν add. A. — *ibid.* τὸ μὲν ὡς εἰδότες τι λ. π. τ. ἀφοσ.] μὲν non habet postsequens δέ. Bb. — *post med.* περὶ θεοῦ δὲ] θεῶν A. — *ibid.* ἐπὶ πάντων ἔχουσαν] σα A.

Pag. 423. *ante med.* τὴν ἀρχὴν τοῦ μεβαλεῖν] ἄλλειν A. — *ibid.* ἀνάψαι] supra lin. minio ἐν. — *ibid.* ἀσπάζηται] ζεσθαι A. γρ. ἁρπάξηται B. — *med.* πραότητα καὶ τὴν μέλλησιν] καὶ punctis infra lineam notatum rubris. — *ibid.* μεταμελείᾳ] μεταμέλῳ B. — *post med.* τοῦ ἀμμύνασθαι τὸ παθεῖν] τὸ ἀμύνεσθαι τοῦ παθεῖν A. Supra haec Thucydidis profert, dicit τῷ παθεῖν Bb. — *infima.* νόμον ἔχουσι] μόνον ἔχουσαι A.

Pag. 424. *supr.* ἐκποδὸς ἐπιδιώκουσι] ἐπι punct. inf. lin. not. rubr. — *ibid.* πρὸς ἐπανόρθωσιν] haec verba punctis rubris inf. lin. dupliciter notata. — *ibid.* ἐξανθεῖ] θειν B. — *ibid.* τροφῆς] τρυ A. — *ibid.* κατεπείγει] πάγει A. — *ante med.* οὐ γάρ που] πω B. — *ibid.* διαφύγωσιν] ἀπο — A. — *med.* γέλωνά γε ἴσμεν] περ A. — *ibid.* πονηρίᾳ] τιμωρία A. — *ibid.* σωφρονας τοὺς πολίτας] καὶ ante τοὺς add. A. — *post med.* ad verba γέλων δὲ κτλ.] A confert 152, nimirum paginam 152 (Opp. Morr. ed. Ald.) mediam. — *ibid.* λυδιάδας] λυδίδας A. — *ibid.* εἰ δέ τις ἡ τύραννον] νος A. — *ibid.* ad verba ἀφείλετο — γραψάμενος] ἀφείλετο γραψάμενος ὡς ὕστερον ἀλκιβ. Bb.

Pag. 425. *supr.* ad πάνυ μὲν οὖν] L. Imperator. de stat. ho. (sic) Vict. — *ibid.* ἐμοι μὲν γὰρ ἔφη] ἔφην A. — *ibid.* καὶ ὑμῖν] supr. lin. ἡ minio. — *ibid.* εἶπεν, ὀρθῶς ἔφη] ἔφη ὀρθῶς εἶπον. B; ..... *nostro quoque iudicio*, καὶ εἶπεν ἡμῖν ὁ Πατροκλέας ὀρθῶς ἔφη, Bb. — *med.* τραχύτητα χαλεπὴν] λέπτην | λεπτὴν (sic) A. — *ibid.* μάριος] κάϊος A. — *ibid.* ὅτε τελητίαν] ὅτι A. — *post med.* καὶ φλεγύου γένος] τὸ post καὶ add. A. — *ibid.* τὸν ἀσπάραγον] τὴν A. — *inf. ante fin.* τρόπῳ προσήκοντι] τῷ interserit A.

Digitized by Google

Pag. 426. *supr. τῶν τυράννων*] τῷ τυράννῳ A. — *ante med. ἀκόλουσθον*] ϑ Ba. — *ibid. τιμωρίαν ἀδικίας παθεῖν*] τῷ ante *παθ.* inserit A. — *ibid. ἡ γὰρ κακὴ φησι βουλὴ*] pro *φησὶ γὰρ ἡ δὲ κακὴ βουλὴ* Hes. Bb. — *med. δημιουργὸς οἴκτρους*] *οἰκτροῦ* A. — *post med. ἀναφθῶσιν*] ἂν *ὀρθῶσιν* B. — *ibid. ἅπερ ἄν τις*] *ἅσπερ* A. — *ibid. μακρὸν ποιῆσαι*] *κρὰν* A. — *ante fin. λέγω δὲ πρὸς ἡμᾶς τ. π. β.*] nostro iudicio. Bb. — *ibid. τὸ μηδὲν ἐστι καὶ τὸ νῦν*] post *ἐστι* — ponit Bb. — *infima. φᾶναι κολάζεσθαι*] *φάναι* Ba. — *ibid. κώνιον*] *κωνειον* A.

Pag. 427. *ante med.* ad verba *δράκων ἐδόκησε μολεῖν κτλ.*] Bb haec habet: (*ἢ* (i. e.) *σημείωσαι*) pentametrum praecedit alius versus quam hexameter. — *ibid. καταιβασίαι*] *τα* A. — *med. εἶτα προσιοῦσαν*] *ποιοῦσαν* A. — *ibid. πλεύσας*] *πέμψας* A. — *post med. φαίη τις ἐν τῷ βίῳ*] ἂν A. — *ibid. ἐλεγχομένης*] *που* add. A. — *ibid. ἱστοροῦσι δή που λυσίμαχον κτλ.*] A confert pag. ed. Ald. Opp. Morall. 110. (suprem.) et 160. (ante med.). — *ibid. παραδόται*] *δόντα* A.

Pag. 428. *supr. σιμωνίδης ἔλεγε*] A confert pag. 462. (infer.). — *ibid. εὑρεῖσκειν*] *ρύσκειν* A. — *ante med. τῶν πονηρῶν*] εἰκὸς add. A. — *ibid. εὑρήσεις*] *εὕρης* A. — *med. μεταμελείᾳ*] *μέλῳ* A. — *post med. οὔτε ἀνθρώπου*] *πων* A. — *inf. ὅπου δὶς*] sub. *τιμωρεῖν*, punire, *κολάζειν* Ba. — *ibid. ἀδίκως τὸ βραδέως*] *τοῦ* A. — *ibid. ἀναλαμβάνουσιν*] *ἀντι* B. — *ibid. ϑύσηται τῷ ϑεῷ*] *τῷ ϑεῷ χρήσηται* B. — *infima. τὰ δὲ χρήματα ἀνέπεμψαν*] *τὸ δὲ χρῆμα ἀντέπεμψεν* A. *ἀντέπεμψεν* B.

Pag. 429. *supr. δίκην λαβεῖν*] *λαμβάνειν* A. — *super. τὴν ναυπλίαν*] *ναυλίαν* A. — *med. μαντικὸν*] *δελφικὸν* A. — *infer. τῶν ἔναγχος τῶν*] post *ἔναγχος* Bb, add.

Pag. 430. *supr. δαΐφατον*] *δαϊφαντὸν* B. — *ibid. λυκόρμαι καὶ σατιλαῖοι*] *λαίοις* A, et Bb: *λυκόρμαις καὶ σατιλαίοις* | *λυκορμαίοις* vid. Steph. — *ibid. φιλοσοφίας πρεπόντως*] *ᾳ* supra lin. min., *τος* A, *φιλοσοφίᾳ μᾶλλον πρεπόντως* B. — *med. ἀναλαβόντες*] *τας* A. — *ibid. τοὺς παῖδας, εἰς ὑδωρ κτλ.*] puto et alibi ut præ hac de re dicere ... obscurius Bb. — *ibid. πελάζειν αὐτοῖς*] *αὐτοὺς* A. —

Digitized by Google

post med. μηκέτι] μήκεσι A. — *ibid.* οὐ μὴν ἀλλά τε τὰ δημόσια] γε B: γρ. πρός γε τὰ δημόσια A. — *ibid.* ὥσπερ ζῶον οὐκ ἐξιστάμενον αὐτῆς] τοις A: οὐκ ἐξιστάμενη αὐτ (sic) ὥσπερ ζῶον Bb. — *ibid.* κατὰ τὸ κοινὸν] τὴν κοινὴν B.

Pag. 431. *supr.* ἄνθρωπον] θρώπου A. — *ante med.* πάσχειν ἀδικώτατα] τέρα A. — *med.* κασάνδρου, φύσεως] comma del. Bb. — *ibid.* ὁμοίως πᾶσι] παισί A. — *post med.* μνημονεύει] νεύειν A. — *ibid.* μᾶλλον ἢ σώματι] post ἢ A add. τῷ. — *infer.* ὑπολαβὼν] ὑποβαλὼν A.

Pag. 432. *suprem.* ἀποσβενν. ἀεὶ] εὐθὺς A. — *ante med.* διαμονὴν] Brodaeus linea adducta comparat διαμονὴν *pag. mediae.* — *ibid.* ἄχρι τοῦ κτλ.] ἰν (sic) *) καὶ ἄχρι vel ἄχρι δὲ Bb; idem verba πολλὰ τοιαῦτα post καθ' ἡμᾶς transponenda esse significat. — *med.* κατοικῆσαι παρὰ τὸ] περὶ A. — *ibid.* διαμονὴν] διανομὴν A. — *post med.* ἀθλητὴς τὸν βίον] ante τὸν A add. κατὰ. — *ibid.* οὐθέν ἐστι] εἰσι A. — *ibid.* γενόμεναι] ιη (omissis siglis ιν) γινόμεναι Bb. — *ibid.* δι' αὐτοὺς] non l. αὐτοὺς, alioquin *ipse* aliò referretur Ba. — *ibid.* οὐδεὶς ἂν ἀγαπήσειεν] nemo iam cupiens foret Ba. — *ibid.* ἐπὶ ταῖς τοῦ διὸς τιμαῖς] ea conditione ut accipiat τιμὰς Iovis Bb. — *ibid.* ἄδικον] non (vel mg = marg) ἄδικος Ba. — *infer.* ὀλυμπικὸς] sic p. 34. (nimir. 434. post med. ubi item ὀλυμπικός, non ὀλυμπιακός).

Pag. 433. *supr.* νόσιμα] ση Ba. — *med.* ἀμφανῆ] ἀφανῆ A. — *post med.* γυγγενές] συγγενὲς A. — *infima.* ἀλλ' ὁ θεὸς] ὁ δὲ A.

Pag. 434. *ante med.* ἐκποιότητος] ἐκπόνητος A; ἰν ἐκποιητος (sic) Bb. — *med.* e regione lineae quae incipit a verbis ὁμοιότητα τῆς κακίας] Pli.(nius) *Victor.* quae nota incertum ad enunciationem ὡς γὰρ ἀκροχορδόνες κτλ. pertineat, an ad praecedentem. Certe voc. ὁμοιότητα linea subducta notatum. — *post med.* οὕτως οὖν ἔφην] οὕτως ἔφην Ba. — *ibid.*

---

*) Hoc siglum permultis praefixum est variis lectionibus, quas Bb habet. Est autem ιη i q. *in*, siglo ν significari puto codicem ms. Vaticanum, de quo in notitia narratum. Siglis ν quid faciam, prorsus nescio.

Digitized by Google

μεθ' ἡμᾶς] ος (sic) καθ' ἡμᾶς Bb. — *ibid.* e regione lineae quae incipit a verbis ἐνταῦθα πρωτογένους κτλ.] Plato ζ. (= I.) πολιτ. supra σολεὺς ὁ θεσπέσιος, *Vict.* Quae quid sibi velint, minime scio: certe vocabulum ἐνταῦθα, ad quod potissimum spectare videtur Platonis commemoratio, linea subnotatum est. — *infima.* λυπηροτ. ἐχθρ. ἢ βεβ. φιλ.] Sic Solon φίλοις γλυκὺν ἐχθροῖς πικρόν. Ba.

Pag. 435. *supr.* ἀκοῦσαι τῆς διαφορᾶς] ἔχει τι τῆς διαφορᾶς A. — *ibid.* διηγεῖτο, τῷ τε] Bb supra comma signo hocce posito ./., eidem signo in margine posito haec adscripsit: σημ. hoc esse relictum in nova editione nupera. — *ibid.* ὁμοίοις] ὁμοίως A. — *ibid.* τὸ φρονοῦν] φρονοῦν A. — *ibid.* ἔδοξεν] ἔδοξεν A. — *ibid.* ἀναπνεῖν ὅλος] ὅλως A. — *ibid.* σώματος] ὄμματος B. — *ante med.* ἐποχουμένην] ἐνοχλ A. — *ibid.* post διαφέρεσθαι Brod. interpungit. — *ibid.* διάττειν] διατάττειν A, quod nigra litura notatum. — *med.* ἐντυγχάνουσαι καὶ περιπλεκόμεναι] ἐντυγχανούσαις καὶ περιπλεκομέναις A: ἐντυγχάνου (sic) καὶ περιπλεκομέναις. — *ibid.* verba οἷον ἀλαλαγμοὺς Brod. parenthesi includ. Ceterum ἀλαλαγμοὶ B. — *ibid.* ἐν ἄκρῳ] καιρῷ A. — *ibid.* εἰς ἑαυτὰς] αὐτὰς A. — *ibid.* ἐκπεκτάσει] ἐκπετάσει. γρ. ἐπεκτάσει. — *ibid.* συγγενοῦς τινος] hisce ἰδεῖν add. B. — *post med.* φᾶναι] pro φάναι . . . . . alibi . . . φᾶναι a φαίνω Bb. — *ibid.* ἀπὸ τοῦδε] τούτου A. — *infima.* verba οὐδὲν γὰρ — προσαγορεύειν] parenthesi incl. Brod. — *ibid.* διαφεύγει] γειν A. — *ibid.* ἄλλη δὲ ἄλλη] ἄλλης A.

Pag. 436. *sub init.* εἰς τὸ ἄῤῥητον] τὴν A. — *ibid.* ἡ μὲν ὑπὸ τῆς] ὁ A. — *ante med.* διὰ σωμάτων κολάσεις] διὰ supra lineam punct. not. rubr. — *ibid.* ἀκόλαστος] εὐκόλαστος A; σημ. in propria significatione *non punitus* Bb. — *med.* ἄνπερ ὥσι] ὄντες A. — *ibid.* ἐξαιρούμενος] ἐξαρνούμενος A. — *ibid.* ὅσω] ὅσον A. — *post med.* δεινὸν οὖσα] δινοῦσα A. — *ibid.* καθαρμοῦ] μῶν A. — *ibid.* δεομένη] μένου A. — *ante fin.* ἁπαλῶς] ἁπλανῶς A. — *infima lin.* ἡδονῆς] ἡδονὰς A.

Pag. 437. *supr.* διαχέοντο] δεχέοντο (sic) A. — *ibid.* ταύτη] ταύτην A. — *ante med.* τὸ μὲν] τὸν μὲν A. — *ibid.* χιόνων] χίονος B. — *ibid.* βαφαῖς] μορφαῖς A. —

Digitized by Google

ibid. ἀφαπσθέντος μᾶλλον] ἀφανὴς χλαιμάλου sic in vet, B. — *med.* μιγνύμενοι] μενον A. — *ibid.* ἔσῃ] ἐσσὶ A. — *post med.* καὶ προθυμούμενος] οὖν A. — *ibid.* μέτρῳ] μέσω B. — *ibid.* λέσβιον] supra lin. rubr. lit. βέσβιον, quod A quoque habet; λέσβων B. — *ibid.* δικε ἀρχίαν] αι supra lin. rubr. lit. — *infima.* ὑποστρέψαι] ἀπο A.

Pag. 438. *post init.* καμπτομένους] καλυπτομένους A. — *ante med.* ἀλληλας] λαις A: et supra lin. quoque αι rubr. lit. — *med.* συλλαβανομένας] λαμ A. — *ibid.* δοκοῦσα] διώκουσα A. — *ibid.* βουλομένην, οὐ δυναμένην] βουλομένη οὐ δυναμένη B. — *ibid.* ἐκγόνων] ἐγγ B. — *post med.* ἔσχατα] ἐσχάτας A. — *ibid.* καμπτομένας] καλυπτομένας B. — *ibid.* τὰ δὲ ἀποστρεφόντων] τῶν A. — *ibid.* νέρωνος] κικέρωνος A; *σημ.* Κικέρωνος pro Νέρωνος Bb. — *ante fin.* ὠδικόντι] ἄδικόν τι A. — *ibid.* ζῶον] ζώων B. — *infima.* καί τοι ῥαβδίον] καί τι ῥαδίον B.

Digitized by Google

ADOLPHI EMPERII
PHILOS. DR. PROF. EXTRAORD. COLLEGII CAROLIN.
BRUNSVIC.

CONAMINA CRITICA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Emendatur Dio Chrysostomus Tom. II.

p. 88, 10. *Reisk.*

Reprehendit Dio eos, qui mundum simul animal et civitatem esse contendant: *τὸ γὰρ αὐτὸ*, inquit, *πόλιν τε καὶ ζῶον οὐκ ἂν οἶμαι ῥᾳδίως ὑπομένοι τις ὑπολαβεῖν, ἀλλὰ τὴν νῦν διακόσμησιν, ὁπηνίκα διήρηται καὶ μεμέρισται τὸ πᾶν εἰς πολλάς τινας μορφάς, φυτῶν τε καὶ ζώων θνητῶν καὶ ἀθανάτων, ἔτι δὲ ἀέρος καὶ γῆς καὶ ὕδατος καὶ πυρὸς ἐν οὐδενὶ ἧττον πεφυκὼς ἐν ἁπᾶσι τούτοις καὶ μιᾷ ψυχῇ καὶ δυνάμει διεπομένων, ἃ μήτε τῇ πόλει προσεικάζουσι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ γιγνομένων τε καὶ ἀπογιγνομένων ἔτι δὲ τὴν τάξιν καὶ τὴν εὐκοσμίαν τῆς διοικήσεως.* Tractavi hunc locum in Opusculo meo Dioneo, nec opinor quisquam dubitabit, quin recte a me *πεφυκός*, *διεπόμενον* (quod ad *τὸ πᾶν* redeat) et pro v. *ἃ μήτε τῇ πόλει — ἀμηγέπη πόλει* rescriptum sit. Sed superest aliquid scabri in vv. *ἐν οὐδενὶ ἧττον πεφυκὸς ἐν ἁπᾶσι τούτοις*, quorum neque sententia satis apta est, neque elegans oratio. Scribendum est ita: *νοῦ δὲ ἧττον πεφυκὸς ἐν ἁ. τ.*, mentis (divinae) imperio subiectum.

Emendantur aliquot loci Plutarchei.

Plutarchi quae dicuntur Moralia diu iacuerunt intacta, ex quo Wyttenbachius optime de eis meruit. Iam Winckelmannus impigre opus aggressus novam editionem curare incepit, cuius et doctrina et acumen, e specimine iudicantibus, optimam nobis spem facit. Quem et hoc commentariolo, et si quo alio modo voluerit, pro virili parte adiuvabimus. Conabimur autem libellum de facie in orbe lunae aliquot locis emendare, nec

Digitized by Google

veremur, ne commentandi materia nobis defutura sit. Est enim admodum corruptus. Factum est autem, nescio quo casu, ut ubicunque depravata esset scriptura, lacunae signa interponerentur. Magnus est sane eorum locorum numerus, qui unius aut plurium verborum ex omissione laborant, sed tamen aliquanto minor, quam visum est interpretibus. Quibus vero subsidiis usi simus, non fatebimur, ne irascantur nobis homines superciliosi. Si quid vero ab aliis praeceptum ut nostrum protulerimus, ea mente lectores esse volumus, qua Fr. est Iacobsius. Is enim, cum homo quidam multa pro novis venditasset, ab ipso dudum inventa et publicata, male, inquit, criticis ageretur, nisi in idem duo possent incidere.

Hutt. T. XIII. p. 28. c. 2. In versu Empedoelis

Ἥλιος ὀξυβελὴς ἡ δ' αὖ Ἰλάειρα σελήνη.

Scribendum est *ἡδ' Ἰλάειρα*, omissa v. *αὖ*, cuius nullum in libris comparet vestigium. In libris enim M. S. est *ἡδὲ λάϊνα*.

Infra in vv. *ἔπειτα λόγον ἀποδιδούς* — sc. *λόγον οὐκ ἀποδιδούς*, quod poscit nexus sententiarum.

In Agesianactis versu p. 30. *ἦ πόντου* scribendum videtur.

P. 31. c. 4. *ἀλλὰ πῇ τὸν ἔλεγχον αὐτῷ προσῆγε.* Vulgata *πρόσαγε* restituenda videtur.

Ibid. infr. *τῆς οἰκουμένης εὖρος ἴσης καὶ μῆκος.* Stephaniam scripturam *ἐχούσης* pro *ἴσης* postulat argumentatio.

P. 32. c. 4. *καίτοι γε φίλε πριαμ** ἀλλὰ πολλοῖς οὐκ ἀρέσκει φυσιολόγων περὶ τῆς ὄψεως αὐτὴν ὁμοπαθῆ κρᾶσιν ἴσχειν καὶ σύμπηξιν εἰκὸς ἐστι μᾶλλον, ἢ πληγάς τινας καὶ ἀποπηδήσεις, οἵας ἔπλαττε τῶν ἀτόμων.* Locus ita sanandus esse videtur: — *φίλε Λαμπρία, ὃ μάλα πολλοῖς ἀρέσκει φυσιολόγων περὶ τῆς ὄψεως, αὐγῇ ὁμοπαθῆ κρᾶσιν ἴσχειν καὶ σύμπηξιν, εἰκὸς ἐστι μᾶλλον* cett.

P. 33. c. 4. *εἰ δὲ προσδεῖταί τις ἡμᾶς.* Sc. *αἰτίας* pro *ἡμᾶς.*

Ibid. *πρὸς ἅπαντας ἢ πρὸς μηθένα τούτων πάσχειν τὴν ὄψιν.* Sc. *μηθένα τοῦτο πάσχειν τὴν ὄψιν.*

P. 35. c. 5. *διωρίσασθαι γὰρ οὐκ ἔδει.* Sc. *διωρίσθαι.*

Ibid. med. *ταὐτὸ οὖν τοῦτο καὶ τοῖς εἰς βάθη τινὰ καὶ φάραγγας συνωθοῦσιν ἐν τῇ σελήνῃ τὸν ἀέρα κἂν καλῶς ἔοικε βοηθεῖν, ὑμᾶς τε διεξελέγχει* cett. Sc. *ταὐτὸ οὖν τοῦτο κεἰ τοῖς — τὸν ἀέρα καλῶς* (vel *παγκάλως* cum Wytt.) *— ὑμᾶς γε δὴ ἐξελέγχει* cett.

Digitized by Google

P. 36. supra. *ἀσεβείας προκαλεῖσθαι.* Sc. *προσκαλεῖσθαι.*

Ibid. med. *ἥ τε γὰρ σκιὰ τῆς γῆς ἐλάττων ὑπὸ μείζονος τοῦ φωτίζοντος ἀνατείνει, καὶ τῆς σκιᾶς αὐτῆς λεπτὸν ὂν τὸ ἄνω καὶ στενὸν οὐδ' Ὅμηρον, ὥς φασιν, ἔλαθεν* cett. Sc. *τῆς γῆς εἰς ἔλαττον*, infra vero omittendum videtur *σκιᾶς* ante *αὐτῆς*, interpretamentum in Plutarchi orationem perperam insertum.

P. 37. *ἀλλὰ μᾶλλον ἴσως λόγον εἶχε θαυμάζειν μένουσαν αὐτὴν παντάπασιν, ὥσπερ ἡ γῆ καὶ ἄτρεπτον οὖσαν.* In libris est *ἄτρεπτον* omissa v. *οὖσαν*, in aliis *ἄτρεπτος ἄν.* F. *ἀτρεμοῦσαν* scribendum est.

P. 38. *ὥσπερ αὐτὸ τὸ μέσον.* F. *ὥσπερ ἡ γῆ αὐτὸ τὸ μέσον.*

P. 39. *ἔξωθεν ἴσως διωθεῖσθαι.* F. *ἔσω* pro *ἴσως.*

Ibid. *οὐ ῥεῦμα λάβρον ὕδατος κάτω φερόμενον εἰ πρὸς τὸ μέσον ἔλθοι σημεῖον, ὅπερ αὐτοὶ λέγουσιν ἀσώματον, ἵστασθαι περικραννύμενον κύκλῳ περὶ πόλον, ἄπαυστον αἰώραν καὶ ἀκατάπαυστον αἰωρούμενον.* In his nonnulla sunt vitiosa. Primum *ἄπαυστον* coniunctum cum v. *ἀκατάπαυστον* iure offendit Wyttenb., qui *ἄπιστον* rescribendum esse pro *ἄπαυστον* duxit. At non bene haec ita copulantur, notiones toto genere diversae; accedit quod quaecunque hic narrantur, incredibilia loquenti videntur; mirum igitur, si de una sententiae parte id praedicatur, quod cadit in omnes. Itaque *ἀκατάπαυστον* in *ἀκατάστατον* mutandum esse existimo. At alia supersunt. Non enim *περικραννύμενον*, ab hoc loco alienissimum, sed *περικρεμαννύμενον* Plutarchum scripsisse apparet. At ne ita quidem omnes difficultates remotae sunt. Nam cur *περὶ πόλον* additum sit, non apparet; porro, ut nunc locus legitur, verba multa inutilia coacervata sunt. Ut mihi quidem videtur, haec necessaria est sententia: Aqua aut quiescit suspensa, aut sempiterno gyro circumvolvitur. Hinc totum locum ita emendandum esse existimo — — *ἵστασθαι περικρεμαννύμενον, ἢ κύκλῳ περιπολεῖν, ἄπαυστον αἰώραν καὶ ἀκατάστατον αἰωρούμενον.*

Ibid. infra. *κἂν πάντα τραπέντα πάλιν εἶναι.* Sc. *τραπέντα τ' ἄμπαλιν εἶναι.*

P. 40. supra. *ἀνακύπτον αὐτοῦ τὸ εἶναι καὶ κάτω ἄνωθεν ἕλκεσθαι τὸν ἀνασκαπτόμενον.* Sc. *ἀνακύπτειν αὐτοῦ τὸ σῶμα* et *τὸ ἀνασκαπτόμενον* i. e. *τὸν χοῦν.*

Digitized by Google

P. 40. *οὐχ ὡς μέσον οὖσα τοῦ παντὸς ἡ γῆ μᾶλλον, ἢ ὡς ὅλον, οἰκειώσεται μερῆ αὐτῆς ὄντα τὰ βάρη, καὶ τεκμήριον ἔσται αὐτῶν ῥεπόντων, οὐ τῇ τῆς μεσότητος πρὸς τὸν κόσμον, ἀλλὰ πρὸς τὴν γῆν κοινωνίας τινὸς καὶ συμφυΐας τοῖς ἀποσπωμένοις αὐτῆς, εἶτα πάλιν καταφερομένοις.* Locus ita videtur emendandus: — — *καὶ τεκμήριον ἐς αὐτὴν ῥεπόντων, οὐ γῇ τῆς μ.* cett. Ad *ῥεπόντων* ex antecedentibus *βαρέων* cogitatione supplendum est.

P. 41. *καὶ φέρει πρὸς ἐκεῖνον.* F. *καὶ καταφερῆ πρὸς τὸ οἰκεῖον.*

P. 43. infra. *ἀλλὰ καὶ κινητικο ταύτῃ διάστημα τὸ δέον, ἐπιχωροῦντος τοῦ κόσμου διὰ μέγεθος.* Sc. *κινητικοῦ ταύτῃ διαστήματος δέον.*

P. 45. c. 11. *ἀλλ' ὅμως.* Sc. *ἅλως.*

Ibid. c. 12. *διὰ τοῦτο οὖν σώματι ψυχὴν μὴ λέγωμεν εἶναι μηδέν, οὐ χρῆμα θεῖον ὑπὸ βρίθους ἢ πάχους οὐρανόν τε πάντα καὶ γῆν καὶ θάλασσαν ἐν ταὐτῷ περιπαλοῦντα καὶ διπτάμενον* (ita Wytt. pro vulgate *διστάμενον*), *εἰς σάρκας ἥκειν καὶ νεῦρα καὶ μυελοὺς καὶ παθέων μυρίων μετὰ ὑγρότητος.* Huius loci duae corruptelae certa emendatione sanari possunt; tertia aliquam habet dubitationem, sed literarum potius quam sententiae. Scribendum est: — *εἶναι· μηδὲ νοῦ χρῆμα θεῖον*, literis aliter diductis; atque hanc nobis emendationem certam esse persuademus. In extrema vero periodo rescribendum est *καὶ παθέων μυρίων μεστὰς ὑγρότητας*; neque de hac dubitamus. Restant verba *ὑπὸ βρίθους ἢ πάχους*, quae adversa fronte pugnant cum nexu sententiarum. Sententia enim postulat *ὑπὸ τοῦ ἀβριθοῦς καὶ ἀπαχοῦς*, vel *ἄπο βρίθους καὶ πάχους* vel simile quid. De v. *ὑγρότητες* conf. h. vol. p. 96. infr. med. Neque vero *περιπολοῦντα* quis in *περιπολοῦν* mutare voluerit; nam *νοῦ χρῆμα* nihil est nisi circumlocutio v. *νοῦ*.

P. 46. *χωρὶς τὸ βαρὺ πᾶν καὶ χωρὶς τὸ κοῦφον.* Sc. — *τὸ βαρὺ ποιῶν καὶ χ.* et in versibus Empedoclis *ἔνθ' οὔτ' ἠελίοιο δεδίττεται ἀγλαὸν εἶδος, οὐδὲ μὲν οὐδ' αἴης λάσιον γένος, οὐδὲ θάλασσα.* Sc. *δεδίσκεται* et *λάσιον σθένος*, quae non dubitamus, quin ab aliis restituta sint. At alium huius scriptoris locum (ap. Sext. Emp. VII, 123.) nondum video emendatum esse. *πολλὰ δὲ δειλεμπῆα, τά τ' ἀμβλύνουσι*

Digitized by Google

μερίμνας. Scrib. δειλ' ἔμπαια. κακὰ ἔμπαια nota sunt ex Aeschylo. δειλά autem pro substantivo est.

P. 46. infra. ἄχρις οὗ τὸ ἱμερτὸν ἦκεν ἐπὶ τὴν φύσιν ἐκ προνοίας, φιλότητος ἐγγενομένης cett. In Basil. desideratur ἐκ ante προνοίας; in Aldin. ἀπροvοίας scriptum est. Ea videtur genuinae scripturae vestigium servasse. Fortasse enim ὅμμα προνοίας legendum est.

P. 47. c. 13. ἔσχεν. Sc. εἶχεν.

Ibid. οὐ γὰρ ἐν στρατοπέδῳ τακτικῶν ὄφελος, εἴπερ εἰδείη τῶν στρατιωτῶν ἕκαστος ἀφ' ἑαυτοῦ τάξιν τε καὶ χώραν, καὶ καιρὸν οὗ δεῖ λαβεῖν καὶ διαφυλάσσειν· οὐδὲ κηπουρῶν οὐδ' οἰκοδόμων, εἰ πῇ μὲν αὐτὸ τὸ ὕδωρ ἀφ' αὑτοῦ πέφυκεν ἐπεῖναι τοῖς διομένοις καὶ κατάρδειν ἐπιρρέον cett. Sc. ᾗδει pro εἰδείη et ἐπεφύκει ἐπιέναι.

Ibid. infra. τάξις τῶν ὄντων προσήκει καὶ διαιρεῖν. Sc. διαίρεσις.

P. 48. med. τῇ δίκῃ συμπεριστρέφεσθαι. Sc. τῇ δίνῃ, qui error typothetae esse videtur.

Ibid. ἀλλά ποτ' ἐκεῖνα — βέλτιον. Sc. ἀλλ' ᾗ ποτ' ἐκεῖνα.

Ibid. c. 14. init. οὐ μὴν ἀλλ' εἴ γε δεῖ τὰς καταδεδουλωμένας ἕξεις δόξας ἀφέντας. Wytt. ἕξεις ut dittographiam v. δόξας eiiciendum esse iudicavit; at scribendum est ἕξει, consuetudine.

P. 50. supra. μὴ τοίνυν μήτε. Sc. μὴ τοίνυν μηδέ.

Ibid. infra. τί γὰρ οὕτω λάβωμεν. Sc. τί γὰρ ὅταν λάβωμεν.

P. 51. supra. ἀλλ' ὅμως ὁρᾶν πάρεστιν οὐκ ἀποκεκριμένην τοῦ αἰθέρος τὴν σελήνην, ἀλλ' ἔτι πολλῷ ἐν τῷ περὶ αὐτὴν ἐμφερομένην, πολλὴν δὲ ὑφ' ἑαυτὴν ἔχουσαν ἀνέμων*** δινεῖσθαι καὶ κομήτας. F. ἀνέμῳ ἐνδινεῖσθαι καὶ κομήταις.

Ibid. med. c. 16. κοινῇ δὲ πρὸς τοὺς τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ῥέπειν ἐξ ἑαυτῶν φάσκοντας. πρὸς τοὺς de suo interposuit Wytt. Quod factum nollem. Nam αὐτὴν μὲν τὴν σελήνην et κοινῇ τῶν σωμάτων τὰ μὲν cett. inter se opposita sunt.

Ibid. infra. ὥστ' ἐμέ γε (ita Turneb.) πραγμάτων ἀπηλλάχθαι. καὶ ** Λεύκιος ** ὦ 'γαθέ, εἶπεν, ἀλλὰ τὰ ἀλλὰ μὲν ἄστρα, καὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν εἴς τινα φύσιν καθαρὰν καὶ εἰλικρινῆ, καὶ τῆς κατὰ πάθος ἀπηλλαγμένην μεταβολῆς

Digitized by Google

τιθεμένοις ὑμῖν, καὶ κύκλον ἄγουσι, δι' οὗ καὶ ἀτελευτήτου περιφορᾶς *** οὐκ ἄν τις ἔν γε τῷ νῦν διαμάχοιτο, καίτοι μυρίων οὐσῶν ἀποριῶν. Initium huius periodi aut ita scribendum est, ut Wyttenb. voluit: — καὶ ὁ Λεύκιος, οὐκ, ὦ 'γαθέ, εἶπεν, ἀλλὰ τὰ ἄλλα μὲν ἴσως cett., aut omissa p. ἀλλά: — καὶ ὁ Λεύκιος, ὦ 'γαθέ, εἶπεν, τὰ ἄλλα μὲν cett. Postrema autem non sane lacunam habet, sed ita restituendum est suum Plutarcho: καὶ κύκλον ἄγουσι ἀϊδίου καὶ ἀτελευτήτου περιφορᾶς, οὐκ cett.

P. 52. supra. καὶ τὸ κάλλος ἐκείνου τοῦ σώματος. Sc. ἐκεῖνον.

P. 54. ὅθεν οὐδὲ θερμὸν οὐδὲ λαμπρόν. Sc. οὐδὲν θερμόν.

P. 55. ante med. αἰσχύνομαι, ἔφη, σοῦ παρόντος, ὦ φίλε Μενέλαε, θέσιν ἀναιρεῖν μαθηματικήν, ὥσπερ θεμέλιον τοῖς κατοπτρικοῖς ὑποκειμένην πράγμασι. F. δόγμασι.

Ibid. med. διαβάλλεται δὲ τοῖς διπτύχοις κατόπτροις, ὧν ἐπικλιθέντων πρὸς ἄλληλα, καὶ γωνίας ἐντὸς γενομένης, ἑκάτερον τῶν ἐπιπέδων διττὴν ἔμφασιν ἀποδίδωσι, καὶ ποιεῖ τέτταρας εἰκόνας ἀφ' ἑνὸς προσώπου, δύο μὲν ἀντιστρόφους τοῖς ἔξωθεν ἀριστέροις μέρεσι, δύο δὲ δεξιοφανεῖς ἀμαυρὰς ἐν βάθει τῶν κατόπτρων. δεξιοφανής hoc loco oppositum est voci ἀντίστροφος, τὰ ἔξωθεν μέρη autem τῷ βάθει τῶν κατόπτρων. Hinc apparet ἀριστεροῖς alienum esse ab hoc loco, qui ita scribendus est: δύο μὲν ἀντιστρόφους ἐν τοῖς ἔξωθεν μέρεσι, δύο δὲ δεξιοφανεῖς ἀμαυρὰς ἐν β. τ. κ.

P. 56. ὅσας ὁμόσε χωροῦντες ἀξιοῦσιν αὐτοῖς τοῖς ἀπὸ τῆς σελήνης ἐπὶ γῆν φερομένοις ῥεύμασι τὴν ἰσότητα τῶν γωνιῶν ἀναιρεῖν, πολλῷ τοῦτο ἐκείνου πιθανώτερον εἶναι νομίζοντες. Sc. ὥστε, ὁμόσε χωροῦντες τοῖς ἀξιοῦσιν, αὐτοῖς τοῖς — ἀναιρῶμεν —.

Ibid. infra. ὡς συγκεῖσθαι καὶ λάμπειν τὸ φῶς. Vere, opinor, Wytt. συγχεῖσθαι. At fortasse λάμπειν quoque in κάπτειν mutandum erat.

Ibid. infra. ἔνιοι δὲ καὶ δεικνύουσι γράφοντες, ὅτι πολλὰ τῶν φώτων ἐπὶ γῆν ἀφίησι κατὰ γραμμῆς ὑπὸ τὴν κεκλιμένην ὑποταθείσης. Pro vv. ἐπὶ γῆν Wytt. αὐγήν; aut hoc aut πληγήν reponendum. At quod idem τὴν κεκλιμένην in κεκλασμένην mutatum ibat, haud recte factum existimo. ἡ κεκλιμένη significat inclinatam superficiem, unde radii repercussi feruntur. Cete-

Digitized by Google

rum *κατὰ γραμμὴν — ὑποταθεῖσαν* praettulerim vulgatae scripturae. In libris est *κατὰ γραμμὴν — ὑποταθείσης*.

P. 57. med. *ὅπου γὰρ οἶνος, ὕδατος θιγὼν κατὰ πέρας.* F. *κατὰ μέρος.*

P. 60. med. *τὰ λοιπὰ δ' οἶμαι ταῖς μαθηματικαῖς ἀκριβείαις εἰς τὸν ** ἐξῆχθαι καὶ βέβαιον.* Scribendum puto *εἰς τὸ πιστὸν ἐξῆχθαι*; facile enim earundem literarum repetitione in errorem induci poterat librarius.

P. 61. *εἰ δ' οὐχ οὕτω τὸ περὶ τὰς ἐκλείψεις σκότος βύθιόν ἐστιν, οὐδὲ ὁμοίως τῇ νυκτὶ πιέζει τὸν ἀέρα, μὴ θαυμάζωμεν.* Et hoc loco et p. 64. supr. *πιέζειν* rariorem habet significationem, et niai alter alterum locum defenderet, coniecerit quispiam *σκιάζει* et p. 64. *σκιάζεσθαι* legendum esse.

P. 63. supra. *πρόλαβε δὲ πρῶτον* sc. *πρόσλαβε.*

P. 64. ult. *φανερά.* Sc. *φανερώτερα.*

P. 67. med. *ἂν δὲ μέση τοῦτο δὴ τὸ ἐπιφωνῆσον ἴησι, καὶ πῦρ καὶ πυρωπόν.* Sc. *μεσοῖ* et *ἴησι καὶ πυρωπόν*, omissis v. *καὶ πῦρ*, quae e dittographia originem duxerunt.

P. 69. supra. *μηδὲν ἔχουσα διεφθορὸς ἑαυτῇ.* Sc. *ἐν ἑαυτῇ.*

Ibid. med. *τό γε μὴν τίμιον οὐκ ἀπόλλυσι τῆς δόξης οὐδὲ τὸ θεῖον ἡ σελήνη, ἥτις ** ἱερὰ πρὸς ἀνθρώπων νομιζομένη.* Sc. *γῆ τις ἱερά.* Nihil autem praeterea desideratur ad sententiae integritatem.

P. 70. ult. *οἶει.* Sc. *εἰ οἴει.*

P. 71. supra. *τὸ καλὸν τοῦτον αἰσθήσει παρέχειν συλλογισμόν.* Sc. *τὸν καλὸν τοῦτο.*

Ibid. supra. *ἐπιβάλλει γὰρ ἡ σκιὰ τοῦ ὄρους, ὡς ἔοικε, χαλκέῳ τινὶ βοιδίῳ, μῆκος ἀποτείνουσα διὰ τῆς θαλάσσης οὐκ ἔλαττον ἑπτακοσίων σταδίων, τὸ κατασκιάζον ὕψος εἶναι διὰ τὴν αἰτίαν, ὅτι* cett. Locus ita videtur emendandus: — *τὸ δὲ κατασκιάζον ὕψος ἐννέα· διὰ τίνα αἰτίαν; ὅτι* cett. Nam montis illius (Athonis) altitudo haud procul abest ab illo stadiorum numero.

P. 72. med. *πρῶτον δὲ ὅρα τὰ τῆς εἰκόνος, ὡς ἄνω ποτάμων καὶ τραπὲν πάλιν λαμβάνουσι.* Sc. *ὡς ἄνω τὸ κάτω καὶ τρ. π. λ.*

Ibid. infra. *μὴ ἅπασαν οὖν ἰδέαν κάτοπτρον.* Sc. *κατόπτρων.*

P. 73. supra. *καίτοι καὶ ταῦτα δήπουθεν ἐὰν ἀμυχή τις ἢ ῥύπος ἢ τραχύτης καταλάβῃ τὸ σημεῖον, [ἂν] ἀφ' οὗ πέφυκεν ἡ ὄψις ἀνακλασθὲν τυποῦται· καὶ βλέπεται μὲν αὐτά, τὴν ἀν-*

Digitized by Google

ταύγειαν οὐκ ἀποδίδωσι. Wyttenb. ita hunc locum conatus est integritati restituere: — ἀνακλασθεῖσα τυπτοῦσθαι, βλέπεται μὲν cett. Sed hanc rationem mihi persuadeo Wyttenbachianae praelaturos esse iudices idoneos: — ἡ ὄψις ἀνακλασθῆναι, τυφλοῦται, καὶ βλέπεται μὲν cett.

Ibid. infra. ἐπὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἅλλεσθαι. In libris est ἥλιον, non ὀφθαλμόν. Qui ὀφθαλμὸν de coniectura scripserunt, totam ratiocinationem subverterunt.

P. 76. med. τοὺς ἀγρίους καὶ ἀνακτίους χειμῶνας. F. μανικούς. In proximis ἀλλ' ἤδη καὶ σάλον ἔχων sane ita potest intelligi: At etiamsi aliquando moveatur, tamen propter levitatem cett. At vereor ne ἀλλὰ γαλήνην ἀσάλευτον ἔχων, vel simile quid scripserit Plutarchus.

Ibid. infra. ἀνεῖσαν pro ἀνέσαν legendum est.

P. 77. c. 25. init. ταῦτα τοῦ Θέωνος εἰπόντος ** γε ἔφην καὶ ἄριστα τῇ παιδιᾷ τοῦ λόγου τὰς ὀφρῦς, ἃ καὶ θάρσος ἡμῖν ἐγγίνεται cett. Ita locum explendum et corrigendum esse existimo: — εἰπόντος, καλῶς γε, ἔφην, καθαιρεῖς (pro καὶ ἄριστα) τῇ π. cett.

Ibid. ὥσπερ ἄκραις τισὶν ἢ χερρονήσοις ἀνέχουσιν ἐκ βυθοῦ. Sc. ἀνειχούσαις.

P. 78. infra. εἰ δὲ μηδ' αὐτὴ καὶ τὸ ποικίλον τοῦτο τῆς φορᾶς. Sc. ἡ δὲ μεταλλαγὴ καὶ τὸ cett.

Ibid. ult. τὴν τάξιν καὶ πορείαν. F. καὶ πρόνοιαν.

P. 79. med. ἔπειτα πρὸς μὲν ἡμᾶς καθίησι δι' ἀέρος θολεροῦ, καὶ συνεπρείδων τὴν θερμότητα ταῖς ἀναθυμιάσεσιν τρεφομένην. Sc. συνεπρείδοντος.

P. 83. supra. εὐσταλεῖς εἶναι τοῖς σώμασιν, καὶ διαρκῶς ὑπὸ τῶν τυχόντων τρέφεσθαι. Ald. διαρκῆς; Bas. διαρκεῖς. Haec scriptura genuina est.

P. 84. infra. ὧν (νήσων) ἐν μιᾷ τὸν Κρόνον οἱ βάρβαροι καθεῖρχθαι μυθολογοῦσιν ὑπὸ τοῦ Διός· τὸν δέ, ὡς υἱόν, ἔχοντα φρουρὸν τῶν τε νήσων ἐκείνων καὶ τῆς θαλάττης, ἣν Κρόνιον πέλαγος ὀνομάζουσι, παρακάτω κεῖσθαι. Barbarorum opinioni aliquid opponi videtur ab ipso, cuius narratio a Sulla refertur, probatum. Illud indicatur verbis ὡς υἱόν; atque in eadem sententia fuit Wyttenbachius, qui locum mutilum esse ratus multa interponenda esse existimavit. Iam e sequentibus intelligitur, narrationis auctorem in magna illa terra, ad quam diuturna navigatione ex Ogygia et tribus istis insulis perveniri dicit, Sa-

Digitized by Google

turnum collocasse. Porro eum, ut hominem pium, consentaneum est offendi verbi *καθεῖρχθαι* atrocitate, tametsi a vulgari fabula haud procul ipse decesserit. Nam infra *δεσμόν*, ait, *ὑπὸ τοῦ Διὸς αὐτῷ* (Saturno) *τὸν ὕπνον μεμηχανῆσθαι* (p. 87. med.). Quae si quis rite expenderit, huic emendationi calculum adiiciet: *τὸν δέ, ὡς υἱὸν ἔχοντα φρουρόν*, (mutata sola interpunctione) — — *πέραν κατῳκίσθαι*. Dicit igitur hoc: Non *καθεῖρχθαι* Saturnum, nec in ea insula, qua barbari vinctum fabulentur; sed sedes habere (*κατῳκίσθαι*), ut cui filius custos sit, ultra illas insulas atque mare, quod Cronium appelletur. Sententiae momentum est in v. *καθεῖρχθαι* et *κατῳκίσθαι*.

P. 85. supra. *προχώσεις*. Sc. *προσχώσεις*.

P. 87. infra, *ὅτε δὴ θεῶν καὶ ἀνθρώπων ἐβασίλευσε*. Malim *ἐβασίλευε*.

Ibid. penult. *εἶναι δ' ἀνάστασιν τὰ τιτανικὰ πάθη καὶ κινήματα τῆς ψυχῆς ἐν αὐτῷ παντάπασιν ὁ ὕπνος, καὶ γέγηται τὸ βασιλικὸν καὶ θεῖον αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ καθαρὸν καὶ ἀκήρατον*. Locus ita supplendus esse videtur: — *ἀνάστασιν, ὅταν τὰ τιτανικὰ πάθη* — — *παντάπασιν καταπαύσῃ ὁ ὕπνος* cett. V. *καταπαύσῃ* propter similitudinem v. *παντάπασιν* facile potuit omitti.

P. 88. med. *ἐν τελεταῖς*. Sc. *ἔν τε τελεταῖς*.

Ibid. infra. *ἅτε δὴ παρ' ἡμῖν μεγάλας ἔχοντος καὶ τιμάς, ὅτε*. Ita hunc locum constituendum esse existimo: *ἔχοντος τοῦ Κρόνου τιμάς, καί τινας, ὅτε* cett. Ex hac enim scriptura quomodo vulgata nasci potuerit, non latet.

P. 89. med. *Κόρη τε καί*. Sc. *Κόρη δὲ καί*.

P. 91. penult. *ἀλλ' αἱ μὲν ἄδικοι καὶ ἀπόλαστοι δίκας τῶν ἀδικημάτων τίνουσι· τὰς δ' ἐπιεικεῖς, ὅσον ἀφαγνεῦσαι καὶ ἀποπνεῦσαι ἀπὸ τοῦ σώματος ὥσπερ αἰτίου πονηροῦ μιασμούς*: — Sc. *ἀποπνεῦσαι τοὺς ἀπὸ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἀτμοῦ πονηροῦ, μιασμούς*.

P. 94. med. *βλοσυρόν τι καὶ φρικῶδες*. F. *βλοσυρόν τε καὶ φ*.

Ibid. ult. *τὰ δὲ δύο, μικρά*. Librorum scriptura *μακράς* sine dubio praeferenda est.

P. 96. supra. *καὶ συγγίνεσθαι ὀρεγομένην ἀπ' αὐτοῦ τὸ γονιμώτατον*. Sc. *τῷ γονιμωτάτῳ*. Nihil autem exoidisse videtur.

Digitized by Google

Symposiac. Lib. VII. c. 3. T. XI. p. 316. infra. Hutten. Agitur de umbris, quas ad coenam vocato secum ducere liceat. *ὁ μὲν οὖν καλούμενος ὑφ᾽ ἑτέρου καὶ καλῶν ἑτέρους πρῶτον οἶμαι τοῦ πλήθους φείδεσθαι δίκαιός ἐστι, μὴ καθάπερ ἐκ πολεμίας ὁμοῦ πᾶσι τοῖς περὶ αὐτὸν ἐπισιτιζόμενος, μηδέ, ὥσπερ οἱ χώρας καταλαμβάνοντες ἐν τῷ περιττεύειν, ἀεὶ τοῖς ἰδίοις φίλοις τοὺς τοῦ καλέσαντος ἐκκρούων καὶ ἀποκρούων ἅπαντας.* In his sunt quaedam obscuriora. Quo enim ista referuntur: *οἱ χώρας καταλαμβάνοντες*? Num ad eos, qui sedes in theatro occupant (*θεὰν καταλαμβάνοντες*)? — At hoc alienum est; nam istud eo ipso fit consilio, ne quem opus sit extrudi, qui prior venerit. Porro quid sibi voluot vv. *ἐν τῷ περιττεύειν*? Imo scribendum est *ἐν τῷ πεττεύειν*. Nam huius lusus propria sunt ista: *χώραν καταλαμβάνειν* et *ἑτέρους ἐκκρούειν*.

De solertia animalium c. 14. Hutt. T. XIII. p. 166. med. *τὰ δ᾽ αὐτὰ καὶ τὸν Ἀστὸν δρᾶσαι λέγουσιν, ὃν Πύρρος, οὐχ ὁ βασιλεύς, ἀλλ᾽ ἕτερός τις ἰδιώτης, ἔθρεψεν.* In aliis exemplis est *αὐτόν*. Sc. *ἀετόν*.

De esu carnium Lib. II. c. 6. T. XIII. p. 249. infra. *τίς γὰρ ὁ πολύστομος εἰς τὴν γαστέρα καὶ τὰ ὀπτανεῖα.* Sc. *ὁ πολὺς τόνος.* Ibid. c. 5. p. 236. *δυσωπεῖ σε παροῦσαν ψυχὴν ἀπελαύειν.* Sc. — *παροῦσα ψυχὴ ἀπολαύειν.*

De Stoicorum repugnantiis c. 43. T. XIII. p. 395. supra. *εἰ δὲ τῇ πρὸς ἐκεῖνα κράσει τὰς ἐναντίας λαμβάνει μορφάς, ἃς ἔχειν πέφυκεν, ὕλη· τρόπον τινὰ τῆς ὕλης οὐκ αἴτιον, οὐδὲ δύναμίς ἐστιν.* Verba obscurata sunt et falsa distinctione et unius vocis corruptela. Sc. — *μορφάς, αἷς ἔχειν πέφυκεν, ὕλη τρόπον τινα τῆς ὕλης, οὐκ αἴτιον* cett.

At ne oneremus patientiam lectorum, qua diu sumus abusi, iam postremum tractabimus locum. Sympos. L. VII. Quaest. 2. Hutten. T. XI. p. 291. infra. *ἀλλὰ περὶ αὐτῆς διηπορεῖτο τῆς αἰτίας, καθ᾽ ἣν τοῦτο πάσχει τὰ προσπίπτοντα τοῖς κέρασι τῶν βοῶν σπέρματα, καὶ πολλάκις ἀπειπάμεθα τοῖς φίλοις οὐχ ἥκιστα. Θεοφράστου δὲ αἰνιττόμενοι τὸν λόγον, ἐν οἷς πολλὰ* cett. Sententiarum nexus hic est: Plutarchus hanc quaestionem noluit attingi, quod Theophrastus in quodam libello rei ipsius veritatem testatus, rationem eius reperiri posse negaverit. Quapropter certam huius loci emendationem hanc esse mihi persuadeo: — *καὶ πολλάκις ἀπειπάμεθα τοῖς φίλοις, οὐχ*

Digitized by Google

ἥκιστα Θεοφράστου δεδιττόμενοι (in libris est δὲ αἰνιττόμενοι) τὸν λόγον, ἐν οἷς cett.

Emendantur aliquot Aeschyli loci *).

Aeschyl. Suppl. v. 64.

τῶς καὶ ἐγὼ φιλόδυρτος Ἰαονίοισι νόμοισι
δάπτω τὰν ἁπαλὰν νειλοθερῆ παρειάν.

Quid νειλοθερής significet, dictu difficillimum est. Nisi ad virginum genas referretur, aliquid ex Nili aqua coctum intelligendum esse opineris. Una litera perperam repetita hunc locum corrupit. Nam scribendum est: ἁπαλὰν εἰλοθερῆ παρειάν. Fuscus significatur color. Forma εἰλοθερής sane insolentior est, sed non minus graeca, quam εἰληθερής, quod aliquoties legitur.

Eadem medela adhibenda est Agamemn. v. 1103. Well.

ἀπὸ δὲ θεσφάτων τίς ἀγαθὰ φάτις
βροτοῖς στέλλεται.

Imo τέλλεται.

Et in Persis v. 299.

χὠ χιλίαρχος Δαδάκης πληγῇ δορὸς
πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο·
Τενάγων τ' ἄριστος Βακτρίων ἰθαγενὴς
θαλασσόπληκτον νῆσον Αἴαντος πολεῖ.

Vox πολεῖ intelligi nequit. Scribendum est

Αἴαντος σποδεῖ.

---

*) Quae de Aeschyli locis vir doctissimus scripsit, antequam typis describerentur, cum Hermanno communicanda esse iudicavimus. Quam severus enim eorum, quae nostris temporibus de Aeschylo vulgata sunt, censor esset reputavimus; neque, qua pietate huius commentationis auctor praeceptorem colit, moleste hoc eum laturum esse nobis persuasum est. Rescripsit autem nobis Vir summe venerandus, coniecturam de Suppl. v. 64. propositam probabilem esse; quae de Suppl. v. 551. et Agam. v. 1103. scripsisset auctor, iam ab aliis esse inventa. Reliqua ab ipso non probari; sed hanc se habere sententiam, etiam quae non essent verisimilia, alios fortasse eo adducere, ut quid verum esset facilius posset reperiri.

Editores.

Digitized by Google

σποδεῖν saepe dictum est de fluctibus litus verberantibus et rebus similibus.

Suppl. v. 551.

ἱκνεῖται δ' εἰσικνουμένου βέλει
βουκόλου πτερόεντος
Διὸν πάμβοτον ἄλσος,
λειμῶνα χιονόβοσκον ὄντ' ἐπέρχεται Τυφῶ μένος
ὕδωρ τὸ Νείλου νόσοις ἄθικτον,
μαινομένα πόνοις ἀτίμοις ὀδύναις τε κεντροδα-
λήτοις θείας Ἥρας.

Scribendum est ὕδωρ τε Νείλου cett. Egregie opponitur Typhonis importunitas fluminis salubritati. Ipsa autem Aegyptiorum mythologia eo fere nitebatur fundamento, ut numina salutaria inimicitias exercerent et bella gererent cum alia infesta et perniciabili deorum natura. Illud autem nemo non videt, quam docte poeta duplicem istam Aegypti naturam commemoraverit, ubi furibunda sanatur Io. Postrema quoque strophae verba corrupta sunt, quod et numeri docent et sententia. In Aldina est κεντροδαλήτης. Fortasse sic scripsit Aeschylus:

ὀδύναις τε κεντροδαλητίσι θυιὰς Ἥρας,

non Bacchi percita furore, sed Thyas Iunonis, non afflatu quodam divino, sed turpissimis doloribus demens.

Ibid. v. 610.

τοιάνδ' ἔπειθε ῥῆσιν ἀμφ' ἡμῶν λέγων
ἄναξ Πελασγῶν, ἱκεσίου Διὸς κότον
μέγαν προφωνῶν μήποτ' εἰσόπιν χρόνου
πόλιν παχῦναι, ξενικὸν ἀστικόν θ' ἅμα
λέγων διπλοῦν μίασμα πρὸ πόλεως φανὲν
ἀμήχανον βόσκημα πημονῆς πέλειν.

Immerito hic locus suspectus fuit propter verbum παχύνειν. Nimirum verba sic construxerunt κότος πόλιν παχύνει; at dicit hoc: Vetans ne magnas Iovis iras alat civitas. Eadem infra comparatione piaculum dicit πημονῆς βόσκημα. In proximis quatuor versibus manifesta est eiusdem sententiae repetitio, ut aut duo priores aut posteriores inducendi sint. Equidem posteriores eiecerim, qui Euripideam potius quam Aeschyleam indolem praeferant.

Digitized by Google

Ibid. v. 90.

ἥμενον ἄνω φρόνημά πως
αὐτόθεν ἐξέπραξεν ἔμπας ἑδράνων ἐφ' ἁγνῶν.

ἥμενον ἄνω corruptum est, ut docent numeri, at tamen ita comparata est scriptura vulgata, ut emendatoris manum agnoscas, qui obliteratam verborum scripturam pro suo captu mutaret. Is vero v. 592. sqq. huic loco adhibuisse videtur ὑπ' ἀρχᾶς δ' οὔτινος θοάζων τὸ μεῖον κρεισσόνων κρατύνει, οὔτινος ἄνωθεν ἡμένου σέβει κάτω. Ad genuinam scripturam proxime ego Lachmannum accessisse opinor, qui sic scribendum esse coniecit:

εἰ μεμόνῃ φρόνημά πως.

Videtur autem sic Aeschylus dedisse:

ᾗ μέμονεν φρόνημα, τῶς
αὐτόθεν cett.

τῶς (sic) forma est apud Aeschylum frequentissima.

Ibid. v. 106.

ἰηλέμοισιν ἐμπρεπῆ
ζῶσα γόοις μετίμω.

Scribendum videtur μεριμνῶ. Eo ducit vulgata scriptura με τιμᾷ et Robortelliana μετιμων.

Ibid. v. 244.

ἐγὼ δὲ πρός σε πότερον ὡς ἔτην λέγω,
ἢ τηρὸν ἱεροῦ ῥάβδον, ἢ πόλεως ἀγόν;

De sententia nequit dubitari. Dicit enim hoc: num privatus, an sacerdos, an magistratus es? Sed neque τηρόν vox graeca esse videtur, neque ῥάβδον intelligi potest. Verba videntur operarum incuria transposita. Sic enim Aeschylum scripsisse existimo:

ἢ ῥαβδοτῆρον ἱερόν, ἢ πόλεως ἀγόν.

ῥαβδοτῆρος est i. q. ῥαβδοῦχος.

Nisi quis maluerit

τηρήτορ', ἱερόραβδον ἢ πόλεως ἀγόν,

privatum speculatorem.

Omnium Aeschyli carminum facile corruptissimum illud est, quod infit Suppl. v. 805. Et prior quidem pars citra spem emendationis vitiata est; quae sequuntur aliquatenus sanari possunt, et antistrophica quoque responsio non ubique latet. Sicut certa est v. 825. seq. Hermanni emendatio δεσποσίῳ ξὺν ὕβρει γομφοδέτῳ τε δόρει διώλου, quorum antistrophica le-

Digitized by Google

guntur v. 834 — 837. Haec vero excipiunt verba admodum turbata:

ἀγκυος ἐγὼ βαθυγκάϊος
βαθρείας βαθρείας, γέρον.

Quorum haec fere sententia fuisse videtur: Ego summo loco nata servitutis impatiens sum. Nam λατρείας scribendum esse non dubito.

Tum chorus pergit:

αἰ αἰ αἰ αἰ
αἰ γὰρ δυσπαλάμως ὅλοιο
δι' ἁλίρρυτον ἄλσος κατὰ Σαρπηδόνιον
χῶμα πολυψάμαθον ἀλαθεὶς
εὐρείαις εἰν αὔραις.

Postremi duo versus vitio laborant. Ita rescribe:

χῶμα πολύψαμμον ἀλαθεὶς
οὐρίαισιν αὔραις.

Acerbissime dicit: secundo vento in perniciem feraris. Antistrophae initium iam non attingam; postremi autem versus sic videntur ab Aeschylo scripti fuisse:

περιχριμπτὰ βρυάζεις· ὁ δ' ἐπωπᾷ σ' ὁ μέγας
Νεῖλος ὑβρίζοντ' ἀποτρέψει-
εν δ' ἄϊστον ὕβριν.

Nisi quispiam maluerit ὁ δ' ὁρᾷ σ' ὁ μέγας. In libris est ὃς ἐρωτᾷς.

Interiecti sunt tres praeconis versus:

ἴυζε καὶ λάκαζε καὶ κάλει θεούς.
Αἰγυπτίαν γὰρ βᾶριν οὐχ ὑπερθορῇ·
ἴυζε καὶ βόα πικρότερ' ἀχέων οἰζύος ὄνομ' ἔχων.

Versus postremus aliquot interpretamentis in continuitatem orationis inculcatis corruptus est. Legendus est ita:

ἴυζε καὶ πικρότερον οἰζύος νόμον.

Hyperbole est huic loco aptissima νόμος πικρότερος οἰζύος.

Agam. v. 740.:

φιλεῖ δὲ τίκτειν ὕβρις Stropha
μὲν παλαιὰ νεάζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν ὕβριν,
τότ' ἢ τόθ' ὅταν τὸ κύριον μόλῃ,
νεαρὰ φάους κότον
δαίμονά τε τὰν ἄμαχον ἀπόλεμον ἀνίερον
θράσος, μελαίνας μελάθροισιν ἄτας,

Digitized by Google

εἰδομέναν τοκεῦσιν.
Δίκα δὲ λάμπει μὲν ἐν Antistropha
δυσκάπνοις δώμασιν, τὸν δ' ἐναίσιμον τίει βίον,
τὰ χρυσόπαστα δ' ἐσθλὰ σὺν πίνῳ χερῶν
παλιντρόποισιν ὄμ-
μασιν λιποῦσ' ὅσια προσέβα δύναμιν οὐ σέβου-
σα πλούτου παράσημον αἴνῳ,
πᾶν δ' ἐπὶ τέρμα νωμᾷ.

Horum versuum sententia haud admodum obscura est, sed numeri aliquot locis vitiati sunt. Illud iam mitto, quod vere Ahrensius perspexisse videtur, versum

μὲν παλαιὰ νεάζουσαν ἐν κακοῖς βροτῶν ὕβριν

et qui huic respondet in antistropha

δυσκάπνοις δώμασιν, τὸν δ' ἐναίσιμον τίει βίον

uno pede modum superare. Quae difficultas plus una ratione tolli potest.

Aliud iam quaerimus. In libris neque *παλιντρόποισιν* neque *ὄμμασιν* est, sed *παλιντρόποις* et *ὄμμασι*, nec dubium est, quin numeros corruperint, qui libros deseruere. Nam haec inter se respondent:

δαίμονά τε τὰν ἄμαχον ἀπόλεμον ἀνίερον θράσος —

et

ὄμμασι λιποῦσ' ὅσια προσέβαλε (sic certa emendatione Herm.) δύναμιν οὐ σέβου- —.

Haec si quis teneat de reliquis, aliquanto facilius iudicabit.

Nimirum sic stropham emendandam esse existimo:

τότ' ἦ τόθ' ὅτε τὸ κύριον μόλῃ φάος,
νεαρόκοτον cett.

Videtur autem ea corruptela sic nata esse, ut *φάος*, quia *τὸ κύριον* per se praestitutum tempus significare potest, omitteretur a librario, deinde, errore animadverso, alieno loco insereretur. *κύριον φάος* idem est, quod *μόρσιμος αἰών* Suppl. v. 44. *δαίμων νεαρόκοτος* fere i. q. *παλίγκοτος*.

Ibid. v. 712. *μηλοφόνοισιν ἄγαισι*. In Codd. est *ἄταισι*; Bambergerus *ἄγραισι*. Aut ita scribendum est, aut *μηλοβόνοισι μάταισι*.

Digitized by Google

Ibid. v. 772.

σὺ δέ μοι τότε μὲν στέλλων στρατιὰν
Ἑλένης ἕνεκ', οὐ γάρ σ' ἐπικεύσω,
κάρτ' ἀπομούσως ἦσθα γεγραμμένος,
οὐδ' εὖ πραπίδων οἴακα νέμων
θράσος ἀκούσιον
ἀνδράσι θνήσκουσι κομίζων.

θνήσκουσι vereor ne non possit significare morituris. Fortasse scribendum est νήφουσι. Nam θράσος recte opponitur verbo νήφειν.

Ibid. v. 1642.

στείχεθ' οἱ γέροντες [ἤδη] πρὸς δόμους πεπρωμένους
πρὶν παθεῖν ἔρξαντα καιρόν. χρῆν τάδ' ὡς ἐπράξαμεν.
εἰ δέ τοι μόχθων γένοιτο, τῶνδ' ἄλις γ' ἐχοίμεθ' ἄν,
δαίμονος χολῇ βαρείᾳ δυστυχῶς πεπληγμένοι.

Scribendum videtur ita:

πρὶν παθεῖν, ἄρξαντα χειρῶν. χρῆν τάδ', ὡς ἐπράξαμεν.
εἰ δέ τοι μόχθων γ' ὄνοιτο, τῶνδ' ἄλις γ' ἔχοιμεν ἄν cett.

ἄρξαντα et ὄνοιτο, non pluralem usurpavit poeta, ut Clytaemnestrae significaret confidentiam. Nam unum vel alterum senem, non omnes ea mente esse autumat.

Choeph. v. 726.

πρὸς μὲν οἰκέτας
θέτο σκυθρωπὸν ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
κεύθουσ' ἐπ' ἔργοις διαπεπραγμένοις καλῶς
κείνῃ cett.

Scribendum videtur:

πρὸς μὲν οἰκέτας
ἐθελοσκυθρώπων ἐντὸς ὀμμάτων γέλων
κεύθουσ' cett.

ὄμματα ἐθελοσκύθρωπα oculi sunt de industria tristes.

Ibid. v. 835. Chorus:

ἠκούσαμεν μέν, πυνθάνου δὲ τῶν ξένων
ἔσω παρελθών. οὐδὲν ἀγγέλων σθένος
ὡς αὐτὸς αὐτῶν ἄνδρα πεύθεσθαι πέρι.

Scribendum est ita:

ὅσ' αὐτὸς αὐτὸν ἄνδρα πεύθεσθαι πάρα,

nulla est vis nunciorum (in iis) quae ipse quis ab ipsis sciscitari potest. Ne quem vero offendat αὐτός, cum accusativum verborum structura requirere videatur: et Latini et Graeci ita lo-

Digitized by Google

quuntur, ut partes orationis aliis appositas tamquam exemtas usurpent compage grammatica. Sal. Iug. 18. multis sibi *quisque* imperium petentibus. Iustin. 29, 1, 8. Liv. 4, 41. caussa *ipse* pro se dicta.

Ibid. v. 914.

πατρὸς γὰρ αἶσα τόνδε σοὐρίζει μόρον.

Scribendum est *σ' οὐρίζει*, non illud a v. *ὁρίζειν*, sed *οὐρίζειν* repetendum, quod cum duplici accusativo constructum est.

Ibid. v. 1017.

ἄλλος ἂν εἰδὴ τοῦτ' ἄρ' οἶδ' ὅπῃ τελεῖ
ὥσπερ ξὺν ἵπποις ἡνιοστρόφου δρόμου
ἐξωτέρω.

Primum versum constans ista librorum scriptura ita restituendum esse docet:

ἀλλ' ὡς ἂν εἰδῆτ', οὐ γὰρ οἶδ' ὅπῃ τελεῖ,
ὥσπερ cett.

Pro *ἐξωτέρω* — *ἔξω περᾶ* coniecit Wellauerus. Sequuntur haec:

φέρουσι γὰρ νικώμενον
φρένες δύσαρκτοι· πρὸς δὲ καρδίᾳ φόβος
ᾄδειν ἕτοιμος ἠδ' ὑπορχεῖσθαι κότῳ.

Scribendum videtur *ἡ δ'* (*καρδία*) *ὑπορχεῖσθαι κρότῳ*. Nam *κότου* mentio ab hoc loco alienissima; *κρότῳ* prosopopoeiam habet aptissimam.

Eumenid. v. 76.

ἐλῶσι γάρ σε καὶ δι' ἠπείρου μακρᾶς
βεβῶντ' (ita Med.) *ἂν αἰεὶ τὴν πλανοστιβῆ χθόνα.*

Scribe: — —, *μακραῖς*
βιβῶντ' ἄλαισι τὴν πλανοστιβῆ χθόνα.

Ibid. v. 90.

— σέβει τοι Ζεὺς τόδ' ἐκ νόμων σέβας,
ὁρμώμενον βροτοῖσιν εὐπόμπῳ τύχῃ.

Postrema verba ostendunt *σέβας* ad munus Mercurii referendum esse. Quapropter rescribo *ἐκγόνων* pro *ἐκ νόμων*. Plurali locus est, quoniam in notione, non in numero sententiae momentum inest.

Ibid. v. 287.

ἀλλ' εἴτε χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς
Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου
τίθησιν ὀρθὸν ἢ κατηρεφῆ πόδα cett.

Fortasse *κατηρεμεῖ*, quiescit.

Digitized by Google

Ibid. v. 359.

μένει γὰρ εἰ-ηχαφοί
τε καὶ τέλειοι καλῶν
τε μνήμονες σεμναί,
καὶ δυσπαρήγοροι βροτοῖς,
ἄτιμ' ἀτίετα διόμεναι
λάχη Θεῶν διχοστατοῦντ',
ἀνηλίῳ λάμπᾳ δυσοδοπαίπαλα
δερκομένοισι καὶ δυσομμάτοις ὁμῶς.

Iniuria neglecta videtur Heathii coniectura, qui *μένει* mutâvit in *μόναι*. In proximis pro v. *διόμεναι* scribendum est *δυόμεναι*. Reliqua aliter distinximus.

Digitized by Google

CAR. ERN. CHR. SCHNEIDERI

PHILOS. DR. LITTER. ANTIQ. IN UNIVERS. VRATISL.

PROF. P. O.

COMMENTATIO

DE PRIMO CAESARIS CONSULATU.

PARS PRIOR.

Digitized by Google

Digitized by Google

Etsi rerum Gaii Caesaris primum consulis memoria paullo quam prius ab eodem gestarum locupletior prodita est, tamen, quod ad iudicium de rebus pariter ac de homine faciendum maximum momentum habet, quo quaeque sint tempore et quo ordine deinceps gesta, nequaquam satis constat. Aliter enim ea Velleius Paterculus 2, 44., aliter Suetonius Iulio 20 — 22. disposuit, neque Graecis auctoribus Plutarcho Caesare 14. Catone 31 — 33. Pompeio 47. et 48. Lucullo 42, Dioni Cassio 38, 1 — 12, Appiano Civilium 2, 10 — 15. aut cum illorum alteutro aut inter ipsos ita convenit, ut horum auctoritate certam omnium ab omnibus traditorum et haud dubie proveris habendorum seriem contexere liceat. Sunt vero etiam quae, quod unum tantummodo auctorem nec ullam temporis significationem habent, eo magis quando acciderint dubites, quale est quod de Considio Plutarchus in vita Caesaris, de Lucullo Suetonius Iul. 20. refert; sunt item quae ad aliud ab alio tempus relata etiam repugnantiam inferant scripteribus, veluti quum agrum Campanum Appianus statim initio divisum a Caesare tradit, quem quidem nominatim exceptum initio Dio Cassius testatur. Sed magnae parti harum difficultatum tollendae inserviunt Ciceronis epistolae ad Atticum, libri secundi tertia cum sequentibus et una ad Quintum fratrem libri primi secunda, quarum prima paullo ante Kalendas Ianuarias, proximae quatuordecim mense Aprili et Maio, reliquae Quintili, Septili et Octobri eiusdem anni scriptae non solum quid illis mensibus et diebus in urbe gestum sit, sed etiam reliquis rebus quae tempora assignanda videantur, ostendunt. His igitur ducibus et adiutricibus, tum secundum eas scriptoribus usi, ubi vero certi nihil esset, coniectura ac probabilitate ducti res anno urbis 695. a Caesare gestas deinceps exponere instituimus, ante omnia autem de tempore epistolarum supra significato accuratius dicendum putavimus.

Digitized by Google

Att. 2, 3. scriptam diximus paullo ante Kalendas Ianuarias. Coniecturam facimus partim ex verbis eius §. 3. ed. Orell. *Venio nunc ad mensem Ianuarium*, partim ex Compitalibus in fine commemoratis, quae alias aliis, illa aetate paucis post Saturnalia diebus celebrata esse exempla docent et testimonia a Casaubono et ab Oudendorpio ad Suetonii Octav. 31. citata, in quibus Ciceronis loci sunt in Pis. 4, [1]) ubi anno urbis 696 in ipsas Kalendas Ianuarias, et Att. 7, 7, ubi anno 705 in a. d. IIII. Nonas Ian. incidisse ea docet. Atque horum locorum altero quum lectio certa et epistola ante Kal. Ian. data sit, simul docemur non initio anni tum concipi Compitalia consuevisse, nec hoc impedimento esse, quo minus altero loco, ubi lectio dubia et in parte codicum *III. Kal. Ian.*, in optimis autem in *Kal. Ian.* scriptum est, optimorum scripturam sequamur; quod qui facere dubitarunt, propterea dubitasse videntur, quod praeterea concepisse Compitalia ex Gellio 10, 24. didicissent ideoque in eum diem, quo praetor magistratum iniret, concipi non potuisse putarent. Sed omnia illo loco ita sunt comparata, ut, nisi oratoria licentia Ciceronem id, quod Piso biduo ante, quam consulatum iniret, fieri passus esset, Metellus consul designatus sub finem anni 693 non esset passus, a consule Pisone permissum dixisse aut ludos Compitalicios biduo post ipsa Compitalia factos esse statuas, non possis non *in Kal. Ian.* pro vera et genuina scriptura habere. Iam vero nihil obstare videtur, quin eundem in diem anni 695 potuerint Compitalia concipi, quem in diem anni 696 concepta fuerunt; et si Kalendae, de quibus

1) Exposui breviter consulatum meum. Aude nunc, o furia, de tuo dicere, cuius fuit initium ludi Compitalicii tum primum facti post L. Metellum et Q. Marcium consules contra auctoritatem huius ordinis, quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus consul, quum quidam tribunus plebis suo auxilio magistros ludos contra senatusconsultum facere iussisset, privatus fieri vetuit atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate: tu, quum in Kalendas Ianuarias Compitaliorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam antea praetextatus fuisset, ludos facere et praetextatum volitare passus es, hominem impurum atque non modo facie, sed etiam oculo tuo digestissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo post inspectante et tacente te a P. Clodio, fatali portento prodigioque rei publicae, lex Aelia et Fufia eversa est etc.

Digitized by Google

Att. 2, 2. [2]) agitur, Ianuariae fuerunt, invitatio illa in fine epistolae 3, *Tu pridie Compitalia memento*, potuit repetitio esse eius, quae clauditur epistola 2, *Coenes apud nos utique pridie Kalendas*. Sed enim de Kalendis ep. 2. nihil constat, nisi inter reditum Attici, qui secundum Att. 2, 1. [3]) mense Quintili reversurus fuerat, et mensem Februarium interiectas fuisse, et falluntur qui, quod Antonius non venire dicitur, quum tamen Kalendae veniant, necessario de Kalendis Ianuariis cogitandum putant, quia ex provincia venire ille debuerit. Nam de provincia Macedonia Antonius iam aliquot mensibus ante biennio exacto decesserat eamque successori tradiderat Octavio, cui mense Iunio Cicero se Atticum per litteras commendasse Att. 2, 1. [4]) scribit; et omnino Kalendae Ianuariae nihil cum reditu ex provincia commune habebant, atque illis Kalendis, quas Cicero significat, Antonium adesse propterea debuisse, quod in ius vocatus et in reos recipiendus vel iamiam accusandus esset, ex Nigidii minis intelligitur, quem ipsum Nigidium Pighius Annalium 3, 355, sine idonea ratione tribunum plebis fuisse autumat, nos iudicem quaestionis in eo, quod Antonio parabatur, iudicio futurum fuisse suspicamur, quum praetorem Nigidium anno 695 designatum fuisse Cicero Q. fr. 1, 2. [5]) doceat, aedilicios autem, inter quos anno 694 fuerit, iudices quaestionum legi solitos esse constet. Nihilo minus quod incertum esse fatemur facultate carere negamus et, si Kalendae epistolae 2. Ianuariae fuerunt et Compitalia temere in eundem diem inciderunt, tertia igitur eodem mense Decembri, quo secunda, et tamen post secundam scripta est, eo certius paullo ante Kal. Ian. scriptam tertiam habemus, quo propius etiam secunda videri debet a Kalendis afuisse propter invitationem illam, quae non multos indicat ad Kalendas fuisse dies,

2) Sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire, Antonium non venire? iudices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Velim tamen, si quid est de Antonii adventu, quod audieris, scribas ad me etc.

3) Et tamen quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos. Nam mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore. Id a tuis litteris, quas ad me de censu tuo miseras, discrepabat. §. 11.

4) Ad Octavium dedi litteras: cum ipso nihil eram locutus. §. 12.

5) Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum. §. 16.

Digitized by Google

quibus iterum scribere Attico Cicero eumque invitare ad coenam potuisset. Sin autem Kalendae illae epistolae 2. priores aliquae et Compitalia, de quibus tertia loquitur, fortasse eisdem diebus, quibus anno 693 Metello consule designato, post Saturnalia dumtaxat fuerunt, tamen tertiam consentaneum est propter eandem invitationem illam ad posteriorem Decembris partem referre. Quae sequuntur epistolae Att. 2, 4 — 17, earum sex priores Antio seu ex praedio Antiati Romam datae videntur inter a. d. IIII. Id. April. et a. d. XIIII. Kal. Maias. Nam quinta (2, 8.) scripta est vesperi a. d. XVI. Kal. Mai. eiusque initium [6]) docet, quod initio 2, 11. [7]) plane confirmatur, fere quotidie Ciceronem epistolam ab Attico accepisse, cui quin et ipse quotidie scripserit vix est quod dubitemus. Neque habent sex illae quod impediat, quo minus deinceps nulla quae perierit interiecta datas existimemus. Nam „in 2, 4. prorsus incertus de consulibus, in 5. rumorem de Pompeio et Crasso memorat; in 6. primis statim verbis provocat ad 4; in 7. de Publio compertа habet quae antea interrogavit. Omnibus hisce postponenda 8, in qua de Clodio ad 7. provocat, itinera sua perscribit (cf. 5. ext.) et Purilia futura dicit. De 9. cf. finem huius et 8. epistolae." quae verba sunt viri doctissimi, Iohannis de Graber in Quaestione de tempore atque serie epistolarum Ciceronis Sundiae 1836. editа p. 3. Et si quid est, quod suspicionem de unius duarumve interitu iniicere possit, quale nobis videtur quod 2, 12. de Pompeio ex urbe profecto [8]) et Antii cum Cicerone conversato [9]) admodum breviter significatum est,

---

6) Epistolam quum a te avide expectarem ad vesperum, ut soleo, ecce tibi nuntius pueros venisse Roma.

7) Narro tibi, plane relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. Dies enim nullus erat, Antii quum essem, quo die non melius scirem, Romae quid ageretur, quam ii, qui erant Romae. Etenim litterae tuae non solum quid Romae, sed etiam quid in re publica, neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant.

8) Quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone, quid ageretur: de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, de signifero Athenione, de litteris missis ad Gnaeum etc. §. 2.

9) Emittat ad me Publius qui obsignent: iurabo Gnaeum nostrum, collegam Balbi, Antii mihi narrasse se in auspicio fuisse. §. 1.

Digitized by Google

ante 2, 4. illam illisve datas fuisse oportebit, ut fortasse non a. d. V. sed a. d. VII. Id. April. ex urbe profectum Ciceronem statuere debeamus, superstitum quidem ratio temporis eadem maneat. Etenim Kalendas illas, quibus 2, 4. aut in Formiano se aut in Pompeiano futurum esse dicit, neque Martias cum Schützio neque Aprilea, sed Maias intelligendas esse, ex supra dictis tam certum est, Gruberum ut plane persuasum habeam quum scriberet „Kalendae, quae in 2, 4. memorantur, videntur Aprilis esse; nam longius intervallum usque ad 8. et nimia litterarum paucitas esset, si Martias cum Schützio putaremus, neque ullum vestigium epistolae inter hasce nobis amissae.“ vel calamo errante Aprilea pro Maiis scripsisse vel pro Kalendis mensem ponere et 2, 4. mense Aprili datam dicere voluisse. Itaque 2, 4. III. Id. April. 5, prid. Id., 6. Idibus, 7. XVII. Kal. Mai., 8. XVI. Kal., 9. XV. Kal. scriptam statuimus. Octo sequentium tres primae (2, 10. 11. 12.), quae sic deinceps, ut in libris positae sunt, Attico redditae videntur, et tertia quidem simul cum quarta (13.), alio sunt ordine scriptae ita, ut prima fuerit 12., Cerealibus seu a. d. XII. Kal. Mai. (qui Cerealia in a. d. XIII. incidisse putant, correctos a Caesare Fastos sequuntur) Tribus Tabernis, secunda 10, eodem die hora quarta ab Appii Foro, tertia 11, ex ipso Formiano a. d. VIII. circiter Kal. Mai. data. Parilibus enim seu a. d. X. Kal. in Formianum venire voluerat, ut 2, 8. scribit, et in 11. sibi plane relegatus videtur, postequam in Formiano sit, quoniam, nisi si quid ex praetereunte viatore exceptum sit, scire nihil eorum, quae Romae fiant, possit. Cui lamentationi exprimendae biduum in Formiano actum sufficerit. Quinque posteriorum, quae omnes ex Formiano sunt, quartam (16.) Kal. Mai. datam puto, quum pridie Kal. Attici epistolam de agro Campano accepisset, quae ei somnum ademerat: huic quin postridie responderit non dubito. Tres autem praecedentes (13. 14. 15.) a. d. VII. V. III. Kal. Mai. scriptae esse possunt, alternis diebus, ut Antiates singulis, propter distantiam duplo maiorem. Ultimam (17.) a. d. IIII. Non. Mai. datam suspicor, si tamen Atticus, qui ex 15. eum pridie Non. ex Formiano in Arpinas proficisci voluisse cognoverat, eius rei in mittendo rationem habuit. De octo reliquarum (2, 18 — 25.) tempore quaerentibus respiciendum est, quando prima data et quibus intervallis singulae scriptae videantur. Prima, sicut reliquae, scripta est

Digitized by Google

ad Atticum in Epiro versantem, quum Cicero iam aliquot eius epistolas accepisset, ut ipse initio demonstrat. Profectus autem in Epirum Atticus non ante mensem Iunium est, si Cicero vere coniecit, dum 2, 17. scribit: *Tu tamen videris mihi Romae fore ad nostrum adventum*, et si ipse ita, ut 2, 8. ostenderat, *ad Kalendas Iunias* Romam revertit. Porro in secunda (19.) ludorum Apollinarium, qui pridie Non. Quint. celebrabantur, et in quarta (21.) concionis a Pompeio a. d. VIII. Kal. Sext. habitae fit mentio. Ex his inter binas a Cicerone in Epirum missas, si paria intervalla facias, quae utique imparia esse potuerunt (sexta haud dubie longiore spatio quintam, quam septima sextam excepit), octonos vel novenos dies intercessisse et primam ineunte Quintili, ultimam sub finem Sextilis scriptam esse verisimile fit. Superest una ad Q. fr. 1, 2, cuius initio fratri in Asiam nuntiat Statium ab eo missum a. d. VIII. Kal. Nov. Romam venisse. Id cur non ante exactum Octobrem nuntiatum putemus, caussam nullam video.

His expositis ad Caesarem redeamus. Inito consulatu *primus omnium instituit, ut tam senatus, quam populi acta diurna conficerent et publicarentur.* In quo novi quum esset hoc, ut ea quoque, quae in senatu singulis senatus diebus acta essent, non minus quam quae quotidie in urbe memorabilia accidissent, publice scripta proponerentur, respicientibus id, quod primum egit in senatu Caesar, ut lex agraria admodum popularis ideoque optimatibus valde ingrata ad populum ferretur, huius potissimum et huic similium, quas parabat, rerum caussa ad terrendos senatores, simul ad semetipsum populo venditandam illud statim initio instituisse indeque post res divinas scilicet auspicatus esse magistratum, Suetonius autem, cuius verba supra posuimus, recte hinc orsus consulatus descriptionem videri debet. Neque propterea, quod nulla usquam illorum actorum mentio fit, dubitandum est quin verum tradiderit Suetonius. Enimvero si mos a Caesare institutus ad perpetui temporis observationem pertinuit et a sequentibus consulibus usque ad illum annum, quo Caesar Augustus, ut in eius vita 36. tradit Suetonius, ne acta senatus publicarentur vetuit, circiter triginta annis deinceps observatus est, non possumus non mirari, quum tantum tamque promptum memoriae publicae subsidium ab aequalibus prorsus neglectum neque aut singulorum annorum acta a quoquam commemorata, aut

Digitized by Google

omnium in unum corpus collectorum auctoritatem in libris illa aetate scriptis adhibitam videmus. Sin ea res in unum illum annum instituta et fortasse ne hoc quidem usque observata, sed discordiae caussa inter Caesarem et Bibulum exortae interrupta et ab insequentium annorum consulibus non constanter usurpata est, facile fieri potuit, ut neque Ciceroni neque ulli aequalium, quorum scripta supersunt, commemorandi locus daretur. Atque hoc potius, quam illo modo, rem se habuisse quum ex ipsis Suetonii verbis et ex eo, quod primus *omnium* Caesar consul id instituisse dicitur, tum ex nonnullis Ciceronis epistolis apparet, quarum in una Att. 3, 15. [10]) exsul de rebus in senatu actis sic dubitanter scribit, ut scribere non potuisset, si publicata eo anno acta fuissent. Et tamen consules erant Piso et Gabinius, Caesaris partibus addicti, quos nullo modo credibile est rei, quam Caesar in perpetuum instituisset, primos auctoritatem derogavisse.

Item ad principium anni pertinere videtur quod eodem Suetonio teste *antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur.* Sive enim Bibulus sive ipse prior fasces habuit, qua de re infra dicemus, consentaneum est more illo antiquo, quem relaturus esset, statim initio anni vel esse usum vel usurum se suo mense ostendisse, si forte collegae idem placeret.

Scilicet concordissime cum Bibulo, cui optimates ut eius ex aedilitate et praetura inimicissimo [11]) et petendi consulatus auctores et potiendi per largitionem adiutores [12]) se praebue-

10) In senatu rem probe scribis actam. Sed quid Curio? An illam orationem non legit? quae unde sit prolata, nescio. Sed Axius eiusdem diei scribens ad me acta non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid praetermittere: tu nisi quod erat profecto non scripsisti. §. 3.

11) Is (Bibulus) iracundia summa erat inimicitiasque habebat etiam privatas cum Caesare ex aedilitate et praetura conceptas. Caesar Civ. 3. 16, §. 3.

12) E duobus consulatus competitoribus, L. Lucceio M. que Bibulo, Lucceium sibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re optimates, quos metus ceperat nihil non ausurum eum in summo magistratu concordi et consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicen-

Digitized by Google

[illegible] [illegible] [illegible] [

Ianuario eam propositum iri sciebat [17]), Dio autem docet [18]) identidem in senatu actum de ea esse et adversarios semper se auctores futuros pollicendo et tamen nihil praestando rem protraxisse. Itaque non a vero abhorrens statuerimus, si, cuius legis Caesar magnam exspectationem movisset, et quam ipse populo gratissimam fore speraret, optimatibus autem displicituram et multum difficultatis ac moras habituram facile praevideret, eam quam primum senatui ab eo propositam statuemus.

Quam diu Caesar legem senatui approbare contenderit, incertum est, sed ultra mensem Ianuarium dedisse operam, quam frustra dabat, non videtur. Nam in senatu re ita, ut a Dione significatum diximus, aliquamdiu acta, Catone vero simpliciter nova lege opus esse negante hunc Caesar in carcerem duci iussit; mox haud gravate euntem, quum multi senatorum sequerentur in eisque M. Petreius, quod nondum misso senatu discederet, correptus malle se in carcere cum Catone, quam cum Caesare in curia esse diceret, una cum senatu dimisit legemque, quoniam ipsi auctores fieri nollent, ad populum sese laturum esse denuntiavit. Convocato deinde populo primum in concione Bibulum interrogavit, an legem improbaret. Ille nihil, nisi se consulem novari quicquam non passurum, respondere et Caesare Caesarisque hortatu etiam populo ne legem impediret deprecantibus hoc quidem anno, etiamsi omnes velint, non habituros affirmare: his dictis e medio discedere. Tum Caesar Pompeium et Crassum productos quid sentirent de lege dicere iussit, et Pompeius quidem oratione habita, qua omnia capita legis laudibus efferebat, interrogatus a Caesare, an igitur opem contra adversarios laturus esset legi, atque id ipsum ut faceret a populo Caesaris iussu oratus, adversus gladium sumentes se etiam scutum sumpturum dixit, Crassus autem eadem sibi, quae Pompeio, videri professus est. Quorum consensio eo

17) Venio nunc ad mensem Ianuarium —. Est res sane magni consilii. Nam aut fortiter resistendum est legi agrariae, in quo est quaedam dimicatio, sed plena laudis; aut quiescendum, quod est non dissimile atque ire in Solonium aut Antium; aut etiam adiuvandum, quod a me aiunt Caesarem sic exspectare, ut non dubitet. Att. 2, 3.

18) *Ἐπηγγέλλοντο μὲν αὐτῷ προβουλεύσειν, ἐποίουν δὲ οὐδὲν ἀλλὰ διατρίβαι καὶ ἀναβολαὶ τηνάλλως ἐγίγνοντο.* 38, 2. extr.

Digitized by Google

Digitized by Google

Etsi rerum Gaii Caesaris primum consulis memoria paullo quam prius ab eodem gestarum locupletior prodita est, tamen, quod ad iudicium de rebus pariter ac de homine faciendum maximum momentum habet, quo quaeque sint tempore et quo ordine deinceps gesta, nequaquam satis constat. Aliter enim ea Velleius Paterculus 2, 44., aliter Suetonius Iulio 20—22. disposuit, neque Graecis auctoribus Plutarcho Caesare 14. Catone 31—33. Pompeio 47. et 48. Lucullo 42, Dioni Cassio 38, 1—12, Appiano Civilium 2, 10—15. aut cum illorum alterutro aut inter ipsos ita convenit, ut horum auctoritate certam omnium ab omnibus traditorum et haud dubie proveris habendorum seriem contexere liceat. Sunt vero etiam quae, quod unum tantummodo auctorem nec ullam temporis significationem habent, eo magis quando acciderint dubitas, quale est quod de Considio Plutarchus in vita Caesaris, de Lucullo Suetonius Iul. 20. refert; sunt item quae ad aliud ab alio tempus relata etiam repugnantiam inferant scriptoribus, veluti quum agrum Campanum Appianus statim initio divisum a Caesare tradit, quem quidem nominatim exceptum initio Dio Cassius testatur. Sed magnae parti harum difficultatum tollendae inserviunt Ciceronis epistolae ad Atticum, libri secundi tertia cum sequentibus et una ad Quintum fratrem libri primi secunda, quarum prima paullo ante Kalendas Ianuarias, proximae quatuordecim mense Aprili et Maio, reliquae Quintili, Septili et Octobri eiusdem anni scriptae non solum quid illis mensibus et diebus in urbe gestum sit, sed etiam reliquis rebus quae tempora assignanda videantur, ostendunt. His igitur ducibus et adiutricibus, tum secundum eas scriptoribus usi, ubi vero certi nihil esset, coniectura ac probabilitate ducti res anno urbis 695. a Caesare gestas deinceps exponere instituimus, ante omnia autem de tempore epistolarum supra significato accuratius dicendum putavimus.

Digitized by Google

Att. 2, 3. scriptam diximus paullo ante Kalendas Ianuarias. Coniecturam facimus partim ex verbis eius §. 3. ed. Orell. *Venio nunc ad mensem Ianuarium*, partim ex Compitalibus in fine commemoratis, quae alias aliis, illa aetate paucis post Saturnalia diebus celebrata esse exempla docent et testimonia a Casaubono et ab Oudendorpio ad Suetonii Octav. 31. citata, in quibus Ciceronis loci sunt in Pis. 4, [1]) ubi anno urbis 696 in ipsas Kalendas Ianuarias, et Att. 7, 7, ubi anno 705 in a. d. IIII. Nonas Ian. incidisse ea docet. Atque horum locorum altero quum lectio certa et epistola ante Kal. Ian. data sit, simul docemur non initio anni tum concipi Compitalia consuevisse, nec hoc impedimento esse, quo minus altero loco, ubi lectio dubia et in parte codicum *III. Kal. Ian.*, in optimis autem *in Kal. Ian.* scriptum est, optimorum scripturam sequamur; quod qui facere dubitarunt, propterea dubitasse videntur, quod praetorem concepisse Compitalia ex Gellio 10, 24. didicissent ideoque in eum diem, quo praetor magistratum iniret, concipi non potuisse putarent. Sed omnia illo loco ita sunt comparata, ut, nisi oratoria licentia Ciceronem id, quod Piso biduo ante, quam consulatum iniret, fieri passus esset, Metellus consul designatus sub finem anni 693 non esset passus, a consule Pisone permissum dixisse aut ludos Compitalicios biduo post ipsa Compitalia factos esse statuas, non possis non *in Kal. Ian.* pro vera et genuina scriptura habere. Iam vero nihil obstare videtur, quin eundem in diem anni 695 potuerint Compitalia concipi, quem in diem anni 696 concepta fuerunt; et si Kalendae, de quibus

1) Exposui breviter consulatum meum. Aude nunc, o furia, de tuo dicere, cuius fuit initium ludi Compitalicii tum primum facti post L. Metellum et Q. Marcium consules contra auctoritatem huius ordinis, quos Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna bellua conferam) sed ille designatus consul, quum quidam tribunus plebis suo auxilio magistros ludos contra senatusconsultum facere iussisset, privatus fieri vetuit atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate: tu, quum in Kalendas Ianuarias Compitaliorum dies incidisset, Sex. Clodium, qui nunquam antea praetextatus fuisset, ludos facere et praetextatum volitare passus es, hominem impurum atque non modo facie, sed etiam oculo tuo digeissimum. Ergo his fundamentis positis consulatus tui triduo post inspectante et tacente te a P. Clodio, fatali portento prodigioque rei publicae, lex Aelia et Fufia eversa est etc.

Digitized by Google

Att. 2, 2, 2) agitur, Ianuariae fuerunt, invitatio illa in fine epistolae 3, *Tu pridie Compitalia memento*, potuit repetitio esse eius, qua clauditur epistola 2, *Coenes apud nos utique pridie Kalendas*. Sed enim de Kalendis ep. 2. nihil constat, nisi inter reditum Attici, qui secundum Att. 2, 1. 3) mense Quintili reversurus fuerat, et mensem Februarium interiectus fuisse, et falluntur qui, quod Antonius non venire dicitur, quum tamen Kalendae veniant, necessario de Kalendis Ianuariis cogitandum putant, quia ex provincia venire ille debuerit. Nam de provincia Macedonia Antonius iam aliquot mensibus ante biennio exacto decesserat eamque successori tradiderat Octavio, cui mense Iunio Cicero se Atticum per litteras commendasse Att. 2, 1. 4) scribit; et omnino Kalendae Ianuariae nihil cum reditu ex provincia commune habebant, atque illis Kalendis, quas Cicero significat, Antonium adesse propterea debuisse, quod in ius vocatus et in reos recipiendus vel iamiam accusandus esset, ex Nigidii minis intelligitur, quem ipsum Nigidium Pighius Annalium 3, 355, sine idonea ratione tribunum plebis fuisse autumat, nos iudicem quaestionis in eo, quod Antonio parabatur, iudicio futurum fuisse suspicamur, quum praetorem Nigidium anno 695 designatum fuisse Cicero Q. fr. 1, 2. 5) docet, aedilicios autem, inter quos anno 694 fuerit, iudices quaestionum legi solitos esse constet. Nihilo minus quod incertum esse fatemur facultate carere negamus et, si Kalendae epistolae 2. Ianuariae fuerunt et Compitalia tertiae in eundem diem inciderunt, tertia igitur eodem mense Decembri, quo secunda, et tamen post secundam scripta est, eo certius paullo ante Kal. Ian. scriptam tertiam habemus, quo propius etiam secunda videri debet a Kalendis afuisse propter invitationem illam, quae non multos indicat ad Kalendas fuisse dies,

2) Sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire, Antonium non venire? iudices cogi? Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. Velim tamen, si quid est de Antonii adventu, quod audieris, scribas ad me etc.

3) Et tamen quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos. Nam mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore. Id a tuis litteris, quas ad me de censu tuo miseras, discrepabat. §. 11.

4) Ad Octavium dedi litteras: cum ipso nihil eram locutus. §. 12.

5) Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum. §. 16.

Digitized by Google

quibus iterum scribere Attico Cicero eumque invitare ad coenam potuisset. Sin autem Kalendae illae epistolae 2. priores aliquae et Compitalia, de quibus tertia loquitur, fortasse eisdem diebus, quibus anno 693 Metello consule designato, post Saturnalia duntaxat fuerunt, tamen tertiam consentaneum est propter eandem invitationem illam ad posteriorem Decembris partem referre. Quae sequuntur epistolae Att. 2, 4 — 17, earum sex priores Antio seu ex praedio Antiati Romam datae videntur inter a. d. IIII. Id. April. et a. d. XIIII. Kal. Maias. Nam quinta (2, 8.) scripta est vesperi a. d. XVI. Kal. Mai. eiusque initium [6]) docet, quod initio 2, 11. [7]) plane confirmatur, fere quotidie Ciceronem epistolam ab Attico accepisse, cui quin et ipse quotidie scripserit vix est quod dubitemus. Neque habent sex illae quod impediat, quo minus deinceps nulla quae perierit interiecta datas existimemus. Nam „in 2, 4. prorsus incertus de consulibus, in 5. rumorem de Pompeio et Crasso memorat; in 6. primis statim verbis provocat ad 4; in 7. de Publio compertа habet quae antea interrogavit. Omnibus hisce postponenda 8, in qua de Clodio ad 7. provocat, itinera sua perscribit (cf. 5. ext.) et Purilia futura dicit. De 9. cf. finem huius et 8. epistolae." quae verba sunt viri doctissimi, Iohannis de Gruber in Quaestione de tempore atque serie epistolarum Ciceronis Sondiae 1836. editа p. 3. Et si quid est, quod suspicionem de unius duarumve interitu inficere possit, quale nobis videtur quod 2, 12. de Pompeio ex urbe profecto [8]) et Antii cum Cicerone conversato [9]) admodum breviter significatum est,

---

6) Epistolam quum a te avide exspectarem ad vesperum, ut soleo, ecce tibi nuntius pueros venisse Roma.

7) Narro tibi, plane relegatus mihi videor, posteaquam in Formiano sum. Dies enim nullus erat, Antii quum essem, quo die non melius scirem, Romae quid ageretur, quam ii, qui erant Romae. Etenim litterae tuae non solum quid Romae, sed etiam quid in re publica, neque solum quid fieret, verum etiam quid futurum esset, indicabant.

8) Quanto magis vidi ex tuis litteris, quam ex illius sermone, quid ageretur: de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, de lituis βοώπιδος, de signifero Athenione, de litteris missis ad Gnaeum etc. §. 2.

9) Emittat ad me Publius qui obsignent: iurabo Gnaeum nostrum, collegam Balbi, Antii mihi narrasse se in auspicio fuisse. §. 1.

Digitized by Google

ante 2, 4. illam illasve datas fuisse oportebit, ut fortasse non a. d. V. sed a. d. VII. Id. April. ex urbe profectum Ciceronem statuere debeamus, superstitum quidem ratio temporis eadem maneat. Etenim Kalendas illas, quibus 2, 4. aut in Formiano se aut in Pompeiano futurum esse dicit, neque Martias cum Schützio neque Apriles, sed Maias intelligendas esse, ex supra dictis tam certum est, Gruberum ut plane persuasum habeam quum scriberet „Kalendae, quae in 2, 4. memorantur, videntur Aprilis esse; nam longius intervallum usque ad 8. et nimia litterarum pausitas esset, si Martias cum Schützio putaremus, neque ullum vestigium epistolae inter hasce nobis amissae.“ vel calamo errante Aprilis pro Maiis scripsisse vel pro Kalendis mensem ponere et 2, 4. mense Aprili datam dicere voluisse. Itaque 2, 4. III. Id. April. 5, prid. Id., 6. Idibus, 7. XVII. Kal. Mai., 8. XVI. Kal., 9. XV. Kal. scriptam statuimus. Octo sequentium tres primae (2, 10. 11. 12.), quae sic deinceps, ut in libris positae sunt, Attico redditae videntur, et tertia quidem simul cum quarta (13.), alio sunt ordine scriptae ita, ut prima fuerit 12., Cerealibus seu a. d. XII. Kal. Mai. (qui Cerealia in a. d. XIII. incidisse putant, correctos a Caesare Fastos sequuntur) Tribus Tabernis, secunda 10, eodem die hora quarta ab Appii Foro, tertia 11, ex ipso Formiano a. d. VIII. circiter Kal. Mai. data. Parilibus enim seu a. d. X. Kal. in Formianum venire voluerat, ut 2, 8. scribit, et in 11. sibi plane relegatus videtur, posteaquam in Formiano sit, quoniam, nisi si quid ex praetereunte viatore exceptum sit, scire nihil eorum, quae Romae fiant, possit. Cui lamentationi exprimendae biduum in Formiano actum sufficerit. Quinque posteriorum, quae omnes ex Formiano sunt, quartam (16.) Kal. Mai. datam puto, quum pridie Kal. Attici epistolam de agro Campano accepisset, quae ei somnum ademerat: huic quin postridie responderit non dubito. Tres autem praecedentes (13. 14. 15.) a. d. VII. V. III. Kal. Mai. scriptae esse possunt, alternis diebus, ut Antiates singulis, propter distantiam duplo maiorem. Ultimam (17.) a. d. IIII. Non. Mai. datam suspicor, si tamen Atticus, qui ex 15. eum pridie Non. ex Formiano in Arpinas proficisci voluisse cognoverat, eius rei in mittendo rationem habuit. De octo reliquarum (2, 18—25.) tempore quaerentibus respiciendum est, quando prima data et quibus intervallis singulae scriptae videantur. Prima, sicut reliquae, scripta est

Digitized by Google

ad Atticum in Epiro versantem, quum Cicero tum aliquot eius epistolas accepisset, ut ipse initio demonstrat. Profectus autem in Epirum Atticus non ante mensem Iunium est, si Cicero vere coniecit, dum 2, 17. scribit: *Tu tamen videris mihi Romae fore ad nostrum adventum*, et si ipse ita, ut 2, 8. ostenderat, *ad Kalendas Iunias* Romam revertit. Porro in secunda (19.) ludorum Apollinarium, qui pridie Non. Quint. celebrabantur, et in quarta (21.) concionis a Pompeio a. d. VIII. Kal. Sext. habitae fit mentio. Ex his inter binas a Cicerone in Epirum missas, si paria intervalla facias, quae utique imparia esse potuerunt (sexta haud dubie longiore spatio quintam, quam septima sextam excepit), octonos vel novenos dies intercessisse et primam ineunte Quintili, ultimam sub finem Sextilis scriptam esse verisimile fit. Superest una ad Q. fr. 1, 2, cuius initio fratri in Asiam nuntiat Statium ab eo missum a. d. VIII. Kal. Nov. Romam venisse. Id cur non ante exactum Octobrem nuntiatum putemus, caussam nullam video.

His expositis ad Caesarem redeamus. Inito consulatu *primus omnium instituit, ut tam senatus, quam populi acta diurna conferent et publicarentur.* In quo novi quum esset hoc, ut ea quoque, quae in senatu singulis senatus diebus acta essent, non minus quam quae quotidie in urbe memorabilia accidissent, publice scripta proponerentur, respicientibus id, quod primum egit in senatu Caesar, ut lex agraria admodum popularis ideoque optimatibus valde ingrata ad populum ferretur, huius potissimum et huic similium, quas parabat, rerum caussa ad terrendos senatores, simul ad semetipsum populo venditandum illud statim initio instituisse indeque post res divinas scilicet auspicatus esse magistratum, Suetonius autem, cuius verba supra posuimus, recte hinc orsus consulatus descriptionem videri debet. Neque propterea, quod nulla usquam illorum actorum mentio fit, dubitandum est quin verum tradiderit Suetonius. Enimvero si mos a Caesare institutus ad perpetui temporis observationem pertinuit et a sequentibus consulibus usque ad illum annum, quo Caesar Augustus, ut in eius vita 36. tradit Suetonius, ne acta senatus publicarentur vetuit, circiter triginta annis deinceps observatus est, non possumus non mirari, quum tantum tamque promptum memoriae publicae subsidium ab aequalibus prorsus neglectum neque aut singulorum annorum acta a quoquam commemorata, aut

Digitized by Google

omnium in unum corpus collectorum auctoritatem in libris illa aetate scriptis adhibitam videmus. Sin ea res in unum illum annum instituta et fortasse ne hoc quidem usque observata, sed discordiae caussa inter Caesarem et Bibulum exortae interrupta et ab insequentium annorum consulibus non constanter usurpata est, facile fieri potuit, ut neque Ciceroni neque ulli aequalium, quorum scripta supersunt, commemorandi locus daretur. Atque hoc potius, quam illo modo, rem se habuisse quum ex ipsis Suetonii verbis et ex eo, quod primus *omnium* Caesar consul id instituisse dicitur, tum ex nonnullis Ciceronis epistolis apparet, quarum in una Att. 3, 15. [10]) exsul de rebus in senatu actis sic dubitanter scribit, ut scribere non potuisset, si publicata eo anno acta fuissent. Et tamen consules erant Piso et Gabinius, Caesaris partibus addicti, quos nullo modo credibile est rei, quam Caesar in perpetuum instituisset, primos auctoritatem derogavisse.

Item ad principium anni pertinere videtur quod eodem Suetonio teste *antiquum etiam retulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur.* Sive enim Bibulus sive ipse prior fasces habuit, qua de re infra dicemus, consentaneum est more illo antiquo, quem relaturus esset, statim initio anni vel esse usum vel usurum se suo mense ostendisse, si forte collegae idem placeret.

Scilicet concordissime cum Bibulo, cui optimates ut eius ex aedilitate et praetura inimicissimo [11]) et petendi consulatus auctores et potiendi per largitionem adiutores [12]) se praebue-

10) In senatu rem probe scribis actam. Sed quid Curio? An illam orationem non legit? quae unde sit prolata, nescio. Sed Axius eiusdem diei scribens ad me acta non ita laudat Curionem. At potest ille aliquid praetermittere: tu nisi quod erat profecto non scripsisti. §. 3.

11) Is (Bibulus) iracundia summa erat inimicitiasque habebat etiam privatas cum Caesare ex aedilitate et praetura conceptas. Caesar Civ. 3. 16, §. 3.

12) E duobus consulatus competitoribus, L. Lucceio M. que Bibulo, Lucceium sibi adiunxit, pactus, ut is, quoniam inferior gratia esset pecuniaque polleret, nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognita re optimates, quos metus ceperat nihil non ausurum eum in summo magistratu concordi et consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantundem pollicen-

Digitized by Google

rant, et cum ipsis optimatibus rem publicam se administraturum esse ostendebat atque de concordia orationem in senatu ad Bibulum habuit, quam Appianus, postquam statim a designatione contentiones inter eos fuisse et utrumque armatam contra alterum parasse manum tradidit, commemorat [13]). Hanc orationem pariter atque illa, de quibus supra dictum est, ad initium anni referimus, quippe eodem relatam ab Appiano et egregie cum eis conspirantem, quae sub idem tempus eum in senatu fecisse Dio auctor est.

Nam quum saepe optimatibus confirmasset nihil se promulgaturum esse, quod non ipsis quoque utile foret, legemque scripsisset agrariam, qua universum agrum publicum praeter Campanum, qui propter fertilitatem excipiebatur, et reliqui quantum possessores pretio secundum aestimationem in censu factam publice numerando vendere vellent, per viginti viros omnibus civibus egenis dividebat, eam legem in senatu recitavit et nominatim unumquemque interrogavit, numquid reprehenderet, quae displicerent se vel mutaturum vel omnino inducturum promittens [14]). Id ipsis Kalendis Ianuariis, quo die eum senatum habuisse et sententias interrogavisse Suetonius ostendit [15]), factum videtur. Nam agrariam legem consentientes cum Dione Suetonius, Appianus et Plutarchus primo loco in huius anni rebus ad universam rem publicam pertinentibus referunt, eorumque fidem firmat Cicero Att. 2, 16, et ipse primam hanc actionem Caesaris ponens [16]). Sed idem Cicero iam ante Kalendas Ianuarias legem cognitam habebat et mense

---

di, ac plerique pecunias contulerunt ne Catone quidem abnuente eam largitionem e re publica fieri. Suetou. Iul. 19.

13) *Καὶ εὐθὺς αὐτῶν ἦσαν ἔριδές τε καὶ ὅπλων ἐπ' ἀλλήλους ἰδίᾳ παρασκευαί. δεινὸς δ' ὢν ὁ Καῖσαρ ὑποκρίνεσθαι λόγους ἐν τῇ βουλῇ περὶ ὁμονοίας διέθετο πρὸς Βίβλον, ὡς τὰ κοινὰ λυπήσοντες, εἰ διαφέροιντο.* 2, 10.

14) Dio 38, 1. 2.

15) Ac post novam affinitatem Pompeium primum rogare sententiam coepit, quum Crassum soleret, essetque consuetudo, ut quem ordinem interrogandi sententias consul Kalendis Ianuariis instituisset, eum toto anno conservaret. 21.

16) Nam adhuc (Pompeius) haec *ἐνοφλίζετο*: se leges Caesaris probare, actiones ipsum praestare debere; agrariam legem sibi placuisse etc. Att. 2, 16, §. 2.

Digitized by Google

Ianuario eam propositum iri sciebat [17]), Dio autem docet [18]) identidem in senatu actum de ea esse et adversarios semper se auctores futuros pollicendo et tamen nihil praestando rem protraxisse. Itaque non a vero abhorrens statuerimus, si, cuius legis Caesar magnam exspectationem movisset, et quam ipse populo gratissimam fore speraret, optimatibus autem displicituram et multum difficultatis ac morae habituram facile praevideret, eam quam primum senatui ab eo propositam statuemus.

Quam diu Caesar legem senatui approbare contenderit, incertum est, sed ultra mensem Ianuarium dedisse operam, quam frustra dabat, non videtur. Nam in senatu re ita, ut a Dione significatum diximus, aliquamdiu acta, Catone vero simpliciter nova lege opus esse negante hunc Caesar in carcerem duci iussit; mox haud gravate euntem, quum multi senatorum sequerentur in eisque M. Petreius, quod nondum misso senatu discederet, correptus malle se in carcere cum Catone, quam cum Caesare in curia esse diceret, una cum senatu dimisit legemque, quoniam ipsi auctores fieri nollent, ad populum sese laturum esse denuntiavit. Convocato deinde populo primum in concione Bibulum interrogavit, an legem improbaret. Ille nihil, nisi se consulem novari quicquam non passurum, respondere et Caesare Caesarisque hortatu etiam populo ne legem impediret deprecantibus hoc quidem anno, etiamsi omnes velint, non habituros affirmare: his dictis e medio discedere. Tum Caesar Pompeium et Crassum productos quid sentirent de lege dicere iussit, et Pompeius quidem oratione habita, qua omnia capita legis laudibus efferebat, interrogatus a Caesare, an igitur opem contra adversarios laturus esset legi, atque id ipsum ut faceret a populo Caesaris iussu oratus, adversus gladium sumentes se etiam scutum sumpturum dixit, Crassus autem eadem sibi, quae Pompeio, videri professus est. Quorum consensio eo

---

17) Venio nunc ad mensem Ianuarium —. Est res sane magni consilii. Nam aut fortiter resistendum est legi agrariae, in quo est quaedam dimicatio, sed plena laudis; aut quiescendum, quod est non dissimile atque ire in Solonium aut Antium; aut etiam adiuvandum, quod a me aiunt Caesarem sic exspectare, ut non dubitet. Att. 2, 3.

18) *Ἐπηγγέλλοντο μὲν ἀεὶ αὐτῷ προβουλεύσειν, ἐποίουν δὲ οὐδέν, ἀλλὰ διατριβαὶ καὶ ἀναβολαὶ τηνάλλως ἐγίγνοντο.* 38, 2. extr.

Digitized by Google

maiorem auctoritatem habebat, quod inimici Caesaris esse putabantur, ita ut etiam ii, quibus lex displicebat, ad eam probandam moverentur. Bibulus tamen tres tribunos plebis adiutores nactus resistere perseveravit ac postremo omnibus reliquis anni diebus de coelo se servaturum pronuntiat. Nihilo minus Caesar perferendae legi diem praestituit et noctu foro a plebe occupato pro Castoris aede concionem habet. Bibulus eodem cum suis per turbam partim verecundia, partim quod non adversaturum putabant, cedentium enisus concionanti obloquitur, sed per gradus deiectus fascibus fractis tribunis vulneratis vix salvus evadit. Lex perfertur. Haec a Dione sic deinceps narrata finem habuisse necesse est antequam Cicero urbem reliquit. Ita enim de lege agraria, ut de re confecta, loquitur in illa ad Atticum epistola 2, 16, ubi primum ei locum assignat inter Caesaris actiones malas quidem illas et reprehendendas, sed aliquanto tamen tolerabiliores minusque assentienti Pompeio exprobrandas, quam quae tum ferretur a Caesare lex de agro Campano dividundo. Quamquam fatendum est quum in hac ipsa Ciceronis epistola, tum alibi exstare quae docere videantur legem Campanam non tamquam novam et ab agraria diversam et pariter cum ea observandam a Caesare latam, sed eius in locum ab ipso substitutam esse, postquam agrariae constanter intercedi eamque nullo modo optimatibus probari posse intellexisset, agrariam igitur in Campanam quasi abisse, et quae de turbis ob illam exortis tradita sint a scriptoribus, ea ad hanc pertinere, cuius quum primam mentionem exeunte Aprili factam esse constet, turbas illas ad initium Maii referendas, confirmationem autem legis et quae proxime eam secuta sint, reverso demum in urbem Cicerone accidisse ideoque eius in epistolis nullam eorum commemorationem inveniri. Nam quod Att. 2, 16. incommodi ex lege agraria fluxisse dicatur, quod Pompeio, quia praevideri ab eo nec debuerit nec potuerit, crimini verti nequeat, id si comparetur cum eis, quae de legibus ad Aegyptum et ad publicanos pertinentibus ibidem dicta sint [19]), levius

19) Agrariam legem sibi placuisse: potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere; de rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici: Bibulus de coelo tum servasset necne, sibi quaerendum non fuisse; de publicanis voluisse illi ordini commodare: quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. Cf. adnot. 16.

Digitized by Google

neque ejusmodi esse, ut ab teste aut gnaro illorum, quae Bibulo secundum Dionem [20]) acciderant, dictum videri possit. De Caesaris consilio autem, quod in lege Campana secutus sit, initio eiusdem epistolae collato cum praecedente epistola [21]) talem significationem dari, ut agrariam recusantibus satisfacere voluisse censendus sit, quod nisi sublata agraria facturum se sperare non potuerit; et vere sublatam eam a Cicerone quoque declarari partim eo, quod ibidem [22]) Campana prolata videri dicat omnem exspectationem largitionis agrariae in agrum Campanum esse derivatam: manente enim agraria priore ab ea non minus, quam a Campana largitionem exspectari potuisse; partim eo, quod speret [23]), quia ager Campanus non amplius hominum quinque milia sustinere possit, fore ut reliqua omnis multitudo abalienetur a potentibus; id enim non aliter sperari potuisse, nisi abrogata lege illa, quae universum agrum publicum et quantum venale esset privati egenis omnibus divideret. Ad haec, quae in coniectura posita sunt, testimonia accedunt scriptorum, Velleii Paterculi, qui unam tantum legem agrariam eamque Campanam a Caesare latam in primo consulatu nosse videtur, quam 2, 44. ita scribat: *In hoc consulatu Caesar legem tulit, ut ager Campanus plebei divideretur, suasore legis Pompeio.* et 45. de exsilio Ciceronis: *Hoc sibi contraxisse videbatur Cicero, quod inter vigintiviros dividendo agro Campano esse noluisset*; et Appiani, qui 2, 10. etiam Campani agri divisionem a Caesare in senatu primum propositam [24]),

---

20) *Λύτός τε κατὰ τῶν ἀναβασμῶν ἐώσθη καὶ αἱ ῥάβδοι αὐτοῦ συνετρίβησαν, πληγάς τε καὶ τραύματα ἄλλοι τε καὶ οἱ δήμαρχοι ἔλαβον.* 38, 6.

21) Illud tamen explicare non possunt, quidnam invenire possit nullo recusante ad facultatem agrariam. 2, 15, §. 1. quod superioribus litteris scripseras ex familiari te illius audisse prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret. 2, 16, §. 1.

22) Deinde, ut me egomet consoler, omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum Campanum videtur esse derivata. 2, 16, §. 1.

23) Qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque milia potest sustinere: reliqua omnis multitudo ab illis abalienetur necesse est. 2, 16, §. 1.

24) *Νόμους ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βουλευτήριον ἐσέφερε καὶ γῆν αὐτοῖς διένεμε καὶ τὴν ἀριστεύουσαν αὐτῆς μάλιστα περὶ Καυήνην, ἢ ἐς τὰ κοινὰ διεμισθοῦτο, τοῖς οὔπω πατράσι παίδων τριῶν.* Nam ita, inserta ex Schweighaeuseri coniectura littera una, scribendum videtur. Codices ἢ omittunt.

Digitized by Google

deinde resistentibus patribus ad populum latam esse eaque facta in concione illa, quae Bibulo acciderunt, accidisse narrat. Contra Dio perlata priore lege atque manente insuper agrum Campanum eis, quibus terni pluresve liberi essent, divisum tradit [25]), cui et Plutarchus Cat. 32. et Suetonius suffragantur, dum Campani agri divisionem secundo loco ponunt, priorem autem legem per vim perlatam, plane ut Dio, sublatam vero aut tacite aut palam non magis, quam quisquam alius, significant. Neque causa fuisse videtur, cur Caesar legem tolleret, quae ei tantam pecuniae publicae et tot milia civium devinciendi potestatem dabat. Quod si tamen fecit et eius in locum Campanam substituit ita, ut reliquus ager publicus Italiae integer maneret, quo modo Cicero Att. 2, 16. agro Campano diviso nullum praeter vicesimam vectigal domesticum superesse dixit? num oblitus eorum, quae ipse contra Rullum 2, 14. et 18. et 3, 4. [26]) oravit? aut quo modo lex Campana, si ea priorem agrariam sustulit, ut ipsa iam unica lex Iulia agraria esset, execrationem habere potuit in concione candidatorum, si mentionem fecissent quo aliter ager possideretur atque ut ex *legibus Iuliis*, quod ita esse Cicero Att. 2, 18. scribit? Quod autem ad Velleium et Appianum pertinet, illius silentium de lege agraria priore non magis, quam de reliquis, quas praetermisit, Caesaris actionibus dubitationem iniicere debet; huius vero fidei tam certo derogat Ciceronis de agro Campano pridie Kal. Mai. certioris facti consternatio, ut parum diligenter hac in re narranda versatus esse putandus sit; et tamen huic quoque non una tantum Caesaris lex agraria cognita videtur fuisse, quum *leges* ab eo dicat pauperum gratia latas [27]), sicut et Livii Epit. 103. *leges agrariae* latae a Caesare consule dicuntur. Nec prorsus desunt insequente tempore vestigia prioris legis,

---

25) Ὁ τε οὖν νόμος οὗτος ἐπυρώθη καὶ πρακτὸς καὶ ἡ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τρία τε πλείω τε ἔτη τέκνα ἔχουσιν ἐδόθη. 38, 7.

26) Datur igitur eis (decemviris, quos Rullus constituebat) primum, ut liceat eis vendere omnia, de quibus vendendis senatusconsulta facta sunt M. Tullio, Cn. Cornelio consulibus etc. 2, 14. Recita de legis scripto populi Romani auctionem etc. 18. Italiae, Siciliae ceterarumque provinciarum possessiones venales ac proscriptas hac lege video: vestra sunt praedia, vestrae possessiones: resistam atque repugnabo etc. 3, 4.

27) V. adnot. 24.

Digitized by Google

quamquam eorum, quae Goesius [28]) satis multa deprehendisse sibi visus est, ex quibus capita eius undecimum, duodecimum et quatuor sequentia coniunxit [29]) (reliqua fere ex Dione petita sunt) [30]), haud scio an nullum pro certo habendum, sed omnia ad dictatorem Caesarem veteranos remunerantem referenda sint [31]). Sed ipso Cicerone teste Fam. 13, 4. *Caesar*

28) Rei agrariae auctores legesque variae. Quaedam nunc primum, caetera emendatiora prodeunt cura *Wilelmi Goesii*, cuius accedunt indices, antiquitates agrariae et notae: una cum *Nicolai Rigaltii* notis et observationibus, nec non glossario eiusdem. Amstelredami 1674. 4. p. 351. sq.

29) Caput undecimum: Quicunque ager hac lege cancellabitur, in centurias quadratas ducentenum iugerum per Decumanos et Cardines dividitor.

duodecimum: Omnibus autem limitibus tam Cardinibus quam Decumanis termini, qui recturas linearum indicent, locantor, praeter eos qui numerum centuriarum monstrant.

tertium decimum: Inter quos et medii Epipedonici constituuntor.

quartum decimum: Quicunque terminos statutos extra suum gradum finesve moverit dolo malo, in terminos singulos, quotiescunque fecerit, aureos quinquaginta in publico eius coloniae, in cuius agro id factum erit, dare damnas esto.

quintum decimum: Per actuarios limites, sicut per viam publicam, ire, agere unicuique ius esto.

sextum decimum: Monumenta sepulchrave, quae post haec in agris hac lege divisis assignatis constituentur, iuxta Decumanos et Cardines, qui centurias terminabunt, vicemque viae publicae obtinent, collocantor.

30) Exceptis sexto et septimo: Praeter hanc (pecuniam captivam) a tributorum vectigaliumque reliquatoribus tantam, quanta in id satis erit, XXviri exiguntо.

Qui ex hac lege nostra agrum accipiet, ipse haeresve eius intra annum vigesimum quam assignatus erit, eum vendundi potestatem ne habeto.

31) Capitis undecimi et duorum sequentium argumentum hausisse Goesius videtur ex Frontini, qui fertur, libro de coloniis p. 112. et 133. ed. Goes. ubi haec tradita sunt: *Colonia Florentina deducta a IIIviris, assignata lege Iulia. Centuriae Caesarianae in iugera CC per Cardines et Decumanos. Termini rotundi, pedales, et distant a se pedes MMCCCC. Sunt et medii termini, qui dicuntur Epipedonici, pedem longi et crassi, et distant a se pedes MCC.* Hanc legem Iuliam posterioris esse temporis, et *centuriae Caesarianae*, hoc est, quales in legibus Iuliis esse solent, et *veterani*, qui paullo post ibi commemorantur, quos Caesar anno 695 nullos habebat, aperte

Digitized by Google

primo suo consulatu lege agraria agrum Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit, quod legis Campanae beneficio illis contigisse non est credibile. Eodem pertinere quod Cicero iam Att. 2, 6. vigintiviros agris dividendis assignandisque creatos significat [32]), in quibus Att. 2, 7. Clodium locum nancisci potuisse negat [33]), et quod ibidem quinqueviros eidem rei praepositos commemorat, qui et ipsi inter viginti, sed maiore potestate praediti, fuerint, in quibus se ut esse vellet rogatum a Caesare ait de prov. cons. 17. Hos non nisi perlata lege, quae quales esse deberent praefinivisset, creatos esse consentaneum est. Sed iusiurandum quoque, quo secundum

---

demonstrant. De terminis epipedonicis etiam Fragmenta terminalia p. 149. aliquid produnt, quod ex Frontinianis corrigendum est. Capiti quarto decimo simile est quod in legis Mamiliae quinto p. 340. legitur: *Quique termini hac lege statuti erunt, ne quis eorum quem eiicito neve commoveto sciens dolo malo. Si quis adversus ea fecerit, is in terminos singulos, quos eiecerit locove moverit sciens dolo malo, HS. XXV. in publicum eorum, quorum intra fines is ager erit, dare damnas esto.* Quintum decimum ductum videtur ex loco Hygini de limitibus constituendis p. 152.: *Actuarii autem* (limites) *extra maximos, Decumanum et Cardinem, latitudinem habent pedum XII. Per hos iter populo, sicut per viam publicam, debetur. ita enim cautum est lege Sempronia et Cornelia et Iulia.* Hanc vero Iuliam esse anno 695 latam non magis certum est, quam cuius in Commentario de sepulcris p. 347. fit mentio, ubi de monumentis haec leguntur, quae Goesio caput sextum decimum suppeditasse suspicor: *Est et aliud* (monumentum) *longe ab aedibus ad itinera publica constitutum, id est iuxta legem Sempronian et Iuliam, quod Cardinibus et Decumanis constitutum esse monstratur.* De sepulcris autem, quae Goesius eodem capite comprehendit, Fragmenta terminalia p. 147. idem, quod de monumentis, ostendunt: *sepulcra in extremis finibus facere soliti sunt, quod rationes finium recipere videntur. — Sunt etiam monumenta in exterioribus constituta, quae fidem publicam tenent, finalia esse arbitramur.* Omnino dolendum est Goesium Marte, ut in notis p. 203. queritur, foris horrendum furente domique vario occupationum circumstrepente genere commentationem legi Iuliae aliisque addere non potuisse et hoc tantum professum esse, se hic, ut in omnibus aliis, bona fide esse versatum.

32) Esse locum tam prope Romam, ubi — nemo sit praeter me, qui quemquam ex vigintiviris vivum et salvum velit.

33) Hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius, primum, qui, quum domi Caesaris quondam unus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit.

Digitized by Google

Dionem 38, 7. et Appianum 2, 12. Caesar senatum populumque legi agrariae suae obstrinxit, antequam Cicero urbem relinqueret ab omnibus datum ipsamque legem etiam hac ratione plane perfectam perlatamque fuisse probatur eo, quod Dione teste etiam Metellus Celer, quum iurare noluisset, tamen postremo iuravit, quem quidem Cicero illo tempore iam diem supremum obisse demonstrat, dum ex Attico 2, 5. quaerit, cuinam auguratus deferatur. Auguris autem locum, de quo quaerit, Metelli Celeris morte vacuefactum fuisse quum additum *quoniam Nepos proficiscitur*, tum Att. 2, 9. significata Vatinii cupiditas sacerdotii ostendit [34]). Hic enim, ut ex interrogatione in eum 8. constat, augur fieri in Q. Metelli locum voluit. Fallitur ergo Pighius Ann. 3, 356. Metellum hoc anno Galliam Transalpinam proconsule obtinuisse idque Plinii loco H. N. 2, 67. [35]) confirmari autumans, qui locus de proconsulatu citerioris Galliae anno 692 a Metello administrato capiendus est. His de causis id, quod supra non sine veri specie de ratione inter agrariam Caesaris et Campanam legem intercedente statui posse videbatur, reprobandum putamus, et qui epistolarum ad Att. 2, 15. et 16. loci illam speciem praebebant, eos aliter interpretandos arbitramur. Ac primum quidem quod Atticus ex familiari Caesaris audiverat, prolatum iri aliquid, quod nemo improbaret, vel inventum iri aliquid nullo recusante ad facultatem agrariam [36]), id qua mente a Caesare vel eius familiari dictum fuerit, nescimus. Ciceroni quidem atque Attico et vere atque ex animi sententia Caesaris dictum et de agri Campani divisione, quam sibi proposuerit, accipiendum visum existimes, sed potuit per simulationem ad fallendos optimates iaci, potuit aliud quid spectare; denique nihil spondebat, nihil plane et perspicue ostendebat, nec si aliquid sponderet aut ostenderet, id etiam servatum a Caesare aut factum esse oportet. Deinde quod omnem exspectationem largitionis agrariae iam in agrum Campanum derivatam sibi videri Cicero scribit [37]), non

34) Denique etiam Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant.

35) Idem Nepos de septemtrionali circuitu tradit Q. Metello Celeri, L. Afranii in consulatu collegae, sed tum Galliae proconsuli, Indos a rege Suevorum dono datos, qui ex India commercii caussa navigantes tempestatibus essent in Germaniam abrepti.

36) V. adnot. 21.

37) V. adnot. 22 et 23.

Digitized by Google

rem necessariam, quae non possit non consequi, demonstrat, sed spem suam, qua semet consoletur, ostendit, fore, ut quicunque aliquid agri exspectarent, hi omnes vellent in Campania potius, quae fertilissima esset et amoenissima totius Italiae regio, quam alibi sibi assignari, quorum quum exiguae tantum parti propter mediocrem, quam putabat, Campani agri magnitudinem satisfieri posset, reliquos omnes a Caesare abalienatum iri sperabat. Denique quod ea, quae in perferenda agraria lege accidissent, levius aestimasse videtur, quam aut per se aut in reliquorum ibidem commemoratorum comparatione aestimaturus fuisset, si Bibuli fasces fractos et tribunos vulneratos vidisset, non ipsius est haec aestimatio, sed oratio Pompeii assensum a se Caesaris legibus ante Campanam latis praebitum defendentis [38]). Quae sive ita est a Pompeio habita sive ex Ciceronis opinione Pompeio tributa, pariter de industria mitigatam verbis atrocitatem rei atque convenientem rebus verborum comparationem habere potest. Nam quid acciderit tum, quum de rege Alexandrino et de relevandis publicanis agebatur, nescimus, sed ultra contumelias grassatam esse factiosorum in comitiis vim ex fine epistolae Att. 2, 4. intelligitur: *his temporibus, tam dubia vita optimi cuiusque, magni aestimo unius aestatis fructum palaestrae Palatinae;* et Bibulum Plutarchus Caes. 14. saepe cum Catone vitae periculum in foro subisse testatur [39]).

Sed illorum, quae supra secundum Dionem ut continenter facta exposuimus, quae finem habuisse ante Ciceronis discessum demonstratum est, posteriora inter et priora tantum temporis interiectum fuisse videtur, quantum a senatu ad populum ferendae legis esset. Caesarem enim initium actionum suarum a modestia legumque observantia capessentem [40]) primae legis promulgationem legitimam omisisse eo minus credibile est, quo acceptior lex plebi quoque acriore pauperes omnes cupiditate sui incensura erat, et *promulgatam* Suetonius 20. dicit. Postre-

38) V. adnot. 19.

39) *Βίβλος, ἐπεὶ κωλύων τοὺς νόμους οὐδὲν ἐπέραινεν, ἀλλὰ πολλάκις ἐκινδύνευσε μετὰ Κάτωνος ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἀποθανεῖν, ἐγκλεισάμενος οἴκοι τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον διετέλεσε.*

40) Confer Dionem 38, 1 et 2. usque ad verba *ἢ καὶ παντελῶς ἀπαλείψειν, εἴ γέ τῳ μὴ ἀρέσειέ τι, ὑποσχόμενος*, et Appianum 2, 10. *ὑποκρινάμενος δυσχεραίνειν ὡς οὐ δίκαια ποιούντων.*

Digitized by Google

ma autem videntur die ultimo Februarii accidisse. Nam postero die in senatu conquerens Bibulus non reperit *qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet*, ut ait ibidem Suetonius, cui in die definiendo assentitur Dio 38, 6. *τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐπείρασε μὲν ἐν τῷ συνεδρίῳ αὐτὸν (τὸν νόμον) λῦσαι, ἐπέρανε δὲ οὐδέν. τῇ γὰρ τοῦ πλήθους σπουδῇ δεδουλωμένοι πάντες ἡσύχαζον.* Qui si eo die ius referendi habuisset, quidni ipse de iniuria tribunorum suaque referret? Sane mirum est alteri consuli non licuisse, quod ne praetoribus quidem si minus omnibus, certe primis, et non solum absentibus, sed etiam praesentibus consulibus non licuisse Cicero pro lege Manil. 19. et Att. 3, 15. docet, quorum locorum altero orator idemque praetor primus de Gabinio legando, si consules dubitent aut graventur, se relaturum profitetur, altero Domitius item praetor de Ciceronе restituendo se relaturum [41]) dixisse dicitur. Sed tamen, si unquam fuit quum Bibulo referre non liceret, id quod Suetonii testimonio efficitur, eo mense fuerit necesse est, quo penes alterum consulem relatio esset. Nam alternis mensibus consules relationem habuisse quum ex fasciurn ratione simili colligitur, tum exemplo probatur consulum anni 693, quorum mense Ianuario Piso, Februario Messala referebat [42]). Mense autem Ianuario penes Caesarem fuit relatio [43]). Itaque aut hoc ipso mense aut Martio, quum iterum ad Caesarem ius referendi redisset, illud, quod narrat Suetonius, factum videri debet. Sed Ianuario factum non videtur. Nam pridie fractis fascibus Bibulus foro pulsus excesserat; quem diem eius mensis fuisse, quo ipse fasces haberet, veri simillimum est. Fascibus enim, quibus in urbe utebantur consules, secures demptae erant, quod a Poplicola institutum ad suam usque aetatem obtinuisse tradit Dionysius Archaeol. 5, 19; eum vero, qui fasces non haberet, lictores pone sequebantur, accensus antei-

41) Nescio, an non fortuitum sit, quod utroque loco praetor non retulisse, sed relaturum se dixisse ostenditur.

42) De Pisone mense Ian. sententias rogante primumque non Ciceronem, sed C. Pisonem rogante Cicero Att. 1, 13. §. 2. testis est. Idem Att. 1, 14. §. 2. mense Febr. scribit: *Postea Messala consul in senatu de Pompeio quaesivit, quid de religione et de promulgata rogatione sentiret.*

43) V. adnot. 15.

Digitized by Google

bat. Parum igitur insignis alterius dignitas erat, si uterque cum fascibus habebat lictores, nulla alia re distinctos, nisi quod alteri praeirent, alteri pone sequerentur, et parum apte alter *habere* fasces, alter *non habere* dicebatur, quum illi praeferri, hunc subsequi eos dicendum esset. Quodsi tamen Livius 2, 55. *consules* violatis lictoribus fascibus fractis e foro in curiam compulsos dicit, non de utriusque, sed de alterius fascibus cogitandum est, quemadmodum paullo ante *lictor* missus a consulibus dicitur. Iam Caesarne an Bibulus primo mense fasces habuerit, quamquam ex eo, quod certissimum haberi solet eius rei indicium, quod ab aetate petitur, diiudicare nobis non licet, quia nescimus, uter maior aetate fuerit, tamen probabili coniectura ducti Caesarem habuisse ponimus. Scilicet sententiarum rogationem seu relationem eo mense habebat, quod ius cum fascibus coniunctum fuisse Livius 9, 8. haud obscure significat, quo loco postquam Q. Publilium Philonem et L. Papirium Cursorem iterum per interregem consules creatos retulit, sic pergit: *Quo creati sunt die, eo (sic enim placuerat patribus) magistratum inierunt, solennibusque SC. perfectis de pace Caudina retulerunt. Et Publilius, penes quem fasces erant, Dic, Spuri Postumi, inquit.* Nec nihil tribuendum videtur loco priori, quem in Fastis et ubique Caesaris nomen obtinet; quod quacunque de caussa praepositum Caesarem maiore dignitate fuisse indicat. Neque casu factum dices, quod consules Piso anno 693, Lentulus Spinther 697, Lentulus Marcellinus 698 et referendi officio priores functi et in Fastis ante collegas positi reperiuntur. De Pisone paullo ante dictum est; quem quum Cicero in subscriptione Att. 1, 12. et 13. et Caesar B. Gall. 1, 2. §. 1. et 35. §. 4. Oud. Messalae postponunt, interiecta etiam Cicero altero loco et Caesar priore copula, ad genus scribendi familiare, quo uterque utuntur, pertinet: Plinius quidem, ut Pighius Ann. 3, 337. observavit, ubique Fastos sequitur. De Spinthere confer Ciceronem in Pis. 15, de Marcellino eundem Fam. 1, 1. §. 2. extr. Haec omnia autem, prius positum nomen et priorem relationem et priores fasces, illo quidem tempore non aetati, sed numero suffragiorum maiori tributa arbitror. Certe in nominibus collocandis non annorum, quot utriusvis essent, rationem habitam esse Fasti docent anno 684 Crassum et Pompeium, 699 vero Pompeium et Crassum consules exhibentes. Porro ex quo consulatus petitio legibus in

Digitized by Google

certos aetatis annos constituta erat, tantulum fere inter utrumque consulem aetatis intercedebat discrimen, ut suffragiorum potius, quam paucorum saepe mensium momentum ad honorem valere deberet. Atque ipse Gellius 2, 15, quo loco vulgaris opinio nititur, non nisi de antiquissimis Romanis loqui, et quum pristinum ait lege Iulia (de maritandis ordinibus) honorem instauratum esse, ut, si ambo et mariti et patres totidem liberorum sint, tum qui maior natu sit, prior fasces sumat, ad initia rei publicae respicere videtur, quo tempore Valerius Poplicola Sp. Lucretio collega sibi subrogato suos ad eum, quod erat maior natu, iusserat licteres transire, ut est apud Ciceronem de rep. 2, 31, seu, ut Valerius Maximus 4, 1, 1. scribit, priores fasces transferri. Quid quod ne tum quidem aetatis rationem habitam, et qui maior diceretur ob maiorem gentis suae dignitatem, eum perperam a posterioribus maiorem natu existimatum dictumque esse suspicatur Niebuhrius in supplemento partis primae hist. Rom. p. 69; cui suspicioni haud leve argumentum accedit ex eo, quod apud Festum p. 175. Lind. L. Caesar (nescio an idem, cui Priscianus 8, 4. §. 15. Kr. dictionem *certaeque res augurantur* tribuit, nec diversus ab eo Iulio Caesare, cuius sextum decimum Auspiciorum librum Macrobius Sat. 1, 16. citat) maiorem consulem vel eum, penes quem fasces sint, vel eum, qui prior factus sit, dictum putat, nulla prorsus mentione facta aetatis, quam si ullo tempore respici solitam scisset, in explicanda appellatione obsoleta et incertum eidemne perpetua, an per vices mutabili haud dubie comme morasset. Neque Servius *insignem* Virgilii Aen. 7, 613. consulem alium, nisi *priorem* seu *primo loco creatum* novit. Plutarchus autem Popl. 12. id, quod a Poplicola Lucretio tributum esset, ab illo inde tempore usque ad suam aetatem senioribus tribui solitum dicens suffecto consuli, si natu maior esset superstite, fasces ab hoc traditos significat, non initio anni maiorem praelatum esse minori, quod vel per legem Iuliam non licebat, si maior natu caelebs vel nullorum vel pauciorum liberorum, minor autem maritus vel plurium pater esset. Neque vero obscurum est, cur Augustus non suffragiis, sed aetati exemplo vetustatis remotissimae vel vero vel credito honorem haberi iusserit. Si igitur Caesar mense Ianuario fasces et relationem habuit, biduum illud Bibulo adversissimum diem ultimum mensis Februarii et primum Martii comprehendisse effici-

Digitized by Google

tur. Sed priora illa, quae de Catone et de Petreio in senatu facta traduntur, mense Ianuario accidisse oportet, si a Caesare sententiam rogato Catone acciderunt, de quo non solum Dionis narratio, sed etiam locus Ateii Capitonis apud Gellium 4, 10. vix dubitationem relinquit. Eius verba, quae in libro de officio senatorio legebantur, haec sunt: *C. Caesar consul M. Catonem sententiam rogavit. Cato rem, quae consulebatur, quoniam non e re publica videbatur, perfici nolebat. Eius rei ducendae* [*gratia*] *longa oratione utebatur eximebatque dicendo diem. Erat enim ius senatori, ut sententiam rogatus diceret ante quicquid vellet aliae rei et quoad vellet. Caesar consul viatorem vocavit eumque, quum finem non faceret, prehendi loquentem et in carcerem duci iussit. Senatus consurrexit, prosequebatur Catonem in carcerem. Hac invidia facta Caesar destitit et milli Catonem iussit.* Enimvero non inest in his rei, quae consulebatur, significatio, neque Suetonius ostendit, qua in re aut quando *M. Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem ducique in carcerem* iusserit Caesar, et Valerius Maximus 2, 10, 7. adversus publicanos dicendo diem extraxisse eum perhibet tum, quum consulis iussu in carcerem duceretur; sed Dioni quum omnino fides magis, quam Valerio habenda, tum hac in re eo plus tribuendum, quo accuratius, quam reliqui scriptores, totam agrariae legis rationem exposuit. Minime vero Plutarchus audiendus videtur, qui in vita Caesaris [44]) Catonem legi de Galliis et Illyrico Caesari decernendis et in vita Catonis [45]) de agro Campano dividendo contradicentem ex foro

---

44) *Πομπήιος δὲ γήμας εὐθὺς ἐνέπλησε τὴν ἀγορὰν ὅπλων καὶ συνεπεκύρου τῷ δήμῳ τοὺς νόμους, Καίσαρι δὲ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων καὶ τὴν ἐκτὸς ἅπασαν Κελτικήν, προσθεὶς τὸ Ἰλλυρικὸν μετὰ ταγμάτων τεσσάρων εἰς πενταετίαν. Κάτωνα μὲν οὖν ἐπιχειρήσαντα τούτοις ἀντιλέγειν ἀπῆγεν εἰς φυλακὴν ὁ Καῖσαρ, οἰόμενος αὐτὸν ἐπικαλέσεσθαι τοὺς δημάρχους· ἐκείνου δ' ἀφώνου βαδίζοντος ὁρῶν ὁ Καῖσαρ οὐ μόνον τοὺς κρατίστους δυσφοροῦντας, ἀλλὰ καὶ τὸ δημοτικὸν αἰδοῖ τῆς Κάτωνος ἀρετῆς σιωπῇ καὶ μετὰ κατηφείας ἑπόμενον αὐτὸς ἐδεήθη κρύφα τῶν δημάρχων ἑνὸς ἀφελέσθαι τὸν Κάτωνα.* 14.

45) *Ἐπαρθεὶς οὖν ὁ Καῖσαρ ἄλλον εἰσέφερε νόμον τὴν Καμπανὴν σχεδὸν ὅλην προσκατανέμοντα τοῖς ἀπόροις καὶ πένησιν. ἀντέλεγε δ' οὐδεὶς πλὴν τοῦ Κάτωνος. καὶ τοῦτον ἀπὸ τοῦ βήματος ὁ Καῖσαρ εἵλκεν εἰς δεσμωτήριον οὐδέν τι μᾶλλον ὑφιέμενον τῆς παρρησίας, ἀλλ' ἐν τῷ βαδίζειν ἅμα περὶ τοῦ νόμου διαλεγόμενον καὶ παραινοῦντας παύεσθαι τοιαῦτα πολιτευομένους. ἐπηκολούθει δ' ἡ βουλὴ μετὰ κατηφείας καὶ τοῦ δήμου τὸ*

Digitized by Google

in carcerem ductum esse tradit. Neque enim Caesar Is est, quem iterum iterumque nunc in curia, nunc in foro semperque incassum de coercendo Catone cogitasse credibile sit, neque a quoquam plus semel conatus esse traditur, et quae Plutarchus ut diversa de caussa diversoque tempore facta narrat, tam sibi similia ac prope eadem et eisdem verbis relata sunt, ut facile appareat unam rem esse perperam ab eo duobus modis narratam. Quodsi de mense res certa est, etiam de die definiendo cogitari potest. Nam eo mense post diem quintum decimum per legem Pupiam haberi non potuisse senatum ex Cicerone Fam. 1, 4. §. 1, ex Dione autem 38, 4. Caesarem misso senatu illo nihil amplius eorum, quae ageret, cum senatu communicasse, sed omnia recta ad populum tulisse constat. Hanc negligendi senatus rationem etiamsi ab initio constitutam secum habuerit, tamen intererat eius, ut non sine gravi caussa, sed coactus obtinatione adversariorum eo descendisse existimaretur. Itaque non primis statim diebus neque in una lege agraria periculo facto, sed aliquoties convocatis et aliis quoque de rebus consultis patribus, quum nihil impetrare, nihil persuadere potuisset, ad postremum illa ratione usus videtur. Ac ne nihil Valerio Maximo credamus, in eis, quae praeter legem agrariam senatui proposuerit, etiam de publicanis retulisse ponamus, praesertim quum Cicero pro Planc. 14. suspicionem adiuvet [46]), quod item recusante senatu paullo post per populum non sine vi perfecit. Extremum autem de Catone et Petreio si a. d. XVI. Kal. Febr. factum est, ab ea concione, in qua Bibuli fasces fracti sunt, quinque nundinarum spatio abfuit, cuius priorem partem promulgationi legis tribuere, minorem inter primam Bibuli intercessionem et illam ultimam concionem interponere licet.

βέλτιστον ἀγανακτοῦν σιωπῇ καὶ ἀχθόμενον, ὥστε τὸν Καίσαρα μὴ λανθάνειν βαρέως φέροντας· ἀλλὰ φιλονεικῶν καὶ περιμένων ὑπὸ τοῦ Κάτωνος ἐπίκλησιν γενέσθαι καὶ δέησιν προῆγεν. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ἦν ἄλλος οὐδὲ μελλήσων τι ποιεῖν, ἡττηθεὶς ὑπ' αἰσχύνης καὶ ἀδοξίας ὁ Καῖσαρ αὐτός τινα τῶν δημάρχων ὑφῆκε, πείσας ἐξελέσθαι τὸν Κάτωνα. 33.

46) Ciceronis verba haec sunt: Nam quod primus scivit legem de publicanis tum, quum vir amplissimus consul id illi ordini per populum dedit, *quod per senatum, si licuisset, dedisset*, si in eo crimen est, quia suffragium tulit: quis non tulit publicanus?

Digitized by Google

Reliqua, quae a Caesare ante Ciceronis rus profectionem acta esse huius epistolae partim disertis verbis, partim obscurius significant, haec sunt: lex de rege Alexandrino, alia de publicanis relevandis, Clodius ad plebem traductus, a Pompeio in Asia actorum confirmatio.

Duas priores leges, quas Att. 2, 16. clare demonstrat [47]), ante Kalendas Martii latas ad populum esse necesse est, si quidem Bibulus, qui teste Cicerone, quum de rege Alexandrino ageretur, de coelo servabat, et quum de publicanis, in forum descendit, inde ab eo die, quo frustra in senatu de vi sibi illata conquestus est, usque ad finem consulatus sui domo abditus non nisi per edicta obnuntiavit, ut Suetonius [48]) et Dio [49]) memoriae prodiderunt. Quorum consensus maioris ad fidem faciendam momenti est, quam auctoritas Appiani aut Plutarchi, qui rem eandem alter ad tempus post indicium Vettii [50]), alter ad octo posteriores anni menses [51]) referunt. De Vettio enim, quando invulgarit, ex Att. 2, 24. tam certo constat, ut Appiani error manifestus sit; Plutarchus autem vel quem auctorem secutus est, quum legem de agro Campano non diversam ab agraria, sed eius appendicem opinaretur, quod hac perlata Bibulus facere aggressus esset, ut domo non exiret, id eum illa promulgata in animum induxisse crediderit. Nam si forte

47) V. adnot. 19.

48) Legę autem agraria promulgata obnuntiantem collegam armis foro expulit, ac postero die in senatu conquestum nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet, qualia multa saepe in levioribus turbis decreta erant, in eam coegit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret. 20.

49) Dio 38, 6. post ea, quae supra posuimus (*τῇ δ' ὑστεραίᾳ — πάντες ἡσύχαζον.*), ita pergit: *ἀνεχώρησέ τε οὖν οἴκαδε καὶ οὐκέτι τὸ παράπαν ἐς τὸ κοινὸν μέχρι τῆς τελευταίας τοῦ ἔτους ἡμέρας παρῆλθεν, ἀλλ' ἐν τῇ οἰκίᾳ καταμένων ἀεὶ τῷ Καίσαρι, ὁσάκις γε ἐνεωτέριζέ τι, ἐνετέλλετο διὰ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱερομηνία τε εἴη καὶ οὐδὲν ὅσιως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δρᾶσθαι.*

50) *Καὶ ὁ Οὐέττιος φυλασσόμενος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ νυκτὸς ἀνῃρέθη. — καὶ Βίβλος μὲν ἐκ χειρῶν ἅπαντα μεθεὶς οἷά τις ἰδιώτης οὐ προῆλθε τῆς οἰκίας ἐπὶ τὸ λοιπὸν τῆς ἀρχῆς ἅπαν.* 2, 12.

51) *Πραττομένων δὲ τούτων Βίβλος μὲν εἰς τὴν οἰκίαν κατακλεισάμενος ὀκτὼ μηνῶν οὐ προῆλθεν ὑπατεύων, ἀλλ' ἐξέπεμψε διαγράμματα βλασφημίας ἀμφοῖν* (Caesaris et Pompeii) *ἔχοντα καὶ κατηγορίας* etc. Pomp. 48.

Digitized by Google

aliquis numeri a Plutarcho positi fiducia et Ciceronis de vi Bibulo illata silentio motus ea, quae Suetonius et Dio ad perferendam legem agrariam retulerunt, in promulganda Campana accidisse dicat, idque pridie Kalendas Maias, in quem diem eadem omnia ad fasces et ad relationem spectantia, quae in pridie Kalendas Martias conveniant, factum statuat, primum non habeat qui errorem Suetonii et Dionis excuset aut unde illatum demonstret, tum magis etiam haereat, si interrogetur, qua ratione aut Bibulum putet legem, quae tum primum praeter omnem exspectationem [52]) promulgaretur, tam acriter oppugnasse, aut Caesarem temere oppugnanti nec suffragia, quippe quae nondum ferrentur, impedienti vim potius, quam moderationem opposuisse, denique vel sic silentium Attici de vi facta Bibulo mirari cogatur. Tenemus igitur quod Dio et Suetonius tradiderunt, et legem de rege Alexandrino, quoniam Cicero eam secundo loco ponit, mense Februario circiter VIII. Kal. Mart., qui dies erat ex paucis comitialibus eius mensis, latam statuimus, postquam primis Februarii diebus actum ea de re in senatu esset, senatusconsultum autem quale Caesar vellet effici non potuisset. Is enim erat mensis, quo frequens senatus postulatis provinciarum et legationibus audiendis dabatur, ut docet Asconius in Verr. 1, 35, quoque lex Gabinia etiam quotidie dari legatis senatum iubebat, ut scribit Cicero Q. fr. 2, 13. Neque est quod dubitetur, quin Ptolemaei quoque Auletae legati, qui societatem populi Romani peterent, cuius impetrandae gratia magnam eum pecuniam impendisse Dio 39, 12. et Suetonius 54. tradunt, in senatum sint introducti et auditi; eaque de caussa inter Caesarem, qui regi favebat, et Bibulum, qui adversabatur, non semel disceptatum esse Pompeii oratio Att. 2, 16. significat, qua placuisse sibi *aliquando* confici eam rem ostendebat. Quod autem tum quidem confici per senatum non potuit et lege conficiendum fuit, quam ipsam legem Bibulus de coelo servans impedire frustra [53]) conabatur, de eo postea hoc anno etiam senatusconsultum factum esse Caesar B.

---

52) De agro Campano neque Atticum neque Ciceronem quicquam suspicatum esse Att. 2, 16. probat.

53) Si religionis impedimentum non frustra obiecisset Bibulus, Pompeio non opus fuisset excusatione.

Digitized by Google

Civ. 3, 107. [54]) docet, id quod remoto a re publica Bibulo iamiamque remissione optimatium contentione factum videtur [55]). Legem vero non ab ipso consule, sed a P. Vatinio, tribuno plebis, latam suspicari licet, ex quo Cicero Interr. 12. quaerit, feceritne foedera tribunus plebis cum civitatibus, *cum regibus*, cum tetrarchis. Neque illud obstat, quod Pompeius eam inter Caesaris leges referebat. Vatinius enim totus in Caesaris potestate erat.

Sequitur lex de publicanis, quae, ut supra significavimus, mense Ianuario in senatu proposita Februario exeunte circiter V. Kal. Mart. ad populum lata, sed interventu Bibuli turbata et dirempta eo die concione mense Martio demum vel ineunte Aprili perlata videtur. Quo minus enim ante agrariam perlatam existimemus, Suetonii, Dionis, Appiani auctoritas prohibet, qui omnes eam inter res a Caesare post frustra imploratum Bibulo senatus auxilium actas referunt, quo tempore perterritis adversariis iam unus omnia Caesar ad arbitrium administraret. Sed eo usque Suetonium et Dionem sequendos non putamus, ut propterea, quod illas res enumerantes divisionem agri Campani primo loco, legem de publicanis secundo commemorant, hanc etiam illi postponamus. Deterret nos longinquitas temporis inter inchoatam perfectamque, si est post legem Campanam perfecta, interiacentis, abhorrens illa a celeritate reliquarum actionum Caesaris, qui quod initio anni senatui commendasset, mox per populum eumque faventem agi coeptam non videtur in mensem Maium distulisse neque novam legem de agro Campano prius quam illa perlata esset promulgasse. Desideramus etiam aliquam in Ciceronis epistolis post Kalendas Maias ad Atticum missis eius rei significationem, nec satis intelligimus, quam

54) Interim controversias regum ad populum Romanum et ad se, quod esset consul, pertinere existimans atque eo magis officio suo convenire, quod superiore consulatu cum patre Ptolemaeo et lege et senatusconsulto societas erat facta etc. §. 2. Non sine ratione scriptor *legem* priore loco posuit.

55) Eo tempore, quo Cicero Att. 2, 5. scribebat, senatusconsultum nondum factum esse ex eius epistolae initio colligo: Cupio equidem et iam pridem cupio Alexandream reliquamque Aegyptum visere et simul ab hac hominum satietate nostri discedere et cum aliquo desiderio reverti, sed hoc tempore et *his mittentibus αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρωάδας ἑλκεσιπέπλους.*

Digitized by Google

ob rem Caesar aut Pompeio aut Ciceroni accusandus esse visus sit de lege per se minime improbanda, nisi eam per vim non solum tulisset, sed etiam pertulisset. Nam ratio excusationis, qua Pompeium mentem facit Cicero Att. 2, 16., haec est, ut leges Caesaris probabiles dicat, actiones autem, seu quibus modis eas tulerit, reprehendi posse concedat. Reprehensio autem nonnisi in eas leges cadebat, quas contra intercessionem aut violata religione aut denique per vim ferre non solum coepisset, sed etiam perseverasset. Qui si intercessione aut religione motus aut vim vi repellere gravatus desisteret et consilium de lege ferenda abiiceret, aliquam fortasse vituperandae audaciae vel levitatis ansam praeberet, sed de actionibus suis praestandis non adeo laboraret, ut cuiquam, qui leges probasset, praestandi societas magnopere reformidanda esset. Itaque Suetonium et Dionem statuimus legem de agro Campano non quod tempore prior esset, sed quia magis, quam reliquae post agrariam latae, quum potentiam tum audaciam et popularitatis affectationem Caesaris patefaceret, primo loco posuisse eique alteram, qua publicanos sic ut illa plebem devinxerit, subiecisse, quamquam priorem tempore. Sed illo die, quo praeterito ad promulgationem necessario trinundino latam ad populum posuimus, ut suffragia de ea ferrentur, interventu Bibuli, quem Cicero in forum descendisse docet, diremptam concionem videri diximus hac de caussa, quod, si aliter et eo die perlata lex statuitur, aut ante agrariam perlata esse, aut Bibulus post agrariam in forum descendisse contra omnium testimonium statuendus est. Sin autem ita, ut diximus, factum putamus, et Bibuli et Caesaris agendi rationem convenienti utrique modo et cum tempore progredientem et quasi incrementa capientem videmus, Bibuli, qui agrariae primum legi intercessionem tribunorum, deinde ei, quae de rege Alexandrino ferretur, de coelo servationem, tum de publicanis suum ipsius interventum, denique iterum agrariae seque suasque obiecerit, Caesaris, qui legitima impedimenta ab adversario primum verbis, deinde re obiecta contempserit, ipsum vero intervenientem primum contempserit, deinde vi in perpetuum represserit. Ceterum hanc legem, qua publicani remissionem petentes tertia mercedum parte relevati sunt, quemadmodum scribit Suetonius, Caesar iam non per alium, sed ipse tulit, ut ex Cicerone pro Planc. 14. (V. adnot. 46.) intelligitur, et confecta, ut videtur, re

Digitized by Google

publicanos monuit, ne in locatione novorum vectigalium immoderatius licerentur, quod idem Suetonius refert. Tertiam partem remissam etiam Dio et Appianus testantur, et plus quam sperassent nactos in coelum tulisse Caesarem Appianus addit.

Clodii traductionis ad plebem tempus definituri primum animadvertimus errorem Dionis, qui 38, 10. orationem a Cicerone pro C. Antonio habitam ad posteriores anni menses et post indicium Vettii refert [56]), quae quum ipso Dione 38, 12. [57]) et Suetonio [58]) testibus Caesarem ad traducendum Clodium impulerit, aliquot mensibus ante habita sit necesse est. Nam in epistolis Ciceronis Att. 2, 7. et 9. et 12. de transitu illo sicut de re iam confecta agitur, ut dubitari nequeat, quin is, quo defenso transitus factus est, defensus a Cicerone ante sit, quam urbem reliquerit. Sed iudicium C. Antonii non primo statim mense anni factum esse quum ex Ciceronis orat. in Vat. 11. probabile est, ubi Vatinius tribunus plebis multas iam leges tulisse dicitur, priusquam illam de alternis consiliis reiiciendis, quam initio magistratus promulgasset, ferendam putaverit, quae quoniam reis utilis esset, dilata ab eo fuerit dum C. Antonius reus fieret, quo facto statim tulerit in eum, qui post legem reus factus esset, quo ille beneficio legis privaretur; tum colligimus ex eo, quod primae actiones Caesaris non eiusmodi erant, ut Cicero iam tum aut temporum statum deploraturus aut convicium Caesari facturus fuisse videatur, praesertim quum multa eodem tempore amicitiae documenta ei a Caesare offerrentur, quae licet ab ipso repudiarentur, tamen a vehementiore impugnatione, quam res publica nondum flagitaret, deterrere eum

56) Postquam de Vettio exposuit, ita pergit: *Ὑποπτος οὖν ἐκ τούτων ὁ Κικέρων τῷ τε Καίσαρι καὶ τῷ Πομπηίῳ γενόμενος ἐβεβαιώσατο τὴν ὑπόνοιαν ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἀντωνίου ἀπολογίᾳ.*

57) *Ἐξ οὗν τούτων τῶν λογισμῶν* (quibus ductus Caesar offensiones acceptas dissimulare solebat) *καὶ τότε* (quum Cicero in oratione pro C. Antonio graviter in ipsum invectus esset) *αὐτὸς μὲν τὴν ἡσυχίαν ἦγε, τὸν δὲ δὴ Κλώδιον ἀντιχαρίσασθαί τι αὐτῷ, ὅτι τῆς μοιχείας αὐτοῦ οὐ κατηγόρησε, βουλόμενον αἰσθόμενος παρεσκεύασε κρύφα κατὰ τοῦ Κικέρωνος, καὶ πρῶτον μὲν ἐς τὰ τοῦ πλήθους δικαιώματα αὖθις αὐτόν, ὅπως νομίμως ἐκποιηθῇ, συμπράττοντος αὐτῷ καὶ τοῦ Πομπηίου μετέστησεν, ἔπειτα δὲ δήμαρχον εὐθὺς ἀποδειχθῆναι διεπράξατο.*

58) Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum statum P. Clodium, inimicum eius, frustra iam pridem a patribus ad plebem transire nitentem eodem die horaque nona transduxit. 20.

Digitized by Google

debebant. Ipse de prov. cons. 17. *Consul ille*, inquit, *egit eas res, quarum me participem esse voluit: quibus ego si minus assentiebar, tamen illius mihi iudicium gratum esse debebat. Me ille ut quinqueviratum acciperem rogavit, me in tribus sibi coniunctissimis consularibus esse voluit, mihi legationem, quam vellem, quanto cum honore vellem, detulit. Quae ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententiae repudiavi.* Atque haec omnia, quorum partem Att. 2, 4. significat, quum liberam legationem commemorat et sibi unquam in mentem venturum negat Crasso invidere aut poenitere, quod a se ipse non desciverit, ante iudicium Antonii sibi oblata esse demonstrat eadem oratione, ubi paullo post illa supra posita, *Traduxit*, inquit, *ad plebem inimicum meum sive iratus mihi, quod me secum ne beneficiis quidem videbat posse coniungi, sive exoratus* [59]). Ex his coniicere licet gravius in Caesarem invectum Ciceronem non prius esse, quam apertius declarato Caesar animo a senatus auctoritate suspicienda alieno iam palam non dissidere, sed bellum gerere cum collega coepisset, id quod exeunte mense Februario factum esse vidimus. Sed quid opus est coniectura? Initam iam fuisse a Bibulo illo die, quo Antonium Cicero defendit, Clodium Caesar ad plebem traduxit, eam rationem, quam supra a Suetonio traditam significavimus, ut domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret, Cicero haud obscure indicat de prov. cons. 19. ex eis, qui Clodii legem in Ciceronem iure rogatam dicerent, quia nemo de coelo servasset, quaerens, oblitine essent tum, quum ille, qui id egisset, plebeius sit lege curiata factus, dici de coelo esse servatum. Quibus verbis dubium relinquit, utrum Bibulus de coelo servaverit necne, dici tamen confirmat esse servatum, hoc est, per edictum esse obnuntiatum, quod satis erat ad impedienda comitia et ad tribunatum Clodii irritum faciendum. Itaque non sine ratione nobis arrogatum per Caesarem Clodium mense Martio statuere videmur. De die non habemus quod pro verisimili ponamus, nisi fuisse unum de comi-

59) Huic simile est quod postea Att. 9, 2. scribit: Repudiari se totum magis etiam, quam olim in vigintiviratu, putabit. Ac solet, quum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere vellem.

Digitized by Google

tialibus, quo tamen, quia comitia impedimento futura non essent, caussam Antonii agi praetori placuisset. Hora autem eius diei nona rem factam esse Suetonius narrat ita, ut cupiditatem Caesaris ultionem non morantis notet et comitia ferendae legis curiatae in eum diem constituta ante eundem diem non fuisse indicet. Atque ulcisci Ciceronem ac potius terrere haud dubie Caesari in animo fuit, sed iracundia incitatus rem festinasse et, quum per leges non liceret, illo potissimum die, quo offensionem accepisset, inimicissimo offendentis commodasse non videtur. Neque enim *vera* erant *comitia*, quibus leges curiatae illo tempore ferrentur, *hoc est, populi suffragia, sed ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per triginta lictores auspiciorum caussa adumbrata*, ut Cicero Agr. 2, 12. ostendit, neque ea ita, ut vera, aut indici aut promulgatis demum per trinundinum legibus ferendis haberi solita esse putamus, sed harum quoque rerum simulacra quaedam ad speciem verorum instituta fuisse arbitramur, veluti ter eodem die factam pronuntiationem, vel tribus locis simul vel ter deinceps propositum consulis edictum, in quo rogatio inclusa esset, vel si quid aliud placuisset, quo res, quae ageretur, publica esse declararetur, nec quemquam eorum, quorum referret, clam esset. Nam *consulibus legem curiatam ferentibus a tribunis plebis saepe est intercessum*, ut ait Cicero Agr. 2, 12., et ex Dionis verbis 45, 5. [60]) intercessionem tribunorum etiam ad arrogationem pertinuisse intelligitur: hos igitur consentaneum est certiores de lege ferenda ante quam ferretur faciendos fuisse. Fieri tamen potuisse, ut lex curiata insciis plerisque ferretur sine ferentis culpa, ob id ipsum, opinor, quod neque indici comitia neque promulgari legem ut in reliquis necesse esset, Ciceronis locus Att. 2, 12. demonstrat, ubi Caesar negasse dicitur se quicquam de Clodii adoptione tulisse et Clodium plebeium factum esse, Cicero vero hoc regnum esse et ferri nullo pacto posse clamans iam non Caesarem culpat, non eius astutia et scelere factum criminatur, ut res in dubitationem vocari et, si utile ipsi videretur, negari posset, quam si ita, ut debebat, egisset, omnibus

60) *Τὸν νόμον τὸν φρατριατικὸν [ἐσφερόμενον], καθ' ὃν τὴν ἐσποίησιν αὐτοῦ* (Octavii) *τὴν ἐς τὰ τοῦ Καίσαρος φανῆσθαι ἔδει, αὐτὸς μὲν* (Antonius) *ἐσπούδαζε δῆθεν ἐσενεγκεῖν, διὰ δὲ δημάρχων τινῶν ἀνεβάλλετο.*

Digitized by Google

manifestam fore praevidisset, non denique ullam ab eo fraudem commissam arguit, sed simpliciter mendacii reum facit: *Emittat ad me Publius qui obsignent: iurabo Gnaeum nostrum, collegam Balbi, Antii mihi narrasse se in auspicio fuisse.* Accedit quod lex non de imperio, sed de adoptione ferebatur; qua in re quum *comitia arbitris pontificibus praeberentur*, ut est apud Gellium 5, 19, haberentur autem a consulibus, quippe quorum omnino esset legem curiatam ferre [61]), Caesarem apparet, qui et pontifex maximus et consul esset, potestatem eius rei tantum non omnem unum tenuisse et paucioribus, quam alium quemquam, consciis et adiutoribus egentem, si augures et tribunos plebis et alterum consulem assentientes haberet, nulla re impediri potuisse, quin legem quocunque die fasto ad curias istas simulatas ferret et perferret. Iam quod ad augures et ad tribunos plebis attinet, de illorum assensione Pompeius dubitare non sinit, qui in auspicio se fuisse ipse Ciceroni narraverit; horum autem quum septem Caesari dediti [62]), tres reliqui ne Kalendis quidem Martiis in senatu resistere ei ausi atque duo ex iis etiam pridie Kalendas in foro vulnerati essent, neminem intercedere aut voluisse aut potuisse non minus certum videtur [63]). Unus supererat Bibulus, quem sane adversarium non potuit non habere, qui quum omnes eius actiones de coelo servando irritas faciebat, tum legi curiatae de arrogando Clodio eadem ratione obstitit, certe servasse de coelo eo die dicebat, ut supra significatum a Cicerone vidimus. Sed ab hoc uno si discesseris, in quo lex curiata et culpari potuit et est a Cicerone culpata, reliqua, quae quidem in actione posita essent, a reprehensione libera fuisse invenies; et, si verum est quod Dio 39, 11. [64])

---

61) Cf. Cic. Agr. 2, 12. §. 30. ubi verbis supra citatis (*consulibus — intercessum*) opposita *hic tribunus plebis lege curiata, quam praetor ferat, adimit intercedendi potestatem* hoc quoque novum in Rulli lege fuisse significant, quod praetorem ferre curiatam legem iubebat. Et Antonius, de quo in proxima adnotatione sermo fuit, tum consul erat.

62) Cf. Interr. in Vat. 7. §. 16. et Pighii Ann. 3, 355.

63) Ne de coelo quidem servasse tres Caesaris adversarii videntur. Certe ex Ciceronis loco in Vat. proxime citato id colligi nequit, quum ibi de impediendis Vatinii tribuni plebis, non Caesaris consulis actionibus sermo sit.

64) *Τὴν γὰρ ἐσφορὰν τοῦ φρατριατικοῦ νόμου, παρ' ἣν ἐκ τῶν εὐπατριδῶν*

Digitized by Google

refert, Ciceronem solitum esse tribunatum Clodii ratum negare propterea, quod in eo arrogando legitima promulgationis spatia observata non fuerint, cupidius ille quam verius negaverit. Sed videtur Dio vel eiusmodi locos respexisse, qualis est Att. 2, 9, ubi in istorum improbitatem invehitur, *qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam et Liciniam, qui Caeciliam et Didiam neglexerunt*, quorum verborum priora ad Caesarem [65]), posteriora ad Vatinium spectant, quem Cicero etiam pro Sext. 64. *Caeciliam Didiam, Liciniam Iuniam contempsisse* et Interr. 14. post tribunatum *lege Licinia et Iunia postulatum esse* ostendit, vel fidem habuisse eis, quae sunt in oratione pro domo 16. in Clodium scripta: *Hora fortasse sexta diei questus sum in iudicio, quum C. Antonium, collegam meum, defenderem, quaedam de re publica, quae mihi visa sunt ad illius miseri cautionem pertinere. Haec homines improbi ad quosdam viros foris longe aliter atque a me dicta erant detulerunt: hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si quod in ceteris legibus trinum nundinum esse oportet, id in adoptione satis est trium esse horarum, nihil reprehendo: sin eadem observanda sunt, si decrevit senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri, iam intelligis omni genere iuris, quod in sacris, quod in auspiciis, quod in legibus sit, te tribunum plebis non fuisse?* Quae si Ciceronis sunt, nimis negligenter ille in hac parte versatus est, qui primum non intellexerit M. Livii Drusi leges non eo irritas fuisse, quod contra Caeciliam Didiam latae essent, sed quod populum eis non teneri senatus decreverat auctoritate ea, qua more maiorum statui aliquid de legibus per senatum poterat [66]), eandemque

---

ἐς τὸ πλῆθος ἐπεποίητο, διαβάλλων, ὡς οὐκ ἐν τοῖς ὡρισμένοις ἐκ τῶν πατρίων χρόνοις ἐκτεθέντος αὐτοῦ, τὴν δημαρχίαν τοῦ Κλωδίου πᾶσαν, ἐν ᾗ καὶ τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἐδέδοκτο, κατέλυε.

65) Cf. Interr. in Vat. 6. §. 15. Et quoniam hic locus est unus, quem tibi cum Caesare communem esse dicas etc.

66) Quattuor omnino genera sunt, iudices, in quibus per senatum more maiorum statuatur aliquid de legibus. Unum est eiusmodi: placere legem abrogari; ut Q. Caecilio M. Iunio consulibus, quae leges rem militarem impedirent ut abrogarentur. Alterum: quae lex lata esse dicatur, ea non videri populum teneri; ut L. Marcio Sex. Iulio consulibus de legibus Liviis. Cic. pro Cornel. I, II. p. 449.

Digitized by Google

auctoritatem accedere debuisse, ut lex curiata irrita fieret; deinde nihilo magis eo genere iuris, quod in legibus sit, Clodium tribunum plebis non fuisse, etiamsi senatus legem curiatam de eius adoptione latam suo decreto sustulisset, sed quod postremum iussisset populus, id ratum habendum fuisse, donec et ipsum esset decreto senatus sublatum; denique alia et multo graviora fuisse, ob quae senatus Livias leges tollendas censere debuerit, quippe quae et obrogante consule eodemque augure L. Philippo et per vim latae essent [67]), et quibus tollendis gravissimum illud SC. adhibitum esset [68]), quo consules videre iubebantur, ne quid res publica detrimenti caperet, cuius SC. auctor idem consul et augur Philippus fuisset [69]), ideoque si vel maxime senatus Livias legibus populum non teneri decernens his eas verbis designasset: *quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent*, atque etiam propterea tollendas sibi videri ostendisset, tamen eam caussam neque solam neque unam de gravissimis fuisse minimeque hoc exemplo curiatam Caesaris legem infirmari potuisse. Sed Ciceronem haec omnia non intellexisse aut, si intellexerit, neglexisse quis credat? praesertim in ea oratione, qua ipse Att. 4, 2. accurate rem a se actam dicit. Mirum etiam, qui Cicero apud pontifices, quorum maximus esset idem Clodii ad plebem traductor, dicere potuerit quod est pro domo 14. dictum, *istam adoptionem nulla*

67) M. Livius Drusus, tribunus plebis, ut maioribus viribus senatus caussam susceptam tueretur, socios et Italicos populos spe civitatis Romanae sollicitavit iisque adiuvantibus per vim legibus agrariis frumentariisque latis iudiciariam quoque pertulit, ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem essent. Liv. Epit. 71. Aderat promulgandi dies, quum subito tanta vis hominum undique apparuit, ut hostium adventu obsessa civitas videretur. Ausus tamen obrogare de legibus consul Philippus, sed apprehensum faucibus viator non ante dimisit, quam sanguis in ora et oculos redundaret. Sic per vim latae iussaeque leges. Flor. 3, 17, 7.

68) M. Igitur tu Titias et Appuleias leges nullas putas? Q. Ego vero ne Livias quidem. M. Et recte, quae praesertim uno versiculo senatus puncto temporis sublatae sunt. Cic. de leg. 2, 6. §. 14.

69) Cicero de leg. 2, 12. §. 31. de iure augurum disserens: Quid religiosius, quam cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? quid? legem, si non iure rogata est, tollere? ut Titiam decreto collegii, ut Livias consilio Philippi consulis et auguris.

Digitized by Google

decreto huius collegii probatam, contra omne pontificum ius factam, pro nihilo esse habendam, quum de dissidio collegii, quod factum esse necesse esset, nusquam mentio fiat. Si igitur Dio huic orationi fidem habuit et verbis illis *Hora fortasse sexta* etc. non a declamatore semidocto, sed a Cicerone reprehensam legem curiatam credidit, non magis ei fidem habere possumus, quam quum 37, 51. Clodium refert anno superiore per quosdam tribunos plebis ferendum curasse, ut patriciis liceret tribunis plebis fieri, eoque non impetrato patriciatum eiurasse et plebi adscriptum statim tribunatum petisse, sed Metello consule eius cognato eodemque adversario caussante, quod non more maiorum lege curiata plebeius factus sit, non obtinuisse. Cui narrationi licet conveniat quod idem alibi [70]) Clodium a Caesare *iterum* ad plebem traductum dicit, et quod Livii Epit. 103. eius transitus ad plebem ante subactos a Caesare Lusitanos ponitur, tamen non solum Ciceronis silentium et res ipsa refragatur, quum non appareat, quo modo vel dici potuerit Clodium plebeium factum esse, aut qua ratione ad tribunatus petitionem admitti potuerit, sed etiam propterea nihil tribuendum videtur, quod in Ciceronis epistolis Att. 1, 18. et 19. et 2, 1. superioris anni conatus Clodii ita declarati sunt, ut simul intelligatur, quid ab eo actum et unde Dionis narratio ducta sit. Excogitaverat Clodius, ut universi populi in campo Martio suffragiis ad plebem traduceretur, idque per C. Herennium tribunum plebis agere in senatu coeperat, et quamquam res, ut erat nova et improbabilis, a Cicerone aliisque impugnabatur, tamen impetraverat, ut Metellus consul, qui etiam sororem eius Clodiam in matrimonio habebat, legem secundum Herennii sententiam promulgaret. Quod quum ille dicis caussa fecisset et frequenter intercedi legi a se promulgatae non invitus videret, mox deposita simulatione acriter rem impedivit et perfici eo anno passus non est. In his ea, quae de identidem facta in senatu a tribuno mentione et de primo consulis assensu et promulgatione dicta sunt, fontem monstrant, ex quo fluxerit Dionis narratio. Hunc igitur et eum, qui orationem pro domo scripsit, ut parum certos huius quidem rei auctores deserendos putavimus [71]).

---

70) V. adnot. 57.

71) Secutus eos est et trinundinum neglectum statuit Drumannus,

Digitized by Google

Confirmationem actorum Pompeii significare videtur Cicero Att. 2, 9. improbitatem accusans istorum, *qui regna, qui praedia tetrarchis dederint*, quae verba non habemus quo referamus, nisi ad Deiotarum, tetrarcham Gallograeciae, cui Pompeius victo Mithridate multo latiores fines et regium nomen dederat, ut ostendit Strabo 12. p. 547. (T. 5. p. 76. Tz.) [72]), et ad reliquos dynastas, quorum opera in bello usus erat, quos

---

vir doctissimus, in opere laborioso et bonarum rerum pleno, quo absoluto historiae ad annos DC. et DCC. haud dubie clarius multa, quam adhuc, loquentur, *Geschichte Roms in seinem Uebergange von der republikanischen zur monarchischen Verfassung*, P. 2. p. 224. Sed quod in tanta rerum mole accidere quamvis diligenti scriptori necesse fuit, huic quoque accidit, ut aliquid negligeret. Comitiorum curiatorum ratidnem tum, quum curiae nullae amplius essent, aliam atque centuriatorum et tributorum fuisse non reputavit, dum de adoptione Clodii p. 223. ita loquitur, ut si lex suadenda et suffragia ferenda fuissent: *Das Curiatgesetz, welches dazu erforderlich war und von Caesar beantragt wurde, fand keine Schwierigkeiten.* M. Drusum dicit legem Caeciliam Didiam sustulisse idque orat. pro domo 16. et Cic. de leg. 2, 6. demonstrari autumat p. 224, quibus ex locis non magis id quam aliunde colligi potest. Wolfii argumento quodam sane infirmo, quo is orationem pro domo impugnabat, ibidem refutato non cogitavit multa superesse, quae illam premant adeo, ut ei soli tuto credi nihil possit, sed ita et hac et reliquis in suspicionem vocatis usus est, quasi Wolfius nihil omnino dixisset. Et tamen linguae Latinae, cuius ut peritia criticum ab errore immunem non praestet, imperitia certe impedit, quo minus genuina et supposita discernat, nobis non satis approbat usum, quum p. 226. in verbis Att. 2, 7. §. 8. *Megabocchus et haec sanguinaria iuventus inimicissima est.* Megabocchi nomine Pompeium designari statuit, et p. 228. secundum Att. 2, 4. §. 2. vel 7. §. 2. scribit: *Anfangs wünschte Cicero, dass man ihn selbst zu dem Könige schicken möge*, et p. 230. locum Att. 2, 17. §. 2. *solebat enim me pungere, ne Sampsicerami merita in patriam ad annos DC maiora viderentur, quam nostra* ita interpretatur, ut Cicero metuisse se dicat, *es werde von Pompeius Verdiensten um das Vaterland nach 600 Jahren mehr die Rede sein, als von den seinigen.*

72) *Μετὰ δὲ τὴν ἐκβολὴν τοῦ Ἅλυος ἡ Γαδιλωνῖτις ἐστι μέχρι τῆς Σαραμηνῆς —. Ταύτης δὲ τῆς χώρας τὴν μὲν ἔχουσιν Ἀμισηνοί, τὴν δ' ἔδωκε Δηιοτάρῳ Πομπήιος, καθάπερ καὶ τὰ περὶ τὴν Φαρνακίαν καὶ τὴν Τραπεζουσίαν, μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας· καὶ τούτων ἀπέδειξεν αὐτὸν βασιλέα, ἔχονια καὶ τὴν πατρῴαν τετραρχίαν τῶν Γαλατῶν, τοὺς Τολιστοβογίους.*

Digitized by Google

idem Strabo p. 541. (p. 45. Tz.) [73]) et Plutarchus Pomp. 38. [74]) commemorant, quibus modis et hos remuneratus sit et reliqua bello parta distribuerit, demonstrantes. Ea omnia confirmare senatus superioribus consulibus quum Catone et Lucullo aliisque contradicentibus cunctaretur, offensus Pompeius ad Caesaris se amicitiam converterat, quo consule id, quod volebat, consecutus est. Testes offensionis sunt Velleius 2, 40. et 44. Suetonius 19. Dio 37, 49. Plutarchus Pomp. 46, confirmatorum per Caesarem actorum Dio 38, 7. Appianus 2, 13. Plutarchus Pomp. 48, qui omnes represso Bibulo, sed Dio post legem de publicanis, Appianus ante eam, Plutarchus vero ante legem de provinciis Caesari dandis factum ferunt. Quorum in discrepantia, quum certiora temporis indicia desint, id tantum, in quo consentiunt, pro vero ponentes mense Martio factum statuimus. Nec non consentientes in eo videntur, quod a populo confirmata sint. Conciliata enim per leges, nominatim per agrarias, plebe Caesarem quum alia, tum hoc facile obtinuisse dicunt. Et erat ea populi potestas, ut societates, paces, foedera omnia vel confirmaret vel irrita faceret, ut Polybius 6, 14. [75]) docet, et quae Cicero Att. 2, 9. praeterea vituperat, ea omnia per populum erant a Caesare eiusque asseclis acta. Verum tamen senatus quoque confirmasse illa videtur. Non urgemus quod Appianus 2, 13. hoc ita, ut promissum sit Pompeio, praestitum a Caesare scribit [76]), quod si urgeas, sane ab iis confirmata acta cogas, a quibus nondum esse confirmata

---

73) *Προσεκτήσατο δ' οὗτος* (Mithridates) *καὶ τὴν μέχρι Ἡρακλείας παραλίαν ἐπὶ τὰ δυσμικὰ μέρη, τῆς Ἡρακλείδου τοῦ Πλατωνικοῦ πατρίδος· ἐπὶ δὲ τἀνατολὰ μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας, ἃ δὴ καὶ προσέθηκε τῷ Πόντῳ. Καὶ δὴ καὶ Πομπήιος καταλύσας ἐκεῖνον ἐν τούτοις τοῖς ὅροις οὖσαν τὴν χώραν ταύτην παρέλαβε, τὰ μὲν πρὸς Ἀρμενίαν καὶ τὰ περὶ τὴν Κολχίδα τοῖς συναγωνισαμένοις δυνάσταις κατένειμε, τὰ δὲ λοιπὰ εἰς ἔνδεκα πόλεις διεῖλε καὶ τῇ Βιθυνίᾳ προσέθηκεν, ὥστ' ἐξ ἀμφοῖν ἐπαρχίαν γενέσθαι μίαν.*

74) *Εἰς Ἀμισὸν ἐλθὼν ὁ Πομπήιος πάθος νεμεσητὸν ὑπὸ φιλοτιμίας ἔπαθε. πολλὰ γὰρ τὸν Λεύκουλλον ἐπικερτομήσας, ὅτι τοῦ πολεμίου ζῶντος ἔγραφε διατάξεις καὶ δωρεὰς ἔνεμε καὶ τιμάς —, αὐτὸς — ἔπραττε ταὐτά, διακοσμῶν τὰς ἐπαρχίας καὶ διανέμων δωρεάς, πολλῶν μὲν ἡγεμόνων καὶ δυναστῶν, βασιλέων δὲ δώδεκα βαρβάρων ἀφιγμένων πρὸς αὐτόν.*

75) *Καὶ μὴν περὶ συμμαχίας καὶ διαλύσεως καὶ συνθηκῶν οὗτός* (ὁ δῆμος) *ἐστιν ὁ βεβαιῶν ἕκαστα τούτων καὶ κύρια ποιῶν ἢ τοὐναντίον.*

76) *Καὶ τὰ Πομπηίῳ πεπραγμένα ἅπαντα ἐκύρου, καθάπερ ὑπέσχητο αὐτῷ.*

Digitized by Google

Pompeius indignaretur. Sed Cicero Phil. 2, 37. *Armeniam* Deiotaro *a senatu datam* dicit, et Hirtio de bello Alex. 67, 1. teste Deiotarus *sine dubio* fuit *rex Armeniae minoris ab senatu appellatus*, eique supplici ad se venienti Caesar *plurima sua* commemorabat *officia, quae consul ei decretis publicis tribuisset* (ib. 68, 1.). Armeniam autem minorem primum a Pompeio datam esse Deiotaro ex Strabonis locis indicatis intelligitur, quorum alter (p. 45. Tz.) alterius verba per se ambigua *μέχρι Κολχίδος καὶ τῆς μικρᾶς Ἀρμενίας* ita dicta esse docet, ut Colchidem Armeniamque non extra donatas Deiotaro terras, sed donatarum extremas fuisse significent. Itaque Cicero a senatu datam dicens hanc actorum Pompeii partem a senatu confirmatam ostendit. Idem de regio nomine ex Hirtii et Strabonis collatis testimoniis efficitur. Iam non diffitemur utrumque post Caesaris consulatum factum esse posse, ut et Armeniam a senatu Deiotarus acciperet et rex eius ab eodem appellaretur; sed donec facti indicium repertum fuerit, *decreta publica* Hirtii de senatus populique auctoritate per consulem regi regnoque impertita interpretari praestabit, praesertim quum Suetonius 20. aliquid de Caesare referat, quod vix alibi videri possit, quam in senatu, et quum de Pompeio et de rebus eius Asiaticis ageretur, accidisse: *L. Lucullo liberius resistenti tantum caliumniarum metum iniecit, ut ad genua ultro sibi accideret.* Lucullum enim Plutarchus iam biennio, quo ex Asia redisset Pompeius, non nisi si Pompeio obtrectandum esset, in senatum venisse et ibi adiuvante Catone fortiter ei et feliciter restitisse, ceterum otio divitiisque se dantem et remissum egisse testatur [77]). Hunc talem a vero non abhorret neque in forum descendisse, ut legem sibi invisam [78]) impediret, quae, quum

77) *Κατέβαινε δ' εἰς τὴν ἀγορὰν διὰ τοὺς φίλους, εἰς δὲ τὴν σύγκλητον, εἰ Πομπηίου τινὰ δέοι σπουδὴν ἢ φιλοτιμίαν ἐπηρεάσαι. καὶ τάς τε διατάξεις, ἃς ἐκεῖνος ἐποιήσατο τῶν βασιλέων κρατήσας, ἐξέκρουσε καὶ νέμησίν τινα τοῖς στρατιώταις αὐτοῦ γράφοντος ἐκώλυσε δοθῆναι συμπράττοντος Κάτωνος.* Lucull. 42. *Ὁ δὲ τἆλλα μὲν ἀμβλὺς ἦν ἤδη καὶ κατέψυκτο τὸ πρακτικόν, ἡδονῇ σχολῆς καὶ ταῖς περὶ τὸν πλοῦτον διατριβαῖς ἑαυτὸν ἐνδεδωκώς· ἐπὶ δὲ Πομπήιον εὐθὺς ἀτξας καὶ λαβόμενος ἐντόνως αὐτοῦ περί τε τῶν διατάξεων, ἃς ἔλυσεν, ἐκράτει καὶ πλέον εἶχεν ἐν τῇ βουλῇ συναγωνιζομένου Κάτωνος.* Pomp. 46.

78) *Ἐκνρώθησαν οὖν Πομπηίῳ μὲν αἱ διατάξεις, ὑπὲρ ὧν Λεύκουλλος ἠρίζε.* Plut. Pomp. 48.

Digitized by Google

etiam Bibulus domi se teneret, nullo resistente [79]) perlata est, neque in senatu, quum de eadem re ageretur, sibi temperasse, quin denuo obtrectaret Pompeio et saltem senatusconsultum ab eo expetitum impediret, eundemque calumniarum metu a Caesare iniecto perterritum concidisse. Fracto autem Lucullo reliquos, qui cum eo sentirent, senatores et ipsos a contentione destitisse nec quicquam amplius impedimento fuisse, quo minus senatusconsultum fieret, per se tam est verisimile, ut, quamquam Suetonius nihil nisi violentiam Caesaris exemplis declaraturus Lucullum medium inter frustra per vim tentatum Catonem et Ciceronem non frustra perterritum ponens de eventu pariter ac de re ipsa tacet, tamen, modo de confirmandis Pompeii actis disceptationem fuisse constet, de eventu, quin ex Caesaris sententia cesserit, dubitandum non videatur. Ceterum quacunque occasione Lucullus ad genua accidit Caesari, acta Pompeii senatus ita, ut societatem cum rege Alexandrino, non prius confirmasse videtur, quam populus idem fecisset. Nam si ex senatusconsulto Caesar ea de re cum populo egisset, Cicero non habiturus fuisset quod improbitatem istorum reprehenderet. Quid quod ne seram quidem et coactam senatus confirmationem tum, quum Cicero ista scriberet, iam accessisse probabile est. Sed ipsum Caesarem de actis Pompeii ad senatum retulisse nihil nos statuere vetat; quem si Dio, ut supra commemoratum est, post legem agrariam quicquam cum senatu communicasse negat [80]), non omnino postea relatione supersedisse, sed quae ad populum laturus esset, de iis non sicut mos erat senatum antea consuluisse demonstrat. Habuisse Caesarem post illa senatum quum ex supra dictis veri simile fit, tum ex infra commemorandis de Considio et de Vettio efficitur, et Appianus, quum 2, 10. dicit: *βουλὴν μὲν οὐκέτι συνῆγεν ἐπὶ τὸ ἔτος ὅλον, ἐπὶ δὲ τῶν ἐμβόλων ἐδημηγόρει*, haud dubie erravit erroremque traxisse indidem videtur, unde illa Dionis hausta sunt, quae tamen facillus possunt interpretatione ad verum revocari. Neque vero propterea, quod Bibulus dissentiret, Caesar senatum contra leges aut morem maiorum habuisse

79) *Τὰ πραχθέντα ὑπὸ τοῦ Πομπηίου πάντα μήτε τοῦ Λουκούλλου μήτ' ἄλλου τινὸς ἀντιστάντος ἐβεβαίωσεν.* Dio 38, 7.

80) *Καὶ τούτου οὐδ' ἄλλο τι τῇ γερουσίᾳ ἐν τῇ ἀρχῇ ταύτῃ ἐπεκοινώνησεν, ἀλλ' ἐς τὸν δῆμον ἀντικρυς πάνθ' ὅσα ἐβούλετο ἐσέφερεν.* 38, 4.

Digitized by Google

dicendus est, in quam sententiam vulgo et nescio an vere eiusdem Appiani verba accipiunt, quae 2, 11. exstant: ἡ βουλὴ δὲ (οὐ γάρ τις αὐτὴν συνῆγεν, οὐδ' ἐξῆν τῷ ἑτέρῳ τῶν ὑπάτων συναγαγεῖν αὐτὴν) ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Βίβλου συνελθόντες etc. Nam ea conditio erat alternis mensibus habendae relationis, ut necessario ius cogendi senatus adiunctum haberet, quem si non nisi utroque consentiente consule licuisset convocari, in dissensu consulum fieri potuisset, ut toto anno nullus omnino haberetur. Suis igitur mensibus Caesarem optimo iure habuisse senatum pro certo ponimus, nec usquam id crimini ei datum, neque senatusconsultis quemadmodum legibus eius auctoritatem illo nomine derogatam videmus. Sed etiam ceteris mensibus, quibus relatio penes Bibulum esset, non dubitamus quin, postquam is unum et alterum mensem senatum non convocasset, Caesar suo iure quasi absente collega, ne res publica sine publico consilio esset, sibi id faciendum putaverit; ac nescio an id, quod Cicero Vatinio Interr. 9. obiicit, quod viatorem miserit, qui Bibulum domo vi extraheret, Bibulum potius non convocando senatum, quam Caesarem convocando contra leges fecisse arguat. Appianum autem suspicor, quod mense Ianuario alteri consuli Bibulo non liceret, ut senatum convocaret, id errore ad utrumvis et ad quemvis mensem retulisse. Agit enim illo loco de consiliis, quae Bibulus inter propositam a Caesare in curia et perlatam in foro legem agrariam cum senatoribus suarum partium egerit.

Digitized by Google

INDEX SCRIPTORUM.

Aeneas Gaza de immort. 334. in Bibl. Patr. Paris 334.
Aeschylus Agam. 200. 363. 366 sq. 367. 368. Choeph 202. 368. 369. Eum. 238. 369. 370. Pers. 363. Suppl. 363. 364. 365. fragm. Eleus. 151. ap. Arist. 151. ap. Eupol. 153.
Agesianax (ap. Plut.) 354.
Alcaeus Ganym. 201.
Alexander Probl. II. 322.
Ammonius diff. voc. 9.
Andocides (ap. Schol. Vesp.) 141.
Anecd. Bekk. 123. 138. 145. Cram. 201.
Antoninus XI. 334.
Appianus II. 408. 409.
Aristoph. Ach. 142. 143. Avv. 145. 201. Nubb. pr. XXIX. 127. 128. 131. 133. 144. 158. 254. Ran. 147. 148. 149. Thesm. 201. Vesp. 138. fr. Geryt. 155.
Arnobius adv. gent. V. 171.
Aspasius ad Aristot. Eth. N. 130.
Athen. IV. 207. VIII. 206. XIII. 189. 341.
Caesar B. G. I. 52. IV. 107. VI. 51. 66. 104. 106.
Cassiodorus Epist. 86.
Chymic. Corp. MS. 325.
Cic. (conf. Ind. Rerum) ad Att. II. 377. 387. 397. 405. Brut. 292. p. Dom. 402. Orat. 292. Phil. VII 237. in Pis. 374. ad Q. fr. I. 378. Tusc. I. 312.
Cratinus II. fragm. Hor. 145.
Demosthenes Cor. 163.
Dio Cass. XXXVII. 404. XXXVIII. 398. XXXIX. 401.
Dio Chrysost. T. II. 354.
Dionysius Thrax. 123.
Empedocles 203—207. ap. Plut. 354. 356. ap. Sext. Emp. 357.
Epictetus Ench. 337.
Eupolis Prospalt. 130. 131. fr. Dem. 153. ap. Schol. Ar. 136. ap. Sch. Soph. 138.
Euripides Med. 246. Troad. 196. fr. Mel. 145 sq.
Favorinus 342.
Gellius N. A. II. 391.
Harpocration 139 175. 176.
Hermippus citat ἀδέσπ. ὑπομν. 290.
Hermippus (Com.) Artop. 138.
Hesychius 134. 137. 145.
Hippocrates de flat. 286.
Homerus Il. 195. Od. XV. 206.
Horatius Od. III. 104.
Libanius vit. Dem. 292.
Livius II. 390. XXXVIII. 313.
Lucianus Bis Acc. 285. 286. Catapl. 257. Diall. M. 263. Eun. 261. Hermot. 239. 260. Iup. Trag. 128. Lexiph. 269 — 283. 271. Merc. cond. 258. 259. Nigr. 262. Paras. 283. 284. 285. Rhet. Pr. 285. Salt. 263. Tim. 264.
Lycurgus Leocr. 263.
Martianus Cap. III. 120.
Maximus Tyrius XXII. 328.
Mercurius 329.
Method. Conviv. Virgin. 343.
Pausan. I. 162 — 183.
Philoxenus Cyth. 207 sq.
Phoenix Coloph. ap. Athen. 206.
Photius Lex. 131.
Phrynichus Com. Androm. 133.
Pindarus Pyth. IV. 203. Scol. in Theox. 197 sq. in Thras. 191. in Xenoph. 189 sq. Frag. 340. II. fr. ap. Athen. 199.
Plato Conv. 332. Gorg. 231 sq. Lach. 26. Legg. III. 3 sq. Phaedr. 337. Republ. IV. 213. VIII. 217. X. 227. Tim. 327.
Plato Com. 140. Hyperb. 139.
Plinius H. N. pr. 122. II. 387. XVII. 106. XXXV. 165.
Plutarchus Alcib. 151. Caes. 392. Cat. 392 sq. Cleom. 7. Dem. 291. 293. Vitt. X or. 181. 291. 294. 295. Anim. 327. Apophth. Lac. 326. Es. Carn. 362. Fac. Orb. L. 354—361. S. Num. V. 319 sqq.

Digitized by Google

Sol. An. 362. Stoic. Rep. 362. Symp. 328. 362.
Pollux IV. 129. VII. 136.
Polybius V. 164. Exc. Vat. 21—33.
Proclus in Alcib. 343.
Procopius B. G. I. 86.
Sappho 202.
Scholiastes Arist. Ach. 143. Nubb. 128. 132. 133. 140. 154. Plut. 135. Ran. 150 sq. Thesm. 135. 139. Vesp. 144.
— Luciani 273.
— Philostr. 341.
— Platonis Gorg. 334.
Seneca Cons. M. 321. Epist. 322.
Simonides Amorg. VIII. 201.
Simplicius in Arist. Coel. 335.
Sophocles ap. Athen. 341.
Stobaeus Ecl. Phys. 329.
Strabo VI. 108.
Suidas 138.
Tacitus Germ. 45. 47. 51. 52. 67. 85. 88. 90. 91. 104. 106. 107. 109. 113. 114. 115.
Theocritus XIII. 195. XVI. 197. 206.
Valerius Maximus VII. 153.
Iul. Victor Art. Rhet. 34—38.

INDEX RERUM.

Accusativus unde dictus 119—124.
adiectivorum prolepsis 128.
adscriptitii 73.
Agdistis 171.
alliteratio 270.
Ambacti 69.
Androcles Demagogus 145.
C. Antonii iudicium 398 sq.
Caesaris Acta diurna 378. Lex agraria 380. de agro Camp. 382. de rege Alexandr. 394. 408. de publicanis 394. 396. — L. Iulii Caesaris auspiciorum liber 391.
causate defendere 122.
causativus 120. 124.
Ceramicus exterior 148.
Cerealia quando celebrata 377.
Chremes pater Hyperboli 140.
Cicero. Epistt. ad Att. II, 3—25. quando et unde scriptae 374—377. Or. p. Domo non Ciceronis 405. Maximus *Cicero* non maximus *Tullius* 38.
Cinesias, Cleocritus, nomina navium 149 sq. 156.
Clisthenes demag. 142 sqq.
Clisthenes quando mortuus 148.
Clisthenes nomen navis 149.
Clodius. Eius traductio ad plebem 398 sq. non bis traductus 404.
Comitia curiata 405.
Compitalia quando celebrata 374.
Consules. Eorum relatio 389. 409. Fasces alternis mensibus habebant 389 sq. Quo modo eorum nomina in fastis posita 390. Consulari senatum convocare licuit 409.
dativus unde dictus 121.
Deiotari regnum a Pompeio amplificatum 405 407.
Doco, mater Hyperboli 133.
Ecphantides 130.
egressus = digressio 37.
elimare 334.
Erechtheum 184 sq.
Eupolis et Aristoph. permut. 153.
Eupolidis fabulae 129.
Eupolidis Prospaltii 129.
Euripides a Cephisophonte adiutus in scribendo dicitur 155.
Euripides qualis ap. Aristoph. 157.
genitivus 121.
genitivus pendens ex pronomine τοῦτο et sim. 265.
Germani unde dicti 44. Sponsis instrumenta bellica offerunt 111. 113. Sacerdotes carnificum munere fungentes 56. 67. 68. principes 49. 54.
Grammatici Alexandrini 156.
Hermippi Artopolides 129.
Hermippus 129.
Hermon et Hermippus idem 129.
hiatus in Pindaro 197.
Hyperbolus a Comicis taxatus 131.
Hyperbolus furti accusatus 137.
imagines allegoricae demorum 162. Senatus 163. populi cuiusdam velut Athenienšis, Spartani 163. regionum 164 sq. motionum abstract. 168.
incusativus 120.
laudativus 120.
Leges agraria, de rege Alex. de agro Camp. de publ. (Vid. Caes.). Lex curiata quomodo lata 400. 405. De legibus Senatus statuit 402. Lex Iulia sec. Goesium 385 sq.
Liburtius Clisthenis pater 143.
Lucullus obtrectat Pompeio 407 sq.
Q. Metelli proc. et obitus 387.
metus et pudor diff. 9.

Digitized by Google

naves hominum nomina habentes 149.
Nigidius 375 sq.
occidere de iudicio 138.
Pantheon non solum sacris destinatum 180.
perdere de iudicio 138.
pigrum, mare pigrum 48.
Pindarus qua dialecto utatur in scoliis 197. quo metro 190 sq. 195. De hiatu 197. synizesi 199. digamma 199.
Pompeius. Deiotaro regnum amplificat 405. 407. Acta eius confirmantur 405. Lucullum obtrectatorem habet 405. 407.
portulae Athenarum 176.
principes Germ. quid 49. 54.
principes et reges confundit Tac. 61.
proleptica vis adiectivorum 128.
pudor et metus diff. 9.
quisque extra constr. positum 369.
relativa oratio in directam transit 240.
repetitiones eiusdem vocabuli ternae quin denae 252.
rhetores philosophiae contemptores 295.
rubigo de malignitate 322.
satisfactio 90.
Senatus statuit de legibus 402.
servare de iudicio 138.
Simermo 128 sq.
soldurii 69.
stigmata 338.
Strato demag. 143 sqq.
subiectio 303.
synizesis in Pindaro 199.
tertiae 86.
timor 9.
Theseus in imagine demoeratiae et demo additus 169.
tripodes qua aedium parte collocati fuerint 182.
tripudia a pellendo pr. XXVII sq.
Veneris fana duo, unum Corinthi, alterum Melanidis in Craneo 196.
Venus Vulgata, non Coelestis Corinthi culta 195 sq.
veruculum pictorum 340.
vocat. sine ὦ 258.
Xenophanes non Xenophon pater Lamachi 136.
Xenophanes, Xenophantus, Xenophon permisc. 136.

INDEX VERBORUM.

ἀγγειώδης 335.
ἄγχεσθαι et ἄρχεσθαι conf. 329.
ἀδαχεῖν 285.
αἰδοῖοι ξεῖνοι et sim. 206.
αἰδοῖος substantivum ibid.
αἰδώς et φόβος 9.
αἰτιατόν 122.
αἰτιατικός unde dictus 122.
ἀλλότριον ἀγαθόν 216.
ἀναγεύειν τινά et sim. 128.
ἀπόλλυσθαι condemnari 138.
ἀπὸ τούτων *sic, sine alia explicatione* 239.
ἀστροειδής 334 sq.
ἀσύνδετον ἐμφατικόν 332.
ἄτελῆ adverb. 339.
ἀτελής 339.
αὐγοειδής 334.
αὔξειν τὰς φρένας et sim. 204.
αὐτός = μόνος 331.
αὐτός extra constructionem positum 368.
ἀφρειός fem. gen. 195.
ἀφορᾶν τι 338.
βιωτειᾶν 281.
γένεσις 337.
δάκρεα, δάκρη 194.
δαῦτε et δηῦτε lyricorum et tragicorum 202.
δειλά substantive 357.
δέος et φόβος 9.
δῆμος quid sign. 162.
διαλαμβάνειν disserere 285.
διάττειν 327
δικαιοσύνη 214 sq.
διπλοῦν εἶναι 184 sq.
δοῦν = δοῦναι 206.
δυσηχής 207.
ἐγγίνεσθαι sine dativo 322 sq.
ἐγὼ μέν 157.
εἶδος et ἢ δ' ὅς comm. 336.
εἰλοθερής et εἰληθερής 363.
ἔκατι non adsciscit dig. in Pind. 199. anteposition ibid.
ἐκεῖ, ἐκεῖθεν de mortuis 331.
ἐκκύεσθαι τοὺς ὀφθαλμούς 238.
ἐκλεύειν eluere 334.
ἐκλεαίνειν laevigare 340.
ἐλαφρότης de anima 327.
ἕλη solis ardor 198 sq.
ἐκτέμνεσθαι 238.
ἕμπνα ulcera 205.
ἐνταῦθα, ἐντεῦθεν de vivent. 331.
ἐξάττειν 327.

Digitized by Google

ἐπαίρεσθαι 337.
ἐπακούειν et ὑπακούειν diff. 242.
ἐπὶ (αὐτῶν τῶν ἔργων) 26.
ἐπιδιακρίνειν 26.
ἐπίκλησιν sine artic. 178.
ἐπίπονος de personis 339.
Ἑρμῆς ἀγοραῖος 173. et
Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι duo diversi 174.
Ἑστία Βουλαία nulla fuit, imo ἑστία βουλαία 176 sq.
εὐηκής = εὐακής 207.
ζυγή 341.
ζυγή = σύριγξ 342.
ἰώνια παραγωγικόν 323.
ἰώδης 322.
καθορᾶν τι 338.
καί epexegetice 15.
κακόνοια et κακὸν οἷα conf. 321.
κατασπᾶν 343.
καταπίνειν τινά et sim. 128.
κατεχεῖσθαί τι 202 sq.
Κεβρὶς ἄρχων 174.
κτήσασθαι τὸ οἷς 285.
Κορίνθος masc. gen. 195.
κῦριον φάος 367.
τὸ κυριώτατον 339.
λ et μ conf. 14.
ληκαλέος, ληκᾶν 282.
λόγος et μῦθος diff. 325.
μάθη = μάθησις 204.
μέν et μή conf. 31.
μένος ὠκὺς et sim. 204 sq.
μῦθος et λόγος diff. 325.
μυστιλᾶσθαι 278.
νεύειν 342.
νεῦμα et πνεῦμα comm. 342.
οἷον ἐπίτηδες 33.
ὅπου γε μὴν quandoquidem 285.
ὀστρεώδης 335.
οὐ μόνον ἀλλὰ 312.
οὐ μόνον = ἔτι δὲ μᾶλλον 28.
οὐράνια ad coelum usque 196.
οὕτως sic, sine alia explicatione 239.
πάντα an pro πάντη 333.
πάνυ σφόδρα non versa vice 131.
πείρω. πεπαρμένος ἀμφ' ὀδύνῃσιν 207.
πλέω vollständig 261.
πλῆθος 327.
προδιευκρινεῖν 25.
προσκεῖσθαί τινι 329.
πτεροῦν ναῦν 156.
ἡ πυλὶς κατ' ἐξοχήν 175 sq.
ῥαβδίον 340.
ῥαβδοτῖρος 365.
ῥέπειν πρὸς γένεσιν 336.
σαυλοῦσθαι 280.
συναρπάζειν 338.
συνεπικρίνειν 26.
Σιβύρτιος 143.
σποδεῖν de fluctibus 364.
συνεπαίρεσθαι 337 sq.
σώζεσθαι absolvi 138.
τροφαλίς 282.
τροφαλὶς et τρυφαλὶς comm. 282.
τῶς Aeschylo frequens 365.
ὑγρότητες 356.
ὑπάγειν εἰς δίκην 340.
ὑπάγειν et ἐπάγειν comm. 340.
ὑπακούειν et ἐπακούειν diff. 242.
ὕπουλον 324.
ὑποφορά 303.
φιλόσοφος = φιλομαθής 217.
φόβος et δέος diff. 9.
φρόνησις quid? 212.
χεσεῖν pro χέσαι 201.
χιτών corpus 329.
χρῆμα νοῦ 356.
ὦ om. 258.
ὥσπερ ἐπίτηδες frequ. Polyb. 33.

Digitized by Google

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 7. vers. 22. pro *βλάβερον* leg. *βλαβερόν*.

p. 8. in Homeri versu leg. *κατὰ κρατερὰς ὑσμίνας*.

p. 10. v. 1. pro *σύνετοι* l. *συνετοὶ*.

p. 10. extr. auctor addit verba Appuleii de dogmat. Platon. lib. II. p. 177. ed. Bip. *tria genera ingeniorum ab eo sunt comprehensa, quorum praestans et egregium appellat unum, alterum deterrimum pessimumque, tertium ex utroque modice temperatum medium nuncupavit. — Eiusmodi quippe medietates inter virtutes et vitia intercedere dicebat, tertium quiddam, ex quo alia laudanda, alia culpanda essent. — Fortitudini ac timori medios pudorem atque ignaviam fecit; horum quippe, quos mediocres vult videri, neque sinceras esse virtutes, nec vitia tamen mera et intemperata, sed hinc atque inde permixta esse.*

p. 25. v. 25. scrib. triginta fere annis post.

p. 27. v. 3. a fine scrib. *ποτὲ* pro *πότε*.

p. 28. v. 18. quum auctor Polybii verba secundum Luchtii et Geelii editiones citavisset, nos *φιλοτιμότερον* scripsimus immemores emendationis, quam Io. Casp. Orellius Lection. Polybian. et Theophrastear. p. 3. proposuerat. Restituendum igitur quod Spengelius voluerat *φιλοτιμαιότερον*.

p. 30. extr. scr. *προχειριστότατον*.

p. 51. adn. v. 12. scr. Chronicon Trudonense.

p. 73. v. 2. a fine corr. pependisse.

p. 74. v. 10. scr. in aciem.

Goellerus, vir clarissimus, haec ad commentationem suam misit addenda:

Nomen *Graf* (p. 57.) rectius derivatur a *Gerefa*, voce Anglosax., unde et Sherif. — *Semperfreie* (p. 71.) idem est quod *Sendbarfreie*, ut quidem nunc fere ab universis accipitur. — Ut sub Tunginis (p. 74.) sive Decanis deni, ita sub Centenariis centeni milites

Digitized by Google

militabant. Hi sunt *centeni comites* iudicum apud Tacitum. Nam sub quibus militabant, sub iisdem illi homines iudicabant. Centenae centenis, decaniae denis non vicis, sed familiis constabant. — *Rachimburgii* (p. 82.) a *Rachha* et *buregan*, vocibus Anglosax., dicti, ut sint *Friedens — Rechtsbürgen*, recte in lege Ripuariorum tit. 32. §. 3. coniuratores intelliguntur, quod me vel § 1. eiusdem tit. docere poterat, si scribenti liber ad manum fuisset. Etenim Rachimburgii quodam modo iidem sunt, quos posterior aetas dixit *Schöffenbare Männer*, quales quum omni vita probatissimos esse deceret, nimirum coniuratores aptissimos visos esse credibile est.

p. 190. v. 16. post *νεών* pone punctum.

p. 202. v. 7. scr. *ἀνεκτὸς*.

p. 373. v. 24. scr. Sextili.

p. 387. v. 14. scr. pro consule.

Digitized by Google

LIPSIAE

TYPIS GUILIELMI STARITZII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google

Class 9428.36
Acta ... v. I-II /
Widener Library
006626742
3 2044 081 380 370